





D. 4.

L. ANNAEI SENECAE

AA. 6
PHILOSOPHI

OPERA OMNIA

QVAE SVPERSVNT

RECOGNOVIT ET ILLUSTRAVIT

FRIDERICVS ERNESTVS RVHKOPF.

VOLVMEN QVARTVM.



L I P S I A E

I N L I B R A R I A W E I D M A N N I A

M D C C C V I I I .

D. FRIDERICO CHRISTIANO
MATTHIAE

PROFESSORI ET RECTORI
GYMNASII QVOD FRANCOFVRTI
AD MOENVM FLORET

AMICO INTEGERRIMO

HOC VOLVMEN

SACRVM ESSE VOLVIT

EDITOR.



10260

~~A567~~



P R A E F A T I O.

Quum huic volumini praefationem non praemittere constituisssem, nulla quippe satis gravi causa impellente, ut lectorem benevolum rursus compellarem, cui de tota huius editionis ratione et subsidiorum, quibus uti licuisset, copia iam in praefationibus priori et insequuto volumini praemissis retuleram; tamen inciderunt nonnulla tam pergrata et iucunda ad studium quo in Senecam feror summum, ut ab illo consilio desistere non dubitem. Quid enim cum utilius ad illud studium, tum iucundius cuique Senecae amanti obtingere potuit, quam nuncius spem egregiam nobis faciens fore, ut novis nec a quoquam editore criticove in usum adhibitis subsidiis manuscriptis, ex bibliothecis, ubi hactenus delituissent, in gratiam bonarum literarum nunc demum protractis, multum lucis affundatur Senecae nostri operibus, quum cuique, non dicam harum rerum perito, sed qui primoribus modo labris eas gustarit, in promptu sit videre, quot quantaque adhuc desint

his pretiosis antiquitatis romanae reliquiis, donec ad illum emendationis statum pervenirent, quo v. g. Sallustii opera gaudent? Qua quidem spe suavissima potius libentissime consilium illud abiectum huic volumini praefandi resumendum censui, ne amici cum Senecae tum bonarum literarum nescii essent, quanta sint adiumenta, quae Senecae operibus emendatius reddendis nunc accesserint, et cui haec tam bona commoda debeamus. Qua in re cum Ignat. Aur. FESSLERI DOCT. Theol. S. V. doctrinam egregiam et studium in Senecam insigne, tum LIBRARIAE WEIDMANNIANAE praefectorum honestatis laude, si qui alii, florentissimorum operam praestantissimam non satis laudibus pro eo ac merentur extollere valeo. Quum enim FESSLERVS Vir S. V., de patriis literis expoliendis ornandisque et de philosophia excolenda meritissimus, decennio ultimo saeculi praeterlapsi consilium Senecae philosophi operum, quae restant, omnium critice edendorum et observationibus cum aliorum tum suis illustrandorum prudenter iniisset, et vero probe intellexisset, multos adhuc codices manuscriptos in bibliothecis latere nondum collatos; nihil antiquius potiusque habuit, quam ut subsidia sibi illa conciliaret, nullis parcens impensis laboribusque, nomen suum et auxilium libenter cum eo communicante KORNIO, librario Wratislav. honestissimo. Nec bonus eventus votis defuit. Nam praeclaram Lectionum varian-

tium

tium sibi comparavit copiam e codicibus manuscriptis nondum a criticis ad Senecae opera pleraque emendatius praestanda admotis, qui in Ambrosiana bibliotheca quae Mediolani est, Vindobonae, Argentorati, Bernae, Altdorfi, Erfordiae, Helmstadii, Erlangae et Guelferbyti asservantur. Moliebatur autem haec Vir egregius eo ipso fere tempore, quo nostra editio parari et in lucem prodire coepit.

Nemo non facile intelliget, vel me non profite, quam saepe his proximis quatuor voluminibus profligandis occupatus et interdum haud parum vexatus optaverim, ut, quamvis Recognitionem non Recensionem textus quem vocant paranti, mihi tamen tam felici esse liceret, ut subsidia isthaec Viri S. V. egregia vel leviter inspicere, ubi copiae meae tacerent, idemtidem possem. Sed quandoquidem hac fortuna uti non licuit, strenue telam quo consilio exorsus eram detexere perrexi, quum, hoc volumine tantum non toto confecto, ecce, nec opinato literae a Librariae, quam modo cum laude meritissima nominavi, praefectis honestissimis mitterentur, sibi adeoque mihi, nunciantes, concessum iri, nisi aliud suaderem, libertatem plenissimam ista subsidia a Viro praestantissimo summo labore et egregia cura collecta ita in usum nostrum convertendi, ut omnium quae hactenus saepe nuncupavissem votorum compos fierem. Quo quantoque gaudio tum perfusus

sim, quot quantasque gratias tum his praefectis honestissimis egerim, dicere nihil attinet. Quid multa? Praefecti Librariae Weidmannianae emerunt illa subsidia mihiq̄e submiserunt, quorum uberiolem descriptionem Volumini sexto et ei ultimo Operum Senecae Philosophi destinavi, adiunctis tum corrigendis et emendandis, tum indicibus.

Sed ne in illo quidem thesauro sumtibus suis acquirendo operae et studio suo in Senecae quae restant opera philosophica modum fieri voluit Librariae praefectura. Etenim quum eliteris Felsleri S. V. rescivisset, eius amicos Romanos et Florentinos id operis imponi sibi passos esse, honorarii, quod vocant, parte haud spernenda iam accepta, ut codd. mss. Opp. Senecae, qui Romae et Florentiae asserventur, accurate contendendis in meritum de Senecae Opp. emendatius edendis societatem venirent, quorum alter, Abbas *Santoloni*us, collatis nonnullis codd. mss. epistolas Senecae complectentibus et custodia Bibliothecae vaticanae deposita Romaque relicta, fasciculum Lectionum istarum variantium amico cuidam Romano commiserit, alter, *Bandini*us, Bibliothecae Florentinae custos meritissimus, relicto haud dubie etiam fasciculo Lectionum variantium e codd. mss. Opp. Senecae excerptarum, in vivis esse desierit; tantopere amore Senecae emendatius promendi ideoque cum horum subsidiorum, tum si quae alibi delitescant, recuperandorum flagrat, ut omni in id opera
insum-

infumta cum maxime id agat, ut votorum nostrorum damnemur. Accedit, quod etiam *Heynius* V. Ill., quem praeceptorem olim meum dilectissimum parentis loco carissimi veneror, literis a me compellatus, studium et operam inceptis hisce nostris promovendis promittere dignatus sit.

Ita rebus prospere et ad voluntatem nostram fluentibus inopinato in spem pergratam adductus sum fore, ut hanc Senecae Opp. editionem hisce decoribus ornatam et squalore qui a librariis antiquis additus est, liberatam opera mea qualicunque, isti emendationis statui reddere coner, qualis et egregio horum Operum auctore, et luce temporum qua gaudemus, dignus sit. Praestitisset forsitan, ab initio operae meae his subsidiis instructum esse, sed quum ea fieri non potuerint, hoc Catone contentum esse oportet. Satius proinde esse duxerim, ut omnem hanc collectionem, cuius augendae spem foveo, in sextum volumen coniiciam, ita tamen, ut interdum in Naturalibus Senecae Quaestionibus recognoscendis ea uti liceat: qua libertate etiam usus fuisset in Epigrammatibus Senecae tribui solitis et in Ludo de morte Claudii, nisi fasciculis Felsleri Lectiones variantes ad hos libellos spectantes deessent. Quatuor autem aut quinque Senecae libri adhuc restant, quorum tres huic volumini, quartum, i. e. Naturales Quaestiones, et quintum, i. e. commercium literarum Senecae et Divi Apostoli Pau-

li, etiamſi ſuppoſititium, volumini quinto deſtinavimus.

Sic oratio noſtra ad hos libros delapſa eſt, qui hoc volumine continentur. Ac primum DE BENEFICIIS libri VII ad Aebutium Liberalem voluminis huius et priorem et maximam partem implent. Egregium eſſe librum quivis intelliget qui perlegerit, magis propter materiam et res quas tractat, quam propter formam. Nam quin cum pulviſculo quaſi omnia, paucis forſan exceptis, converrerit Seneca, quae ad hunc locum de beneficiis ſpectant aut ſpectare videntur, nemo accurate legendo exſequens in dubium vocaverit. Recte obſervat Dionyſ. *Diderotus* *), hunc librum egregium neque in Neronis neque in Aebutii Liberalis, ſed in omnium hominum gratiam uſumque eſſe compoſitum. Nec dubito, quin hunc librum reſpexerit Quintilianus in iudicio de Seneca celeberrimo (*Inſtitut. Orat. X, 1, 130* ed. Geſn.) quum diceret, multa probanda in eo, multa etiam admiranda ineſſe. Eſſi ordinem et tractatum non omnino probaveris, tamen virtutes libri tantae ſunt, ut

*) *Effai ſur les Regnes de Claude et de Néron, et ſur les mœurs et les écrits de Sénèque. To. II. p. 123. edit. à Londres 1787. On en citerait, inquit, difficilement un autre, ſoit ancien, ſoit*

moderne, qui contiennent un auſſi grand nombre de penſées fines et délicates, de préceptes divins, de ſentimens, que je dirais presque céleſtes.

ut ideo cum auctore litigare superfedear, et Quintiliani iudicii altera parte: velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio, abuti nolis. Accedit, quod tum senex, tum primus omnium, quantum scimus, singulari libro de hac re exposuit. Factum autem hoc esse putem biennio vitae postremo, inde ab a. u. 816, quo gratia Neronis excidisset. (Tacit. Annal. XIV, 56.) Namque nusquam Neronis non solum tanquam de hominibus bene meriti mentionem fecit, ubi tamen occasio suadere poterat, sed occulte adeo eum ut ingratum tangere videtur (III, 3, 3. not.), quod haud dubie non post illos octo annos, quibus gratia et potentia floruisse constat, fieri nequibat. Illo tamen biennio vitae ultimo insituta prioris potentiae commutasse Senecam tradit Tacitus l. l., prohibuisse coetus salutantium, vitasse comitantes, rarum per urbem, quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis adtineretur. Quo quidem otio usum putaverim ad modum Ciceronis et virorum nostrae memoriae praestantium, e. c. Neckeri, ad libros utilissimos componendos. Nec cuiquam alii rei hoc otium infumisse eum videmus, quam toti philosophiae pertractandae et expoliendae in usum et sui et futuri aevi. Inprimis autem ipse memorat Epist. VIII, 2. se non tantum ab hominibus, sed etiam a rebus, et primum a suis secessisse, ut posterorum negotium ageret, illisque aliqua quae possint prodesse, conscriberet: quae verba haud dubie, ut
ibi

ibi monuimus, ad *Moralium* libros nunc deperditos respexerunt. Jam vero quum in iis componendis occuparetur, locum de Beneficiis, quem uberius, quam in illo opere forsitan facere placuisset, singulari volumine pertractaret, antequam *Epistolas* composuisset, selegisse videri debet.

Primum quoque nostrum fuisse, qui huic loco de Beneficiis singulare volumen destinaret, cum è libri totius tenore, tum et inde apparet, quod neminem scimus ex ulla philosophorum domo sibi singulari hanc materiam opere exsequendam sumfisse. Nam quae *Chryssippi* et *Hecatonis* volumina ipse laudat, ea vero quominus ita interpreteris, ut et ipsi de beneficiis scripserint, impediunt cum veterum silentium, tum observatio satis manifesta, haec omnia quae noster laudat, e *Chryssippi* et *Hecatonis* de *Officiis* voluminibus, ubi huius loci propria sedes est, aliisque eorum operibus notis petita esse. Nec Romanorum quisquam memoratur, qui hac de re post *Ciceronem*, quem huius loci in *Officiis* mentionem fecisse notum est, exposuisset: quamquam transitus ad hanc materiam singulari libro explicandam eo facilius videri debuit, quum non defuissent, qui singulos ad philosophiam spectantes locos, a characteribus incipiendo, et sic progrediendo, *Aristotelem*, *Theophrastum*, *Comicos* recentioris *Comoediae*, *Menandrum*, *Philemonem*, *Diphilum* aliosque imitando, exponendos sumserint. Iccirco multi subinde

inde libri compositi sunt a philosophis quibusvis, qui de virtutibus, de nobilitate, de fama, de bona indole etc. agerent: quos tamen omnes in deperditis esse; nec quidquam nisi titulos nobis innotuisse constat. Cf. Fabricii Biblioth. Graec. Vol. III. ed. Harlesii. In his quoque numerantur Theophrasti et Cleanthis libri de gratia (περὶ χάριτος) apud Diog. Laert. V, 48. VII, 175. qui tamen quid continerint, ne fragmento quidem unico ex iis, quod sciam, nobis servato, iuxta cum ignorantissimis ignoramus.

Quo certior itaque et manifestior sententia haec est, Senecam cum senem tum primum de beneficiis singulari libro exponendis auctorem in Antiquitate fuisse, hoc obscurior est quaestio de *Aebutio Liberali*, cui hos septem de beneficiis libros inscripserit: nam *Eburcium* aut *Eusebium* librariorum indoctorum aberrationes esse cuiquam patet. Prima eius mentio occurrit in Epist. XCI, 1. occasione narrationis de Lugduni interitu: ex quo loco fuisse Lugdunensem recte colligimus. Locus est hicce: Liberalis noster nunc tristis est, nuntiato incendio, quo Lugdunensis colonia exusta est. Movere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriae suae amantissimum. Cf. Epist. laud. §. 3. 13. Amicus itaque hic homo praestantissimus fuit et Senecae amantissimus, idemque ditissimus. Hoc non solum ipsa illa libri inscriptio nos docet, quis enim librum talis argu-

menti

menti viro ignobili aut improbo inscribat? sed ipsa *Liberalis* mentio honorificentissima, quae in primis Lib. V, 1, 2 sqq. exstat, clarum manifestumque reddit. Iam vero etsi haec nobis scire sufficere videantur, tamen plura de viro tam egregio comperta habere avemus. Sed vel accuratissime quaerentem Antiquitatis monumenta nobis conservata prorsus desitiunt. Plerisque autem Senecae amicis, praesertim iis, quibus libros suos inscripsit, hoc accidit fatum triste, sed in tyrannide non mirum, ut et ipsi quasi in illam tristissimam ruinam, quo innocentissimus Philosophus a Nerone protrudebatur, velut sine nomine corpora, devoluti, ideoque omnia eorum vestigia ex historia istorum temporum penitus sublata sint. Ceterum gentem Aebutiorum non ignobilem fuisse iam e Cicerone compertum habemus, et *Liberalis* cognomen adeo Flaviorum et Salviorum fuisse, e Suetonii Vespas. c. 3. et 13. videre licet.

Sequuntur in hoc volumine *Epigrammata novem*, quae quum Senecae tribuantur, apponere non dubitavi: quamquam Dionys. Dideroti iudicio subscribendum censeo: neque poetam praestant qui delectet, neque infelicem qui moveat, neque philosophum qui instruat*). Nec aliunde nisi a librariis scimus ea Senecae foetum esse, quorum
tamen

*) Cf. Essai sur les Regnes de Claude etc. To. II. p. 187.

tamen fidem in tali re haud certi momenti ad veritatem evincendam esse constat. Initio quidem sub finem voluminis ultimi promere ea constitueram, sed ne volumini aequalitas quaedam cum ceteris deesset, hunc locum ea occupare iussi. Nam nec nostra nec Senecae interesse videtur, quem locum teneant, quum neque de tempore cui ortum suum debeant, neque de auctore quaesitio ad liquidum perducı possit. Ceterum contuli *Burmanni Anthologiam Vet. Lat.*, qui codice Vossii et schedis manuscriptis Scaligeri, una cum editionibus Pithoei, Scaligeri etc. in usum suum conversis haec epigrammata amplo et eo docto commentario ornavit, quo et *Wernsdorfius* beat. mem. in *Poett. Lat. Min. Vol. V, 3*, ubi nr. I. II. IX edidit, usus est.

Maioris pretii est *Ludus de morte Claudii Caesaris*, quem L. A. Senecae et codd. mss. et omnes editores atque reliqui viri docti, qui huius opusculi mentionem fecerunt, tribuere. Iam si forte Erasmo (*Adag. 1301.*) et Fabricio (*Biblioth. Lat. lib. II. c. XI. p. 109. To. II. edit. Ernest.*) fidem habeamus, hic ludus primum a Beato Rhenano in Germania repertus in lucem emerfit. Sed non usquequaque verum hoc esse facile est ad docendum. In Germania a Beato Rhenano primo hunc ludum editum scholiisque illustratum inter Senecae Opera ab Erasmo recensita Basileae a. 1515. fol., et deinde a. 1529. quum editio Erasmica secunda

cunda iam non procul a fine abesset, notis criticis adiutum, posteaquam Beatus codicem Weissenburgensem non magis lacerum quam ceteri sunt, nactus esset, in dubium vocari nequit. Ipse Beatus Rhenanus hoc nobis ibi tradit. Codex ille ubi nunc delitescat, dicere non possum: parvi tamen fuisse pretii Beatus ipse innuit. Fuit enim, ut eius verbis utar, scripturae plane miserabilis, vestigiis tamen aliquibus verborum Graecorum exstantibus. Enimvero et Erasmus et Fabricium, quem nec Ernesti in rectum tramitem deduxit, falsos esse, ex Beati Rh. narratione clarum est. Ad initium enim cap. VI. p. 670. ed. Erasmi II: Et imposuerat Herculi minimo discrimine fabulam etc. addit ille haec verba: *Manuscriptus codex non fabulam habet, sed fabros. Eam dictionem doctus aliquis mutarat in: fabulam in editione Romana, quam nos primum secuti sumus.* Ex quo loco utrumque lucramur, cum veritatem, in Germania hunc ludum non repertum primum in lucem emerfisse, tum notitiam prorsus incognitam, Romae iam ante annum Chr. 1515 prodiisse vel omnium Senecae operum vel huius, quod tractamus, opusculi editionem, cuius neque Fabricius, ab Ernestio non correctus, neque quisquam editorum sequentium mentionem iniecit. Quum remotior sim a lautioribus bibliothecis, quam ut ob hanc editionem romanam Audiffredii Panzerique libros consulere et inquirere possim,

possim, hanc operam aliis literatoribus relinquam, contentus docuisse, eam exstare, et ex ea nostri ludi primam in Germania editionem emanasse. Ex hac editione deinceps in sequutas edd. transiit ludus de morte Claudii Caesaris sine ulla fere mutatione propter inopiam et mancā codd. mss. conditionem. Omnes enim codd. mss. quos ab editoribus aliisque collatos comperi, in iisdem lacunis consentiunt: praesertim miserrime habiti sunt in omnibus loci, ubi graeca occurrunt.

Quae observatio in libro *Litteraturae romanae* unico, quippe quae libellis orationis solutae satyricis praeter hunc fere caret, quum me diu male haberet, nec unde opem laboranti opusculo haud spernendo quaererem indagare possem, nec opinato se obtulit mihi occasio optima, qua illius voti compotem me fieri posse sperabam. Mense enim *Februario* anni praeterlapsi ineunte *Bredow* Vir clariss., Professor Histor. in Academia Helmstaedienfi, urbem nostram in itinere Parisios, ubi Geographis Graecis, Latinis et Arabicis edendis subsidia petiturus erat, instituto attigit meque convenit. Cui quum mox, ut fit, curam meam aperuissem, tam amice in societatem eius rei devenit, tantamque mihi comitatem ostendit, ut adeo quae posset libenter se effecturum promitteret, ne libellus hicce, si per se staret, amplius tot lacunis scateret. Quid multa? promissi mihi facti fidem praestitit, et undecim Codicum mss. Parisinorum

a se maximam partem collatorum Lectionem variantem perhumane mihi misit: quid, quod, quum animadvertisset, doctissimum olim praefulem Petr. Dan. *Huetum*, cuius bibliothecam Iesuitis donatam deinde in bibliothecam tunc temporis regiam migrasse constat, editionis parisiensis anni 1619. fol. margini observationes inter legendum exortas suas cum exegeticis tum criticas adscripsisse, non cunctatus Vir amicissimus et harum partem eximiam descriptam in meam gratiam adiungendam statuit. Qua benignitate nihil mihi gratius ac iucundius accidere potuit, nec possum quin publice maximas quas possim gratias Viro de me ac Seneca promerito agam habeamque, cuius beneficium eo maioris mihi aestimandum fuit, quo brevius temporis spatium Parisiis ei commorari liceret tot tantisque thesauris ut omnium literarum undique convectis, ita praesertim Geographiae cuiuscunque ibi coacervatis in usum suum convertendis occupatissimo.

Contulit autem Vir amiciss. codices mss. hosce:

α. Codd. mss. Lat. Paris. Biblioth. imperat. no. 6630: membranac. saec. XIII. scriptus.

β. 8717.
membranaceus, saec. XIV. scriptus. Fuit Iac. Aug. Thuani, postea Colberti, cum epigraphe: Annei Lucii Senecae de morte Claudii, qui dicitur ludus Senecae, liber incipit. Sequitur

tur Epigramma Martialis V, 42. nescio quare adscriptum. Bredow amic. monuit: „Omniem varietatem huius auro et coloribus ornatissimi codicis excerpere gravior esset labor, quam Augiae stabulum purgare. Nonnulla tantum, quae memoratu digna esse videntur, adscribam. Versus illi, ni fallor, Martialis sunt: non video, quid hoc loco sibi velint.“

- c. no. 1936. membranaceus, olim Ducis de Be-thune, saec. XIV. scriptus.
- d. no. 6389. membranaceus, saec. XIV. scriptus.
- e. no. 5055. chartaceus, olim Colberti, saec. XIV. aut XV. ineunte scriptus.
- f. no. 6395. membranaceus, eodem tempore scriptus.
- g. no. 8544. membranaceus, anno Chr. 1589. scriptus.
- h. no. 8542. membranaceus, primum Thuani, postea Colberti, saec. XIV. aut XV. in. scri-
ptus.

Reliquos codd. mss. ab amic. Viro non uberius descriptos, si forte eorum mentio facta est, li-
teris signavi. Sunt Codd. 8501. 8544. et 8624. qui tamen nil nisi opusculi initium continent. Ac-
curatissime scriptus est Codex mss. α, sive n. 6630. qui totus collatus est, reliqui maximam partem: sed ad unam familiam omnes undecim pertinere clarum est. Omnes habent easdem lacunas, et easdem fere corruptelas, quippe e codice quàm

maxime lacero descripti: proinde, quum codd. non numerandi sed ponderandi sint, pro uno eodemque habendi sunt.

Lucrum, quod ex hac undecim codd. mss. collatione capere licet, exigui est momenti ad hoc opusculum emendatius, quam fieri ad hunc diem potuit, exhibendum, et observationem Viri amicissimi eandem mecum communicatam vidi confirmatam. Quidquid tamen praestiterint, adnotare non neglexi, ut quivis oculis suis videre et iudicium ferre valeret. Hoc certe ad liquidum deductum esse nunc apparet, Parisiis nullam huic opusculo lacero salutem petendam esse.

Qua quidem spe quum ita excidissem, lentior factus sum ad aliam concipiendam et alendam, quae ex epistolis humanissimis Viri doctrina et meritis de literis venerabilis *Iac. Morellii*, praefecti Bibliothecae Marcianae, quae Venetiis tanto decori est, meritissimi, ad Felslerum S. V. datis enasci alioqui potuisset: quamquam ille codex mss., Morellio monente, no. 267. in 4. saeculo XIV. scriptus sit ab indocto librario et totus mendis scateat. Ne tamen quidquid officiorum in editorem impigram cadentium praetermisisse incufer, precibus adii *Heynium* V. Ill. inde a triginta fere annis de me multis nominibus meritissimum, ut Morellium, quocum et literarum commercio et amicitiae vinculo esse iunctum compereram, opusculo huic cum illo codice conferendo conciliaret, atque adeo

ean-

eandem Senecae operam praestaret, quam Morel-
lio adiuvente ibi Bleffingium Appiano praestitisse
laudat Schweighaeuser in praefat. ad Appianum,
praesertim quum paucis tantum foliis constare pos-
sit ille codex Venetus. Summopere gaudeo,
quod Heynius meus precibus hisce motus omnem
suam operam impensurum benigne mihi pollicitus
sit, ut voto meo potirer.

Alia spes eodem fere tempore mihi affulfit e
litteris Abb. *Santoloni* ad Felslerum S. V. datis,
exstare, nuntiantibus, in Biblioth. vatic. Romae
quatuor codd. mss. nondum, ut ille asseverabat,
a quoquam collatos, cuius tamen asserti fidem
equidem praestare non auisim. Nulli labori me
parsum esse, ut in usum nostrum Lectionem va-
riantem ex istis codd. mss. excerptam convertam,
iam supra indicavi. Sunt autem hae:

nr. 2201. constans pagg. 111, membranaceus in
folio, eleganter et emendate exaratus saec.
XIII. adiectis e regione Lectionibus variis.

nr. 2212. constans pagg. 284, membran. in fol.
magno, apicibus ad gothicum stilum vergen-
tibus, in Germania, ut videtur, exaratus ini-
tio saeculi XV. initialibus literis auro mi-
nioque affabre depictis a summo ad calcem
exornatus.

nr. 2216. constans pagg. 118, membranaceus
in folio, nitide et eleganter exaratus saec.
XIV.

nr. 4498. constans pagg. 114, membranaceus in
4. exaratus saec. XV.

Omnes autem hi codices tum collati tum non-
dum collati, quantum comperi, titulum opusculi
gerunt: *Ludus de Morte Claudii Caesaris*, nullus,
quod sciam, Ἀποκκολοκυντώσεως inscriptionem exhibet:
quare nec mihi committendum ratus, ut hoc
titulo opusculum insignirem, eam, in omnibus edd.
recentioribus obviam, delendam iussi, codicibus
quippe magis quam coniecturae vel haud impro-
babili obtemperaturus: quippe quae ab *Adr. Iu-
nio* *) profecta est. Qui quum apud Dionem
Cass. LX, 35 extr. **) legisset, Senecam nostrum in
Claudii mortem libellum edidisse sub titulo Ἀποκο-
λοκυντώσεως i. e. mutationis in cucurbitam, quo
verbo ab eo ad analogiam verbi pervulgati ἀπαθα-
νατίσεως i. e. mutationis in deum invento efficaci-
ter stupiditatem Claudii insignem designare volu-
erit, nec dubitasset, hunc libellum esse eundem
ipsum, quem etiam nunc tractamus; titulum eius
hunc in posterum quasi iure postliminii revocan-
dum et ex exilio, quo tamdiu delituisset, in iura
male perdita restituendum esse pronuntiavit. Sed
non

*) Cf. Ej. Animadv. 1, 17.
in Gruteri Lampade crit. Vol.
IV. p. 342 sq.

haecce: Συνέθηκε μὲν γὰρ
καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα,
Ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ, ὡς-
περ τινὰ ἀπαθανάτισιν, ὀνο-
μάσας.

***) Verba Dionis sunt

non satis erat, innuisse, a Seneca ideo Ἀποκολοκίγτωσιν Ludum esse appellatum, quod Claudius medicato boleto, quasi pharmaco purgatorio (cuius tamen in Ludo nulla fit mentio, nec prudenter fieri poterat) quod olim frequens e colocynthide concinnaretur (quam agrestem cucurbitam vocare licet) perierit; sed ex ipso hoc libello docendum erat, inscriptionem ei convenire. Quod factum non est, neque a Iunio, neque a Dan. Heinio in Diff. de hoc Senecae libello *). Defendi forsitan potest eo, ut dicatur, mutationem stupidi innui.

Neminem tamen adhuc vidi, qui Iunii sententiam reiecisset. Omnes eum insequuti viri docti et editores titulum hunc ab eo exhibitum pro vero et a Seneca profecto habere non dubitarunt. Vnus Xylander alicubi opinionem quidem promisit, non esse Senecae foetum, sed inscriptionem in dubitationem vocare non conatus est. Neque *Cortius* prof. olim lips. qui in libro sub ti-

b 4

tulo:

*) Adiecta haec est Ej. Orationibus, Lugd. Bat. 1642. 12. p. 683 — 708. quod me humanissime monuit *Biesterus*, praefectus Bibliothecae reg. Berolini, Vir doctrina eleganti et meritis de bonis literis sinceraque philosophia clarissimus. Eidem viro ami-

ciss. debeo etiam epitomen *Io. Schefferi* Lection. academ. (Hamb. et Amstelod. 1675. 8.) ubi p. 279 — 336. notae in Ludum hunc leguntur, exigui momenti. Criticis, quae paucae sunt, notis usus sum.

tulo: Satyrae Menippeae tres, Senecae Apocolocyntosis, Lipsii somnium et Cunaei Sardes Venales, Lipsiae 1720. 8. edidit notisque illustravit perpetuis et iis viro doctiss. parum dignis, neque Frid. Christoph. *Neubur*, qui germanice vertit et illustravit, Lips. 1729. 8. ap. Bernh. Christoph. Breitkopf, hanc inscriptionem repudiaverunt. Eandem opinionem et Viris doctis Gallis, Anglis et Germanis, qui ludum converterint in patrium quisque sermonem, se probasse intellexi *).

Haec tituli Ἀποκολοκυντώσεως omissio, quam codd. mss. testantur, Xylandro haud dubie dubitationem, quam modo memoravi, movisse videtur. Sed enim quum librarii graeca non callentes in contextu ipso graece scripta praetermiserint, quidni et inscriptionem graece scriptam quasi obelo praenotatam praeterierint? Nec silentium veterum sive neglectus ludi memorandi argumento sit, a Seneca non esse profectum, siquidem alioquin numerus librorum tanta veneratione dignorum mirum quantum diminutus foret. Fortasse tamen sermo latinus, quo hic ludus compositus est, abhorret a Senecae usu et consuetudine? At primum in libello tam lacero versamur, ut ea ipsa
loca,

* Praeter alias notas interpretationes memoro *Russavii* (Oeuvres To. XIV. p. 200. ed. de Genève) et *Sonn-*

tagii S. V. (Zur Unterhaltung für Freunde der alten Literatur. II. Rigae. 1790. 8.) Vtraque elegantissima est.

loca, quae dubium movent, suspicione corruptelae non careant: deinde saepius ad sensum quendam nec prorsus certum nec demonstrandum tota dubitatio redit. Iam vero quum colorem vere romanum et oratione et argumento prodi quivis confirmaverit, nec statim naevi sint, qui tibi dubitanti esse videantur, difficile inde fuerit demonstrare, a Seneca librum non esse profectum. Parum tamen aberat *G. D. Koelerus* D. Phil. qui cum maxime Gymnasium quod Detmoldi in vicinia mea floret, cum laude moderatur, Vir doctrina et ingenio clarus atque intima mecum amicitia coniunctus, quin de Seneca huius ludi auctore subdubitans et in orationem auctoris inquirens Seneca eam non satis dignam opinaretur, loquendi quippe maxime motus formulis hisce: c. 1. *volo memoriae tradere*; c. 3. *peregrinos in semen relinqui*; c. 4. *vae me*; c. 6. *collum praecidi*, et *quod tibi narro*, quod gallicum quid referre videbatur, ce que je Vous dis, en vérité; *virum valentem*, l'homme vaillant, et similibus: quae ipsi suspensionem movebant, recentioris cuiusdam auctoris foetum esse, qui Petronia stirorum (venia sit verbo!) recentiorum instar personam Senecae ad maiorem sibi suaeque satyrae in coronatum quendam stupidum securitatem parandam sibi accommodavisset. Quae etsi docte observata sunt, tamen id mihi non persuadent quod vir amiciss. voluit: partim enim ab usu Senecae non ab-

horrent, partim in notis nisi usum, tamen analogiam harum phrasium monstrare conatus sum. Sic, ut hoc obiter moneam, Seneca de Benef. VII, 4, 1. habet: volo videre: VII, 8, 1. volo sub conspectu meo ponere: c. 10, 1. Nunc volo tuas opes recognoscere etc. Non magis mihi Viri amicissimi, quod eius pace dictum sit, argumenta alia persuadent, cum propter iuris peritiam non vulgarem, quae in libello eluceat, et dictionis similitudinem Senecam patrem Ludi auctorem esse, non filium, nostrum Lucium Annaeum, tum severitate atque gravitate L. Annaei satyricam hanc et frivolam et sordidam scribendi rationem non dignam esse. Senecam tamen patrem tunc temporis non amplius in vivis fuisse, demonstrare fortasse valerem, si forte opus esset: sed non video, cur iurisperitiae laus non in nostrum quoque Senecam, quem saepe causas orasse constat, (cf. e. c. Dio Cass. LIX, 19.) casura sit. Nec satyrica nostrum vena caruisse, e scriptis his, quae nobis terere contigit, satis clare apparet: confirmant quoque iudicia a Tacito et Quintiliano satis nota de eo lata, virum amoenissimi ingenii, qui omnem fere studiorum materiam tractaverit, talem ludum scribere potuisse: nedum Dionis Cassii testimonium amplius urgeam, qui aperte eum ait satyram in Claudium composuisse. Denique de obsoletis non idem ac nos sensisse veteres, docet locus Quintiliani VI, 3, 29. Sed non tacendum est, virum amiciss. haec per literas mecum communi-

municantem egregie simul monuisse, se probe intelligere, ingenium L. Annaei Senecae tam copiosum et varium tum varia prodere tum variam suis scriptis formam induere potuisse, nec nos satis caute a scriptis eius, quae terimus, colligere, ludicrum et facetum scribendi genus ei non successisse, praesertim quum et diversi aetatis anni et vivendi agendique rationes ad alia omnia talem virum discedere a se cogere possint, et inconstantiam quandam creare valeant.

Multus fuit *Dionysius Diderotus* *), quum magis optandum quam docendum pronuntiaffet, Ludum hunc a Seneca non esse compositum, in causa Senecae oranda, atque in crimine adulationis et ingrati animi diluendo. Qua re non solum hunc Ludum et consolationem ad Polybium satyras esse posuit, sed consilium etiam Senecae in Ludo componendo fuisse statuit, ut Claudium risui publico exponens, Neronem alumnus suum ad officia Imperatoris sapientius et humanius quam Claudius fecisset, exsequenda optime adhortaretur. Sed quod primo loco positum est, egregie redarguit *Spaldingius* Vir Cl. **): alterum refutatur tota satyrae quamvis lacerae indole.

Cete-

*) Cf. eius *Essai sur les Regnes de Claude et de Néron* etc. To. I. p. 52 sq. To. II. p. 188. §. 94.

**) In *Abhandlungen der königl. Akademie der Wissenschaften und schönen Künste* aufs Jahr 1803. p. 226 sq. (Berolini 1806. 4.)

Ceterum de crimine illo, in quod Philosophus incurrisse dicitur, dispiciendum est, quo equidem, si quis alius, eum libentissime liberatum cupiam, quoad eius quidem fieri possit. Ac primum, ut illud diluamus ludum ei abiudicando, dubitationem movere hoc potest, quod Senecam, oratione, quam Nero die funeris Claudii Caesaris haberet, in eius laudem modo elaborata, continuo pessimis eundem Claudium conviciis credunt hoc ludo confectatum esse. Quod nostro certe sensui ab aulis remotorum vel maxime repugnat: siquidem ingratum in Claudium, qui exsulem revocasset et multis magnisque beneficiis et honoribus exornasset, animum philosophoque stoico indignissimum non possumus quin reprehendamus. Quamvis haec negari non possunt, tamen non impediunt, quominus cum locus, quem apud Neronem Seneca tenebat, summus, eiusque studium insigne, Claudii stultitia augenda atque risui publico exponenda, alumni sui extollendi, et vi oppositi populo commendandi, tum laxior philosophia stoica, recentiore eam merito vocaveris, (concedamus enim, iam tum huic philosophiae unice fuisse deditum) qua inde a Panaetio Stoeae auctorum asperitas temperata fuit, Senecae huius ludi scriptionem permiserint. At sic duplici persona eum induimus! Nec hoc negandum est. At etiam si nemini alii facile hoc concedamus, tamen homini in aula et in gravissimis honoribus, quos aula dat, cum maxime versanti haec venia et peten-

petenda et danda interdum esse videtur, ut duplicem capiat personam. Quod si ponamus, haud difficilis est Senecae excusatio, quem partes Neronis ita defendere decebat, ut, quum de homine publice idque merito damnato atque adeo arbitrio cuiusvis libere condonato ageretur, eo utcunque describendo ac tractando, tamquam materia locoque communi uti non dubitandum esset. Minuitur etiam culpa, si statum Senecae reputemus. Quid enim homini aulico amoenissimi ingenii et comitatis magnae (Tacit. Ann. XIII, 2.) facere licuit rogato forsan ab Agrippina Neronis matre, ut contemptui publico, cui Claudius iamdiu traditus erat, augendo atque comprobando et ipse suo ingenio deesse nollet? Num refragandi copia fuerit? Minime gentium. Talia autem pro certis ponere et historiae male tacenti extorquere licet historico homines reputanti ubique in rebus similibus similes sibi esse, rerumque usum consulenti. Et quaenam gratia homini persolvi debebat, qui temere in exilium mittere, et inde itidem revocare solebat! Parum autem in Senecam cadere istam delicatorem iusto sentiendi rationem, (*sentimentalitem* barbaramente novitii vocant) quam Diderotus in eo positam voluit, ex aliis locis colligimus, ubi Claudii mentionem fecit haud honorificam, e. c. de benef. 1, 15, 3.

Nec opponi potest irrisio Stoaë, qua quidem auctor ludi non abstinuit. Num verisimile est, dici

dici potest, Senecam stoicae philosophiae tunc temporis iam deditum tam abiecte loquutum esse de quibusdam huic philosophorum sectae tam caris rebus? Nonne deus stoicus, nonne Hercules, quem tanti aestimasse constat Stoicos, ridiculo est? Audio. At quid impedit, quominus nostrum vel maxime stoicum statuamus haec immiscuisse, ut ridiculum, quod quaerebat, auget, in memoriam revocans locum Varronis facetissimum, cuius tamen acumen nobis periit? Oblitine sumus Ciceronis, qui ut Catonem ridiculo exponeret, philosophiam quam valde eum amasse constat, etiam stoicam risui exposuit? Quidni statuere licet, ludum hunc in publicum prodiisse primo anonymum, quamquam Senecae esse opusculum mox neminem fugerit? Nam qui aulam eiusque artes populo verba dandi atque os oblinendi vulgatas noverit, ei facile hanc opinionem se probaturam confido.

Ceterum cuncta quae ad mortis Claudii genus spectant, mox adeo pernotuere, ut Tacitus, Suetonius aliique non opus haberent e satyra haurire sua (cf. Tacit. Ann. XII, 67). Quo factum est, ut historia nihil novi ex ea capiat.

Si forte quis haec omnia quae pro Seneca Ludi auctore pugnant, probe perpenderit, non dubito, quin sententiae vetustae a Dione Cassio et Codd. mss. nobis traditae mecum accedat et
eam

eam probet, etiam si nemo huius ludi meminerit praeter Dionem, quod facile in tanta auctorum, praesertim istius aevi, iactura fieri potuit. Titulum autem a Dione laudatum nostris codd. mss. deesse, nemini mirum videbitur, qui reputaverit, librum ex uno et eo lacero codice manuscripto ad nos venisse. Nec tamen inde, quod Dio Cassius librum non cum laude meminit, cogi recte posse videtur, non magni esse aestimatum: nam utrum Dio librum ipse legerit, an aliunde sua hauserit, nemo dixerit. Accedit, quod Senecae non fuisse constat.

In hoc Satyrae genere Seneca non primus fuit, quum *Lucilius*, *M. Ter. Varro* apud Romanos, et *Menippus Gadareus*, *Meleagri*, primi Anthologiae graecae conditoris, amicus, ὁ σπουδογέλοιος Straboni XVI. p. 1101. vocatus (cf. Fabricii Biblioth. graec. Vol. III. p. 521 sq.) alique apud Graecos satis celebres fuerint satyrici, qui solutam orationem versibus distinguendo nomen huic scribendi generi adsciverunt. Sed nil nisi fragmenta horum scriptorum exstant. Nec raras huiusmodi scriptiones fuisse apud Romanos non unum exemplum docet. Clarissimum est *M. Ter. Varronis*, qui in triumphum Cn. Pompeii, Iulii Caesaris et *M. Crassi* satyram *Τρικάρωνον*, ad Cerberum respiciens, composuit, memoratam Appiano B. C. II, 9. (Vol. II. Opp. p.

186. ed. Schweighäuseri). Aelii Saturnini satyrae in Tiberium meminit Dio Cass. LVII, 22. Sed qui hac de re scripsere, nobis otium fecerunt *). De argumento Ludi nihil addam, quum e Tacito, Suetonio et Dione Cassio omnia nota sint.

*) Cf. *Ruperti* V. Cl. de ab eo curatae praemissam Satyra Romanorum diff. p. LXXVII sq. primo Vol. ed. Iuvenalis

L. ANNAEI SENECAE
AD AEBUTIUM
LIBERALEM
DE BENEFICIIS
LIBER PRIMUS.

Argumentum et Ordo.

Hos libros inter Philosophiae ultimos pono, etsi frontem antea tenuerunt. Sed res ita est, si tempus spectes: et scripti omnino sunt sub Nerone, post Claudii mortem. Argumentum certum, quod sine libri primi contentim admodum de Claudio, et futile eius iudicium traducit: non facturus unquam illo vivo. Libri boni sunt, sed mehercule in ordine et tractatu confusi: quem vix est vel annitentem expedire. Tamen, ut possumus. Primus liber exordium habet et querelam de Ingratitudine, quae crebra est, et inter vitia tamen magna. Ideo de Beneficiis se scripturum, Quae vis eorum, et proprietas sit? Haec usque ad Cap. V. Tum definit, Beneficium non in materie, sed animo tribuentis esse: et ab eo pendendum. Diducit per exempla, et argumenta, usque ad Cap. XI. Ibi duo membra dicendorum proponit, Quae beneficia danda, et Quemadmodum? Prius exsequitur ad finem libri: alterum differt in sequentem. I.

I. Inter multos ac varios errores temere viventium inconlulteque, nihil propemodum^a indignius, optime Liberalis, dixerim, quam quod beneficia nec dare fcimus, nec accipere. Sequitur enim, ut male collata, male debeantur. de quibus non redditis, fero querimur: ifta enim perierant, quum darentur. Nec mirum eft, inter plurima maximaque vitia nullum efle frequentius, quam ingrati animi. Id evenire ex pluribus caufis video. prima, quod non eligimus

a. *Indignius* ex uno palat. cod. apud Gruterum cum Gronovio retinui: aliis, Grutero notante, vel omnino omittentibus, vel alio *peius*, at alterius manu adpictum orae, exhibente. Erasmus *nocentius*, Rudolph. Agricola *turpius*, invexerunt, e coniectura. Quae quidem vacillatio indicare videtur, viris doctis hanc comparationem deberi, ut qui putarent, voculas: *nihil propemodum* carere non poffe tali adiecto, et proinde vel *indignius*, vel *turpius*, vel *nocentius*, vel *foedius* infulcirent, parum fcilicet folliciti auctorem an librarium in ordinem cogere, ideoque legum criticarum haud memores.

Introitus pertinet ad cap. V: ubi quum expoſuiſſet de mala beneficiorum colloca- tione uſuque pravo, ad tractationem de beneficiis transit.

1. *Temere — inconſulte- que*, qui a proficientibus, quid, quod a ſapientibus, ſecundum dogma Stoicum, multum abſunt, iisque opponuntur imperiti, ſtulti. De *Liberali* cf. praefationem huic volumini praemiſſam.

2. *prima* i. e. praecipua. Sic III, 3, 1. plenius: Prima omnium ac potiffima. *Utilitatis* aut fructus percipiendi cauſa dari beneficia

quammaxime reprehendit: quo ſpectat etiam illud: *nomina facturi*, debitores comparaturi, a quibus beneficium tamquam creditum repetatur. Creditorem autem *nomina facere* i. e. debitoris nomen et quod ei creditum eſt, in tabellas ſ. kalendarium referri ſolitum fuiſſe, ideoque pro debitore nomen ſimpliciter uſurpari conſtat. Fuiſſe tamen quoque in uſu de debitore, docet locus Ciceronis de Offic. III, 14, 7. ubi cf. Heuſinger et Erneſti Clav. Cic. ſ. v. *nomen*. *Vaſa* quae nos mobilia, les meubles, τὰ σκεύη vocemus. Lipſius com-

mus dignos, quibus tribuamus: sed nomina facturi, diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus: semina in solum effoetum et sterile non spargimus: beneficia sine ullo delectu magis proicimus, quam damus. Nec facile dixerim, utrum turpius sit 3 infitari, an repetere beneficium; id enim genus huius crediti est, ex quo tantum recipiendum sit, quantum ultro refertur: ^b de quo queri vere foedissimum ob hoc ipsum, quia non opus est ad liberandum fidem facultatibus, sed animo. reddit enim beneficium, qui libenter debet. Sed quum sit in ipsis 4 crimen, qui ne confessione quidem grati sunt, in

A 2

nobis

b. *de quo queri vere.* Ita exhibent codd. mss. Grut., et nexus sententiarum postulat. R. Agricola vero ex ingenio dedit, *decoquere revera*, sequacibus Erasmo vultioris Ms. fide adiuto, qui tamen in tertia editione *de quo queri revera* restituit, et Mureto, qui Stephano ad stipulante *decoquere vero* praetulit. Interdum criticos istius aetatis vocabula rarioris significationis lectari videmus, vel sensu loci abnuente. Non enim h. l. de ingrato sermo est, qui fidem aut nolit, aut non possit liberare, sed de eo, qui beneficium repetat, nec animo debentis grato acquiescat. Mox §. 5. *artibus petentes elusit* praestat Vincēntius Bellouacensis in Speculo Historiali LX, 106: sed vulgata, *properantes necessitates elusit* bene habet.

comparat locutiones publicas, *vasa conclamare, colligere* de militibus castra relinquentibus, et *vasarium* pecuniam ex aerario magistratibus in provinciam euntibus dari solitam, qua ornentur, ad comparanda vasa. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. delectu dignorum iis hominum.

3. *reddit — debet.* i. ille pro grato habendus est atque beneficium reddente, qui beneficium se accepisse

libenter profitetur, adeoque animo grato est: de quo tamquam beneficia *facultatibus* s. opibus qualibuscunque non reddente queri, reprehensione dignissimum est. Lipsius laudat Ciceronis illa: Gratiam et qui refert habet, et qui habet in eo ipso quod habet, refert.

Verba haec auctoris anonymi occurrunt in Cicer. Orat. pro Cn. Plancio c. 28. cf. Ej. de Offic. II, 20 ubi vid. Heningser.

nobis quoque est. Multos experimur ingratos, plures facimus: quia alias graves exprobratores exactoresque sumus; alias leves, et quos paulo post muneri sui poeniteat; alias queruli, et minima momenta calumniantes. Ita gratiam omnem corrumpimus: non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum 5 damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leviter rogari, aut semel? quis non, quum aliquid a se peti suspicatus est, frontem adduxit, vultum avertit, occupationes simulavit, longis sermonibus, et de industria non invenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, et variis artibus properantes necessitates elusit? 6 In angusto vero comprehensus, aut distulit, id est, timide negavit, aut promisit; sed difficulter, sed subductis superciliis, sed malignis et vix exeuntibus verbis? Nemo autem libenter debet, quod non accepit, sed expressit. Gratus esse adversus eum quisquam potest, qui

4. *leves* qui iniuriis suis beneficia ante collata destruant. *Momenta* occasionum aut temporum, quibus videantur potuisse reddere. L.

5. *frontem adduxit*, rugosam, s. morosus tristisve fuit. Frontem autem esse tristitiae hilaritatisque sedem pleraeque linguae indicant: ut *supercilium*, ὑπερῶς, superbiae, e. c. mox §. 6. *subductis superciliis* etc.: quae verbo tantum moneam, quum vel Lexica satis doceant. *elusit*, fessellit auxilium in malis urgentibus sperantes, subduxit sese iis.

6. Laudat Lipsius Epi-

grammata Martialis duo, quae exstant II, 44: Durum est, Sexte, negare, quum rogaris: Quanto durius, antequam rogeris. et VI, 20 In Phoebum: Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus Teque decem crucias: jam rogo, Phoebе, nega. Similium Martialis aliorumque praeberi posset haud parva leges, quibus tamen brevitatis notarum non patet. *malignis — verbis* i. parcis et tarde provenienti-bus v., e more superbiorum. Moneo, ne putes, esse verba addicentia et recusantia. *responsum*, gratias acturum.

qui beneficium aut superbe ^c abiecit, aut iratus impedit, aut fatigatus, ut molestia careret, dedit? Errat, si quis sperat responsurum sibi, quem dilatione lassavit, expectatione torfit. Eodem animo beneficium debetur, quo datur: et ideo non est negligenter dandum. Sibi enim quisque debet, quod ^d a nesciente accepit. Nec tarde quidem: quia, quum in omni officio magni aestimetur dantis voluntas, qui tarde fecit, diu noluit. Utique non contumeliose. ⁸ nam quum ita natura comparatum sit, ut altius iniuriae quam merita descendant, et illa cito defluant, has tenax memoria custodiat: quid expectat qui offendit, dum obligat? Satis adversus illum gratus est, qui beneficio eius ignoscit. Non est autem quod ⁹ tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum. Nam primum, ut dixi, nos illam augemus: deinde ne deos quidem immortales ab hac tam effusa ^e necessi-

A 3

cessi-

c. *abiecit*. Sic script. omnes. Mallet Lipsius *obiecit*. Quid vero opus, quum optima sit vetus lectio et merito probata Grutero? Gronovius usum hunc verbi exemplis nunc satis notis adstruit. Erasmus aliique *iniecit*. Cf. c. II, 1 etc. d. *a nesciente*. Et hoc ferri potest et illud: *a negligente*: utrumque, quod fere idem valet, occupant codd. mss. Erasmus invenerat quoque *a nolente*. e. *necessitate*.
Omnium

8. *Utique*, praesertim. munt, ideoque altius denam quum — *custodiat*. Anscendunt plerumque, quam tiqua et ea vera est obsermerita, quibus se indignum vatio haec, quam exemplis haud facile quisquam iudicatus Hist. IV, 3 explicat: amor sui se iudicat. *Satis* quia gratia oneri, ultio in — *ignoscit* nempe contumeliosa illi, et quod odium fere exponit Dio Cass. 44, magis quam gratiam merentur. L.

pungunt animum, quia virtutis s. bonorum, quibus 9. Egregiam hanc sententiam, quam Christo acceptam iactat, partem saltem adreferimus ap. Matth. V, 45 et

cellitate sacrilegi, negligentesque eorum, deterrent. Utuntur natura sua, et cuncta, interque illa ipsos munerum suorum malos interpretes, iuvant. Hos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur: demus beneficia, non foeneremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, quum daret. ^f At si male cessit, et liberi, et coniuges spem fefellerunt: tamen et educamus, et ducimus, adeoque adversus experimenta pertinaces sumus, ut bella victi, ⁱⁱ et naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dandis beneficiis decet? quae si quis non dat quia non recipit, dedit ut reciperet, bonamque ingratorum facit causam, ^g quibus turpe est non reddere,

Omnium codd. mss. lectio est, quam non intellectam R. Agricola mutavit *liberalitate*, Muretus *benignitate*. Defendit vulgatam et exposuit Gronov. Obsl. II, p. 174. ed. lipf.: cf. not. ^f *At si male cessit, et liberi etc.* Sequor mss. Erasmus tamen et reliquae edd. *At male cessit. Et liberi et coniuges etc.* Tò *Ac* mss. sensui non aptum in *At* mutandum censui, mss. aliquot ap. Grut. addicentibus. ^g *quibus turpe est non reddere, si licet.* Optimorum codd. ap. Pincian. et Grut. haec est lectio. Nec recedit Erasmus. Muretus tamen e vetere, ut ait, codice invexit: *quibus ita demum t. e. n. r. si et licet* Facile autem apparet, vocolas: *ita demum est* esse emblemata institutum.

et Luc. VI, 35 et Paulo Act. Apost. 14, 15. 16, nec Stoicis aliisque philosophis antiquis ignoratam aliquoties repetit noster, III, 25. VII, 31. Haec cum aliis non minus praeclaris sententiis in causa fuit, quod Seneca pro Christiano haberetur. *Effusa* autem Deorum *necessitas* est prolixa illa et necessaria atque infita ipsis providendi. Sic noster VII, 31 deos vocat unam poten-

tiam fortitos, prodesse. V, 9 beneficium res voluntaria est: ut prodesse tibi necessarium est. Consol. ad Helv. 6 lex et naturae necessitas. *Interpretes* i. sacrilegos, impios.

10. Et si mala interdum experientia utamur, ea tamen deterreri nos non patimur ab officiis nostris sequendis naturam sequentes, et illud: nec si male nunc, semper sic erit, reputantes.

dere, si licet. Quam multi indigni luce sunt? et tamen dies oritur. Quam multi, quod nati sunt, queruntur? tamen natura sobolem novam gignit, ipsosque qui non fuisse mallent, esse patitur. Hoc et magni animi et boni proprium est, non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa; et post malos quoque bonum quaerere. Quid magnifici erat multis prodesse,¹² si nemo deciperet? nunc est virtus, dare beneficia, non utique reditura, quorum a viro egregio statim fructus perceptus est. Adeo quidem ista res fugare nos, et pigriores ad rem pulcherrimam facere non debet, ut si spes mihi praecidatur gratum hominem reperiendi, malim non recipere beneficia, quam non dare, quia qui non dat, vitium ingrati antecedit. Dicam quod sentio: ^h qui beneficium non reddi, magis peccat; qui non dat, citius.

A 4

II. Bene-

^h. *qui beneficium non reddit, magis peccat; qui non dat, citius.* Egregius codex Naë. sic exhibet, quae cum Lipsio et Gronovio tuear, ut sententiae maxime quoque apta. Pinc. in suis codd. et Grut. in tribus Palat. invenerunt: *qui beneficium non reddit magis peccat, quam qui non dat:* in quibus Senecam non agnoscam acumen libenter sectantem. Multae sane librorum variationes mutationesve acuminis huius incitiae exortae sunt. Muretus praetulit, quod mireris, et in vocula *Citius* latere putavit auctorem senariorum sequentium, legendumque, non improbante Grutero, *Attius*: contra Senecae morem, nomina auctorum versus quos apponit, addere non nimis diligentis.

12. *quorum a viro egregio qui beneficia dedit statim in dando, quam non dare.* Animose. Sed et Epicuri illius, etsi omnia utilitate metientis, hoc scitum est: *non solum honestius, sed iucundius esse, beneficia dare, quam recipere.* Plutarch. in libello, cum Principe esse philosophandum. I. Exstat hic locus in Plut. Opp. Vol. XII p. 86 ed. Hutten. et Epicuri fuisse hanc sententiam docuit Brucker Hist. crit. Phil. To. I. p. 1314 e Gassendio. Verba graeca apponam: τοῦ εὖ πάσχειν τὸ εὖ ποιεῖν οὐ μόνον κάλλιον, ἀλλὰ καὶ ἥδιον εἶναι Φησι (Ἐπίκουρος).

II. *Beneficia in vulgus quum largiri institueris,
Perdenda sunt multa, ut semel ponas bene.*

In priore versu utrumque ^a reprehendas. nam nec in vulgus effundenda sunt; et nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est. quibus si detraxeris iudicium, desinunt esse beneficia: in aliud quodlibet incidunt nomen. Sequens sensus mirificus est, qui uno bene posito beneficio multorum amissorum ²damna solatur. Vide, oro te, ne hoc et verius sit, et magnitudini bene facientis aptius, ut illum hortemur ad danda, etiamsi nullum bene positurus est. Illud enim falsum est, Perdenda sunt multa. ^b Nullum perit: quia qui perdit, computaverat. Beneficiorum simplex ratio est: tantum erogatur. ^c si redit aliquid,

- a. *reprehendas.* Omnium codd. et edd. est lectio praeter bip. quae vitiose *deprehendas.* b. *Nullum perit: quia qui perdit, computaverat.* Omnium fere codd. et eorum optimorum est, imprimis Naz., cui cum Gron. plurimum tribuo. Pro aberrationibus librorum habeam: *Nullum perdit, qui perdi non computaverat:* ut adeo emendationibus superfedere facile possimus. c. *si redit — si non redit.*

1. Muretus hos versus fit, atque ideo non honesta *Attio* s. *Accio* celeberrimo est. Tragico Romano († 615. a. u.) nescio qua re motus attribuit. Maiore forte iure e mimis P. Syri, quibus Seneca idemtidem utitur, eos defuntos esse statueris: saltem occurrunt in iis quaedam huc spectantia. *largitio* de frumenti, olei etc. distributionibus, populo romano nullo discrimine factis, ideoque de prodigalitate in usu vox fuit. Hoc quidem sensu capias: quae nullo iudicio vero adhibito

2. *tantum erogatur,* nempe in illis, in beneficiis dispensandis. Aliae rationes duplices sunt, accepti nempe et expensi: at dantis beneficium ratio simplex est, non comparat, non subducit, non computat: tantum erogatur. Denique ratio beneficiorum constat, si bene erogatur. Gron. *Kalendarium* fuisse librum foenebrem, in quo usurae per calendae perscriberentur, notum est. *nec ut avarus e.*

aliquid, lucrum est: si non redit, damnum non est. Ego illud dedi, ut darem. nemo beneficia in kalendario scribit, nec, avarus exactor, ad horam et diem appellat. Nunquam illa vir bonus cogitat, nisi ad-³monitus a reddente: alioquin in formam crediti transeunt. Turpis foeneratio est, beneficium expensum ferre. Qualiscunque priorum eventus est, persevera in alios conferre. melius apud ingratos iacebunt, quos aut pudor, aut occasio, aut imitatio aliquando gratos poterit efficere. Ne cessaveris: opus tuum perage, et partes boni viri exsequere. Alium re, alium fide, alium gratia, alium consilio, alium praeceptis salubribus adiuva.

III. Officia etiam ferae sentiunt: nec ullum tam immanis animal est, quod non cura mitiget, et in amorem sui vertat. Leonum ora a magistris impune tractantur: elephantorum feritatem usque in servile obsequium demeretur cibus. Adeo etiam quae

A 5

extra

redit. Hanc Erasmi emendationem in textum recipere debui, probante Grutero, quamquam codd. mss. omnes *si reddet* — *si non reddet* praefant. Hoc enim durius iusto et contra Senecae consuetudinem est. Sic II, 31, 3 est: nihil de *reditu* cogitare. Mox post *nec* infulcit unus cod. ms. Colon. ut avarus exactor etc. male est enim appositio. Monuit Muretus Var. Lect. XII, 1: qui ibidem, quum edd. antiquiores Erasmi al. legant, nec avarus exactor ad horam et diem *creditorem* appellat, *debitorem* legendum esse censuit. Sed quum omnes codd. mss. omittant hanc vocem, expungendam iussi, Grut. Lipsio et Gronovio praeerantibus. *Imitatio* bona est lectio: aberrationes *invitatio* etc.

3. *Alium re — adiuva.* 1. *demeretur cibus.* Nam Apposite laudat Lipsius Platonis beneficii partiendi modum e Diogene Laert. III, 95. Beneficentia quadrifariam dividitur: aut enim pecuniis, aut corporibus, aut disciplinis, aut verbis beneficium praestari etc. capti fame domantur et offendentem deinde cibum amant, audiuntque. Plinium, Aelianum vide. L. Addas nunc Buffonum aliosque rerum naturalium descriptores, si tanti esse videatur.

extra intellectum atque aestimationem beneficii sunt posita, assiduitas tamen meriti pertinacis evincit. Ingratus est adversus unum beneficium? adversus alterum non erit. duorum oblitus est? tertium etiam eorum quae exciderunt, memoriam reducet. Is perdit ^a beneficia, qui cito se perdidisse credit. At qui instat, et onerat priora sequentibus, etiam ex duro et immemori pectore gratiam extundit. Non audebit adversus multa oculos attollere. quocumque se convertit, memoriam suam fugiens, ibi te videat: beneficiis tuis illum cinge. Quorum quae vis, quaeve proprietas sit, dicam, si prius illa, quae ad rem non ³ pertinent, transilire mihi ^b permiseris, quare tres Gratiae, et quare sorores sint, et quare manibus implexis,

a. *beneficia* omnes codd. mss. praestant, nec omitti potest. Gruterus quoque probavit. Erasmus aliique omiserant. Vincentius l. l. habet *Disperdidit beneficia*. b. *permiseris, quare*. Sic Gronov. in Rottendorffii codice invenit, nullo vulgatae lectionis: *permiseris. Num vel nunc dicam* ibi vestigio exstante. Optime. Sunt enim, quod egregie monuit Gronovius, quae mox transilit et transcurrit, ex iis, quae ad rem non pertinent etc. Monuit haec Gronov. ad VII, 30.

2. *Is perdit*. In hanc et tunc *Hecatonis Chrysiptique* vicinas sententias Plin. Epp. abunde docet, et studio allegoriae in mythis explicandum, Hesiiodum Theogon. comparatum, ut antiquiora beneficia subvertas, nisi illa posterioribus cumules. Nam 907 sq. in nominibus Charitum edendis sequuntae. quamlibet saepe obligati, si ritum edendis sequuntae. quid unum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est. Publius mimographus callide: Beneficium destinatae a poetis ibique saepe dare, docere est reddere. L. munere eodem, quo Nymphae in Oceano, functae,

3. Quae hic de *Gratiis* ad ea omnia sensim traductae sunt, quae pulcritudinem gratiamque creant, ideo-

plexis, quare ridentes, iuvenes, et virgines, solutaque ac pellucida veste. Alii quidem videri volunt unam esse, quae det beneficium: alteram, quae accipiat: tertiam, quae reddat. Alii tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul et accipientium reddentiumque. Sed utrumlibet ex istis 4 iudicaverim: quid ista nos iuvat scientia? Quid ille confertis manibus in se redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficij per manus transeuntis nihilominus ad dantem revertitur, et totius speciem perdit, si usquam interruptus est: pulcherrimus, si cohaesit, et vices c servat. Ideo ridentes: est aliqua tamen 5 maio-

c. *Ideo ridentes: est aliqua tamen maioris dignatio, sicut promerentium etc.* Ex codd. mss. optimis ap. Grut. et Gron.

ideoque ad beneficiorum Rubenio ap. Gronov. ad h. praesidium. Cf. doctam de I. de Aglaja natu maxima *Gratiis* commentationem I. expono, quae promerentes C. F. *Manfonis*, repetitam refert, et maior dignationem aliquam prae fororibus in libro bonae frugis pleno: obtinet. *quia incorrupta — Versuch über einige Gegenstände aus der Mythologie der Griechen und Römer, sancta, in quibus — adder Lipsiae, ap. Dyck. 1794. 8. scripti* i. e. quia omnes a quacunque corporis animique labe atque macula liberae nihil habent in se vinculi cuiuslibet. Voces: *in quibus* non separandae sunt, sed jungendae cum voce *omnibus* sc. virginibus his. Lipsius ad *vestes* referre maluit, quia *beneficia conspici volunt*. Huetus margini editionis qua utebatur, adscripserat: nempe qui accipiunt, non qui dant. At spectant haec utique ad virgines, quae volunt, ut beneficia magni aestimentur.

5. *Ideo ridentes: est aliqua tamen maioris dignatio, sicut promerentium.* Cum

maioris dignatio, sicut promerentium. Vultus hilares sunt, quales solent esse qui dant, vel accipiunt beneficia. Iuvenes: quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines: quia incorrupta sunt, et sincera, et omnibus sancta, in quibus nihil esse alligati decet, nec ^d adscripti: solutis itaque tunicis utuntur: pellucidis autem, quia beneficia conspici volunt. Sit aliquis usque eo Graecis emancipatus, ut haec dicat necessaria: nemo tamen erit, qui etiam illud

Gron. restitui. Plurimi enim habent: *servat. Ideoque est aliqua tamen maioris dignatio, sicut promerentium vultus. In primo palat. Ideo ridentes quia promerentium vultus hil. sunt, et qui dant et qui accipiunt beneficia.* Tò ridentes haud abesse potest: quare ridentes sunt, dicturus erat, quod participium non poterat non repetere, sicut et mox τὸ iuvenes et virgines reposuit. Post promerentium punctum maximum posui, suadente Rubenio apud Gron. Ita non necesse est, ut verba: *quales solent esse, qui — beneficia*, auctore Gronovio expungantur. Gronovius diversa et ea haud spernenda, ut erat vir elegantissimi iudicii, crisi usus est, cui tamen adstipulari non possum. Nam verba: *ideo ridentes* pro interpretatione manifesta habens scribendum putat: *pulcherrimus si cohaesit et vices servat. Ideo est aliqua amoenioris dignatio, sicut promerentium vultus hilari sunt. Iuvenes etc.* Vulgata lectio erat: *servavit. Ideo ridentes: quia promerentium vultus hilari sunt, quales solent etc.* d. *adscripti.* Sic omnes fere codd. inff. et edd. i. e. obligati, adeoque formulis concepti, coacti. Erasmi editio tertia habet: *astricti*, quod etiam praetulit Mitscherlich ad Horat. Carm. I, 30, 6. Doctius tamen est illud, quod cum Gron. tuemur. *Adscriptus est obligatus, mancipatus: de Ira III, 20. de Benef. VII, 7.*

6. ut haec dicat necessaria i. e. has explicationes allegoricas. *Hesiodus*, quem Graecorum poetarum post Homerum celeberrimum circa Olymp. XX floruisse nuper Vir praestantiff. I. H. Voss in libello doctissimo: *Alte Weltkunde p. XVI sqq. docuit, in Theogon. 907 sq. interpretationem* sc. allego-

ricam. *deflectit quisque. quam — quod voluit etc.* Sequitur in his Seneca opinio- nem iam Herodoto II, 53 ut verisimile fit, prebatam, Homerum et Hesiodum ποιῆσαι θεογονίην "Ελληνι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντας etc. Sed locus iste Herodoti Criticis recentioribus dissentienti de sensu verborum

rum

illud ad rem iudicet pertinere, quae nomina illis Hesiodus imposuerit. Aglaian maximam natu appellavit, mediam Euphrolynem, tertiam Thalian. Horum nominum interpretationem, et prout cuique vilum est, deflectit; et ad rationem aliquam conatur perducere: quum Hesiodus puellis suis, quod voluit, nomen imposuerit. Itaque Homerus uni mutavit, 7

Pasi-

rum istorum anam prae- bus, quas Virgil. Aen. III, buit, aliis quippe Hesiodum 483 *picturatas auri subte-* veribus tantum theogoniam, *mine*, XI, 775 ubi cf. Heyne quam conditam invenisset, V. S. *sinus crispantes*, et expressisse, aliis condidisse Horat. IV Carm. 9, 14 *aurum vestibibus illitum* appellat. Haec stamini subtemen-

7. Itaque Homerus II. aureum, fila aurea intexendi, bracteas aureas ac lamellas inferendi staminibus cum subtemine, ratio in Phrygia inventa est: unde opus phrygionium et textores phrygiones. Cf. Io. Beckmanni Beyträge zur Geschichte der Erfindungen To. III. p. 64 sq. et 228. Simpliciter itaque poeta ille reliquerat onerans Gratiam vestibibus tam pretiosis barbarisque. Turnebus tamen, Lipsio aliisque assentientibus, quum diversam lectionem *phryxianis* (et apud Plin. N. H. VIII, 48 obviam) praetulisset, de villosa veste, la frise, ideoque de crassa interpretari maluit: praeiverat iam Erasmus ex parte. Sed quia pictori — est: at is non e praeceptis Stoeae Gratias ut beneficiorum deas alle-

XIV, 267 *uni* Gratiae mutavit nomen. Somno uxorem dedit eam Iuno. Eustath. ad Hom. l. l. de gratia, qua somnus apud omnes homines floret, cogitat. Seneca putasse videtur, mythologiae unum systema inter Graecos semper obtinuisse, quum tamen veri simillimum sit, vel ex hac Gratiarum historia fabulari, et systemata haec non eadem ubique nec semper fuisse, et pluribus locis diversisque nominibus parentibusque floruisse cultasque esse Grantias. Ceterum poetis libertatem in iis diis, qui sollemni religione non essent sacrati, varie tractandis, esse concessam, nemo infitias iverit. Quis alius ille poeta sit, ignoramus. *spifsis auro phryxianis* sc. vesti-

gori-

Pasithean appellavit, et in matrimonium produxit, ut scias illas Vestales non esse. Inveniam alium poetam, apud quem praecingantur, et spissis auro Phrygianis prodeant. Ergo et Mercurius una fiat: non quia beneficia e ratio commendat vel oratio, sed quia 8 pictori ita visum est. Chrysiippus quoque, penes quem subtile illud acumen est, et in imam penetrans veritatem, qui rei agenda causa loquitur, et verbis non ultra, quam ad intellectum satis est, utitur, totum librum suum his ineptiis replet: ita ut de ratione dandi, accipiendi, reddendique beneficii pauca admodum dicat: nec his fabulas, sed haec fabulis in- 9 serit. Nam praeter ista quae Hecaton transcribit, tres Chrysiippus Gratias ait Iovis et Eurynomes filias esse: aetate autem minores quam Horas, sed meliuscula facie, et ideo Veneri datas comites. Matris quo-

e. *ratio commendat vel oratio.* Sic praestant omnes codd. mss. et edd. ante Muretum, qui *διπρογορησίαν* hic suspicans, pro lubitu suo scilicet, scribi iussit: *commendat oratio*, vocalis *vel ratio* expunctis. Pincianus emendaverat: *ratio commendat*, reiectis vocalis, *vel oratio.* v. Mureti Var. Lectt. XV, 16 (in Iani Gruteri Lampade crit. Vol. II. p. 1149). Gruterus cum Lipsio et Gron. Muretum sequenti sunt. Equidem nullam causam reperi, cur codd. relinquerem, quum et ratio et oratio Mercurio propriae sint. cf. Horat. Carm. I, 10.

gorizantis, sed artis suae, pararent, monuit quoque quae iussit, ut deo deam Plutarch. de Auditione p. 146. c. 8. To. VII Opp. ed. jungeret eum commendantem, pinxisse videri debet. Hutten. Ceterum quae noster hic ait de *Chrysiippo* († circa 200 ante Christ.) confirmata reperies a scriptoribus, quos Fabric. Bibl. graec. Vol. III. p. 546 Harles. ed. laudavit. Cf. eundem ibique p. 563 de *Hecaton* Rhodio, Panaetii discipulo.

quoque nomen ad rem iudicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia late patētis ^f matrimonii sit, beneficia dividere: tanquam matri post filias soleat nomen imponi, aut poëtae vera nomina reddant. Quemadmodum nomenclatori memoriae loco audacia est: et cuicumque nomen non potest reddere, imponit: ita poëtae non putant ad rem pertinere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quaeque vocari iubent, quod belle facit ad versum. Nec illis fraudi est, si ^g aliud quid in censum detulerunt: proximus enim poëta suum illa ferre nomen iubet. Hoc ut scias ita esse, ecce Thalia, de qua quum maxime agitur, apud Hesiodum Charis est, apud Homerum Musa.

IV. Sed

f. *matrimonii* omnium codd. lectio. Muretus ex Erasmi coniectura dedit: *patrimonii*. Ignorasse autem videntur, et de matre uxoreve hoc nomen in usu fuisse. Nemo de patrimonio usurpavit. Si quid vitii inest, latet in *patētis* fort. *partientis*: cf. not. g. *aliud quid* Muretus emendavit a Gronovio de pecunia veteri IV, 1. p. 260 probatus. Antea apud Erasmus erat: *aliquid*. Recte habent sequentia: *In censum det* i. e. ut verum in medium attulerunt, servos *nomenclatores* dominis suis nomina civium suggerentes imitati.

9. *Eurynomen* — *matri- tur, quae late partitur. monii sit.* Conieci *partientis* Annaeus autem Cornutus p. ab *εὐρύς* et *νέμεσθαι* parti- 162 de natura deorum de- ri: sensu tunc melius procedente: nam si *late patens* duxit ab *εὐρύς* et *νόμος* possessio, *κλήρος*.
 10. *Hoc ut* — *Hesiodum* verho sit vocis *Εὐρυνόμης*, Theogon. 907. — *Homerum* compositi priorem partem *Musa*. Apud Homerum non occurrit, sed apud Hesiod. Theog. 77, si modo Hesiodi sunt versus, *Musa* huius nominis: sed ll. σ, 39 Nereis: nec novisse poterat Thalam *Musam*, quippe quae Comoediae praeesse dicebatur, quod tamen egregie

IV. Sed ne faciam, quod reprehendo, omnia ista, quae ita extra rem sunt, ut nec circa rem quidem sint, relinquam. Tu modo nos tuere, si quis mihi obiiciet, quod Chrysiippum in ordinem coëgerim, magnum mehercule virum, sed tamen Graecum, cuius acumen nimis tenue retunditur, et in se saepe replicatur: etiam quum agere aliquid videtur, pun-

git,

gie observante Heynio (Opusc. acad. To. II. p. 310) ante Olymp. LIV et LXI factum non est. Vno tantum loco ap. Homer. Odyss. ω, 60 novenarius Musarum numerus occurrit, qui Heynii memoriam Obsf. ad II. α princip. fugit, et si laudaverat eum Opusc. acad. I. I.

1. quod Chrysiippum in ordinem coëgerim i. castigaverim. Apud Livium, Senecam et Plin. juniorem al. obvia haec loquendi formula est, a militia haud dubie ducta. Sed tamen Graecum. Ciceronis iam tempore macula levitatis Graecis adhaesit et ineptiarum: cf. Cic. de Orat. II, 4. Nec Iuvenalis meliorem de iis sententiam aevi sui expressisse putandus est, quum Graeciam mendacem Sat. X, 174 appellat, ut cetera fatis nota omittam. Ipse adeo Polybius VI, 56, 13 sq. levitatem Graecorum damnat cum Romanis comparatorum. Chrysiippum autem interdum caruilla gravitate philosopho utique dignissi-

ma, et nimiam habuisse argutandi cupiditatem hinc patet. Abreptus eo fuisse videtur polygraphia Diogeni Laert. VII, 182 memorata, et studio poetarum, quorum sententiis verbisque opera sua opplevisse infimulabatur ab adversariis: cf. Valcken. Diatribe p. 28. 29. Nec istam facetiam, a nostro, §. 4, allatam aliunde quam a poeta quodam in librum suum transtulisse videtur, quem scimus ab eius adversario Apollodoro incusatum tantopere compilasse aliorum scrinia, ut, si tollantur aliena, vacua illi charta relinquatur. Cf. Diog. Laert. I. I. Sed ne simus iniquiores iusto in hunc heroem Stoeae, impediunt laudes testium locupletium, Ciceronis aliorumque, qui prudentibus eum scriptis suis porticum fulsisse memorant. Vide Diog. Laert. VII, 183 ibiq. Menag. etiam quum agere etc. Huetus margini adscripserat: attente, studiose, data opera tractare.

git, non perforat. Hoc vero quod acumen est? De² beneficiis dicendum est, et ordinanda res, quae maxime societatem humanam alligat: danda lex vitae, ne sub specie benignitatis inconsulta facilitas placeat; ne liberalitatem, quam nec deesse oportet, nec superfluere, haec ipsa observatio restringat, dum temperat: docendi sunt libenter accipere, libenter red-³ dere, et magnum ipsis certamen proponere, eos quibus obligati sunt, re animoque non tantum aequare, sed vincere: quia, qui referre gratiam debet, nunquam consequitur, nisi praecessit. hi docendi sunt nihil imputare: illi plus debere. Ad hanc honestissi-⁴ mam contentionem, beneficiis beneficia vincendi, sic nos adhortatur Chrysiippus, ut dicat, verendum esse, ne, quia Charites Iovis filiae sunt, ^a parum se grate gerere, sacrilegium sit, et tam bellis puellis fiat iniuria. Tu me aliquid eorum doce, per quae be-⁵ nefi-

a. *parum se grate gerere, sacrilegium sit.* Ita codex Naz.: sicque Muretus Var. Lectt. XII, 1 quum in vet. libris invenisset, *parum sacrate*, emendavit: *p. se grate g.* Erasmus in priore editione dederat: *putemus certe parvum in genere sacrilegium*: sed postea inveniens in codice mss. *Putemus parum sacrate gerere sacrilegium et tam etc.*, placuit sibi in hac divinatione: *ut putemus contra patrem gerere sacril., si* —. Itaque a docta marginali nota nos liberat cod. Naz.

5. *Tu — doce.* Huetus *nesciorum novas tabulas* adscripserat: Chrysiippum iam inde a Solone notae alloquitur. *obliviscantur.* sunt hae novae tabulae, Vetus monitum, et quod quae veteribus debitis vel Chiloni (uni e septem sapientibus) tribuitur: eius prorsus vel ex parte expunctis, in Antiquitatis Rebus-nomine Aufonius (p. 149 publ. in novum ordinem redigendis fieri interdum solebant. Hinc pro obli- cias, non meminisse fas est: vione h. l. usurpatur. Cf. Quae benefacta accipias, Ernesti Clav. Cic. f. v. Ta- perpetuo memento. L. be- bula.

Vol. IV.



neficientior, graviorque adversus bene merentes fiam, per quae obligantium, obligatorumque animi certent, ut qui praestiterint, obliviscantur, pertinax sit memoria debentium. Ista vero ineptiae poetis relinquuntur: quibus aures oblectare propositum est, et dulcem fabulam nectere. At qui ingenia sanare, et fidem in rebus humanis retinere, memoriam officiorum ingerere animis volunt, serio loquantur, et magnis viribus agant: nisi forte existimas, levi ac fabuloso sermone, et anilibus argumentis, prohiberi posse rem perniciosissimam, beneficiorum novas tabulas.

V. Sed quemadmodum supervacua transcurram, ita exponam necesse est, hoc primum nobis esse discendum, quid accepto beneficio debeamus. Debere enim dicit se alius pecuniam quam accepit, alius consulatum, alius sacerdotium, alius provinciam. Ista autem sunt meritorum signa, non merita. Non potest beneficium manu tangi: ^a res animo geritur. ² Multum interest inter materiam beneficii, et beneficium. itaque nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum quae ^b a proximis accipiuntur, beneficium

a. *res animo geritur.* Egregie Gronov. sic legendum suavit, codice Naz. dante, *manu tangiles animo g.* Ex illo corrupto *les*, ait G., vulgatae edd. et alii libri *sed* fecerunt, quum debuissent *res*. Vlcus addit ulceri qui *solo animo cernitur* habet. b. *a proximis.* Ita pal. tres. Codex autem Naz. *quae proximis.* In *proximis* omnes codd. Grut. conspirant. Modius Ep. 29 Novantiquarum lectt. (in Gruteri Lampad. crit. Vol. V. p. 79) in membranis invenerat:

V. Vsque ad caput XI dis- beneficiendo: vel tota res
ferit de eo, quod debeamus, beneficii geritur animo. De
et quid beneficium sit. mente voluntateque, qua
beneficium datur, sermo est,

1. *res animo geritur* i. e. non de materia, signo be-
Gronovii verbis ut utar, in neficii.

cium est, sed ipsa tribuentis voluntas. imperiti autem id, quod oculis incurrit, et quod traditur possidenturque, solum notant: contra, illud quod in re carum atque pretiosum est, parvi pendunt. Haec quae 3 tenemus, quae adspicimus, in quibus cupiditas nostra haeret, caduca sunt; auferre ea nobis et fortuna, et iniuria potest: beneficium vero, etiam amisso eo quod datum est, durat. Est enim recte factum, quod irritum nulla vis efficit. Amicum a piratis red-4 emi: hunc alius hostis excepit, et in carcerem condidit. non beneficium, sed usum beneficii mei sustulit. Ex naufragio alicui raptos, vel ex incendio liberos reddidi: hos vel morbus, vel aliqua fortuita iniuria eripuit: manet etiam sine illis, quod in illis datum est. Omnia itaque, quae falsum beneficii no-5

B 2

men

rat: *quae proxemis* i. e. ab amicis cognatisve, hi enim talia beneficia dare solent. Iam quum vocula *a* multis codd. desit, et *a proximis* s. *proximis* otiosum, quin sensu cassum videretur; Lipsius, Modius et Gruterus, adeoque ipse Gron. locum pro corrupto habuere. Modius *quae pro Xenitis*, Lipsius Gronoviusque *pro summis* praetulerunt divinando. Vtrumque, et vulgata et Lipsiana lectio, bene stare potest: ut sit sensus vulgatae: non id quod ab amicis cognatisve datur, beneficium est: huius vero, munera vel summa. Causa autem vulgatam deferendi nulla subest.

3. *Est enim recte factum.* Cicero de Offic. I, 3, 4 ed. Heuling. Perfectum, ait, officium rectum opinor, vocemus, quod Graeci *κατόρθωμα* vocant. Opponitur commune officium, *τὸ κατῆκον μέσον*, officium medium. Recte facta s. *κατόρθωματα* a virtutibus ipsis proficiscuntur, ab iisque praescribuntur; quod aliter fieri putabant Stoici in officio medio. Re-

cte facta sunt itaque virtutum functiones, ut sapere, iusta agere. (*Κατόρθωματα δ' εἶναι τὰ κατ' ἀρετὴν ἐνεργήματα, οἷον τὸ Φρονεῖν, τὸ δικαιοπραχεῖν.*) Haec et similia sunt sola in potestate nostra sita, *τὰ ἐφ' ἡμῶν*, quae nulla vis efficit irrita: de quibus egit Stobae. Ecl. Eth. lib. II, c. 8: coll. II, 7 p. 159 ed. Heeren.

5. *Omnia itaque — explicat,* quae tamen, et si pro bene-

men usurpant, ministeria sunt, per quae se voluntas amica explicat. Hoc quoque in aliis rebus evenit, ut 6 aliubi sit species rei, aliubi ipsa res. Imperator aliquem torquibus, murali, et civica donat. quid habet per se corona pretiosum? quid praetexta? quid faeces? quid tribunal, et currus? nihil horum honor est, sed honoris insigne. Sic non est beneficium id, quod sub oculos venit, sed beneficii vestigium et nota.

VI. Quid est ergo beneficium? Benevola actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo, in id quod facit prona, et sponte sua parata. Itaque non quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente: quia beneficium non in eo quod sit aut datur, consistit, 2 sed in ipso dantis aut facientis animo. Magnum autem esse inter ista discrimen, vel ex hoc intelligas licet, quod beneficium utique bonum est: id autem quod

beneficiis ipsis habentur, 26, 5 de Clementia. praemateria eorum sunt, ideoque nomen beneficiorum cumdata toga alba, magistratiuntur. Sic saepe nubem pro lunone amplectuntur imperiti, ceremonias, ritus cultumque pro ipsa colunt religione, et quod nos dicimus, formam pro re ipsa suspiciunt.

6. *corona murali* qui primi in urbe expugnanda murum ascendissent. Liv. 26, 48. *et civica* e fronde querna, unde quercus civilis ap. Virg. Aen. VI, 772, cum inscriptione, ob civem servatum: spectacula ineunti etiam ab Senatu assurgebatur. Plin. N. H. 21, 4. Vid. not. ad I,

26, 5 de Clementia. *praetexta* i. limbo purpureo circumdata toga alba, magistratum superiorum insigne. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *curfus* triumphantium.

2. *quod beneficium utique bonum est.* Stoice hoc capias. Bona autem sunt ea, quae in potestate nostra sunt, quae virtutes complectuntur, ideoque honesta, proba, decora sunt. Iam quum beneficium et accipienti et danti gaudium efficiat, ad finem pertinet, est enim actio, ideoque ἀγαθὸν τελικόν. Cf. Stobaei Ecl. ethic. II, 7 p. 90 sq. 100. 136 ubi tamen legendum

quod fit aut datur, nec bonum nec malum est. Animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna et in pretio habita dehonestat: ipsa, quae appetuntur, neutram naturam habent, nec boni, nec mali. refert, ^a quo ille rector impellat, a quo forma datur rebus. Non est ergo beneficium ipsum, quod numeratur, aut traditur. sicut nec in victimis quidem, licet opimae sint, auroque praefulgeant, deorum est honos; sed pia ac recta voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac ^b fitilla religiosi sunt; mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint.

B 3

VII. Si

a. *quo ille rector impellat.* Cum Grutero et Gronovio ex optimis codd. reposui. Antea: *quo illa rector animus impellat.* b. *fitilla* libri plerique praestant: praefertur Muretus Var. Lectt. XII, 1 Gruterus, Lipsius et Gronov. Est pulvis genus. Erasmus. habet: *farre ac fictili*: quod equidem praefertrem, nisi scirem, difficilia in lectionis diudicatione esse plerumque praefertenda, etsi Senecam obsoletas voces non frequentasse constat. Ceterum *Dei fictiles* occurrunt ap. Propert. IV, 1, 5 Fictilibus crevere Deis haec aurea templa; et fictilis Iupiter et Hercules a Tarquinio Prisco facti memorantur Plinio 14, 13. 35, 12 etc.

dum est Schneidero monente, e Luciani Schol. VII. p. 79 bip. τό, τε γὰρ τελικὸν ἀγαθὸν λέγεσθαι τέλος ἐν τῇ φιλοσυνθεσίᾳ. id autem — malum est. Haec sunt τὰ ἀδιάφορα, indifferentia, s. neutra, de quibus disserit Stob. II, 7 p. 142 sq. *quo ille rector* τὸ ἡγεμονικόν, animus κατ' ἐξοχὴν, quod ait Porphyrius Io. Stob. Ecl. lib. I. c. LIII. p. 836, ὡς ἂν ἄρχοντος χώραν ἔχειν ὑπερίθεντο, τὰ δὲ ἄλλα μέρη ἐν ὑπέρβου τάξει ἀπεδίδοσαν sc. Stoici οἱ ἀπὸ τῆς Στωᾶς.

3. *auroque praefulgeant.* Nempe in cornibus et fronte: quod vel ex Homero Virgilioque notum est, e. c. Odyss. γ, 382. Aen. IX, 626. Addas Plin. N. H. 33, 3: Deorum honori in sacris nihil aliud excogitatum, quam ut auratis cornibus hostiae, maiores duntaxat, immolarentur. *sed pia* — venerantium. Hinc Publ. Syrus vers. 701: purus deus non planas adspicit manus. Similia multa colligere, ut nota, nihil attinet.

VII. Si beneficia in rebus, non in ipsa benefaciendi voluntate consistenterent; eo maiora essent, quo maiora sunt, quae accipimus. Id autem falsum est. nonnumquam magis nos obligat, qui dedit parvamagnifice: qui regum aequavit opes animo: qui exiguum tribuit, sed libenter: qui paupertatis suae oblitus est, dum meam respicit: qui non voluntatem tantum iuvandi habuit, sed cupiditatem: qui accipere se putavit beneficium, quum daret: qui dedit^a tamquam recepturus, recepit tamquam non dedisset: qui occasionem, qua prodesset, et occupavit et quaesivit. Contra ingrata sunt, ut dixi, licet re ac specie magna videantur, quae danti aut extorquentur, aut excidunt, multoque gravius venit, quod facili, quam quod plena manu datur: exiguum est quod in me contulit, sed amplius non potuit. At hic quod dedit, magnum est: sed dubitavit, sed distulit, sed quum daret, genuit, sed superbe dedit, sed circumtulit, et placere ei, cui praestabat, noluit. ambitioni dedit, non mihi,

VIII.

a. *tamquam recepturus.* Omnium codd. lectio est. Negativam tamen praestat. Vincentius Bellovac. l. 1. Erasmus quoque tenuit, et elegans est lectio. Sed qui dedit beneficia tamquam recepturus, libenti animo id facere solet: negativa itaque abesse recte potest. Egregie observat Gron., accipienda haec verba esse non ex more sapientis, sed ex more vulgi.

1. *nonnumquam magis* quae omnia sua pauperibus etc. Eandem sententiam dederat etc. promisit Aristot. de Moribus IV, 2 med., et quis philosophus non? Exempla habes apud Aelian. V. H. I, 31 et alia apud Plutarch. in Ar-taxerxe. Egregium exemplum est apud Evangel. Marcum XII, 41—44 et Lucam XXI, 1—4 de vidua,

2. *occupavit* praevenit aut praevertit. L. *excidunt*, est quod c. 1, 7 dixit, ut a nesciente accepit. L. Similia habet Plutarch. de vitioso pudore c. 7. Vol. X. p. 171 Opp. Hutten.

3. *circumtulit*, ostentavit, ut in pompa. L.

VIII. ^a Socrati quum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent: Aeschines pauper auditor, Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, invenio, et hoc uno modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi quod unum habeo, Me ipsum. Hoc munus rogo qualecunque est, boni consulas, cogitesque alios, quum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates, Quid ni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi forte parvo te aestimas? Habebo itaque curae, ut te meliorem tibi reddam quam accepi. Vicit Aeschines hoc munere Alcibiadis parem divitiis animum, et omnem iuvenum opulentorum munificentiam.

IX. Vides quomodo animus inveniat liberalitatis materiam, etiam inter angustias? Videtur mihi dixisse: Nihil egisti fortuna, quod me pauperem esse voluisti: expediam nihilominus dignum huic viro munus: et quia de tuo non possum, de meo dabo. Neque est quod existimes, illum vilem sibi fuisse, qui

B 4

pre-

a. *Socrati* etc. Vincentius Bellocac. in Speculo hist. IV, 92 memoriter e nostro haec sic attulit: Socrati quum caeteri discipuli plura offerrent, Aeschines pauper se solum obtulit, dicens etc.

1. *Socrati* etc. Idem narrat Diog. Laert. II, 34: *Αισχίνου δὲ εἰπόντος, Πένης εἶμι καὶ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχω, δίδωμι δὲ σοι ἑμαυτὸν. Ἄρ' οὖν, εἶπεν, οὐκ αἰσθάνη τὰ μέγιστά μοι δίδούς;* De hoc *Aeschine* socratico cf. Bruckeri Hist. crit. Philos. Vol. I. p. 574, qui recte monet, Senecam haec ornasse, quandoquidem constet, ne ab *Alcibiade* quidem munera paupertate multi sunt vetere accepisse Socratem. Sed saepius iam vidimus, Senecam in iis quae ad historiam spectant, non satis cautum egisse criticum. Vide Meiners Geschichte der Wissenschaften Vol. I. p. 359. et *hoc uno modo*: paupertatem suam aequo animo tulerat: nunc quum Socratis disciplina uti se non posse putaret, nisi munus afferret, egestatem sensit. De eius res, e. c. Diog. Laert. I. I.

pretium se sui fecit: ingeniosus adolescens invenit,
 2 quemadmodum Socratem sibi daret. — ^a Non quanti
 quaeque sint, sed a quali dentur, perspiciendum. —
 Callidus non difficilem aditum praebet immodica cu-
 pientibus: spesque improbas, nihil re adiuturus,
 verbis fovet. At peior, opinor, qui lingua asper,
 vultu gravis, cum invidia fortunam suam explicavit.
 — Colunt enim, detestanturque felicem, et, si po-
 3 tuerint, eadem facturi odere facientem. — Coniugi-
 bus alienis ^b nec clam quidem, sed aperte ludibrio
 habitis,

a. *Non quanti quaeque sint etc.* Rud. Agricola, notante Grutero, suspicabatur, multa hic in omnibus exemplaribus desiderari. Quae nimirum deinceps sequuntur ad finem usque capitis, nihil sunt praeterquam egregiae statuae lacera membra, aut verius frustra: quod et animadvertit Muretus. Quae autem mali huius origo fuerit, facile est intelligere. Quum enim Senecae opera iam vivo auctore multorum lectione et admiratione celebrata (cf. Quintil. Inst. Orat. X, 1, 126 sq. ed. Gesn.) post mortem, imprimis medio aevo, in scholis praelegi solerent (quod Io. Sarisberienfis, Vincen- tius Bellovacensis, Roger Baco aliique testantur); non mirandum est, quod eius operibus multa similia, dissimilia etc. adderentur a lectoribus, magistris, discipulis, in textum haud ita multo post, ut sit, a librariis recepta. b. *nec clam quidem* et *mox mali moris* omnes codd. mss. praebent, pro usitatore: *malorum, m.*: bene defendit Gron. contra eos, qui *rust. inhumanus ac malevolus*, aut *male morus* habent. Mox *annua* codd. optimi dant: alii *aemulum*.

2. *Callidus.* Defectum maximum sit ingratus ani-
 odoror, et fuit de iis, qui mus.
 donatri, fallunt. ^a Alter, 3. *Coniugibus* etc. De
 inquit, benigne respondet, his laciniis, quae quomodo
 et dicit, non donat: alter huc pertineant, dicere dif-
 ostendit opes, non commu- ficile est, cf. Var. Lect. De-
 nicat. L. Transiisse autem sunt certe nonnulla, addita
 Seneca videtur ad abundan- sunt alia, Senecae aliena.
 tiam s. copiam ingratorum, Sequitur autem excursio,
 et ideo ad vitia, quibus ae- five *παρέμβασις* in aevi sui
 vum suum scateret, compri- mores corruptos, sed cui,
 menda, quorum tamen recte observante Lipsio,
 alia

habitis, suas aliis permifere. Rusticus, inurbanus, ac mali moris, et inter matronas abominanda conditio est, si quis coniugem in sella proficere vetuit, et vulgo admiffis infpectoribus vehi undique perfpicuam. Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienae uxori⁴ annua praestat, hunc matronae humilem, et fordidae libidinis, et ancillariolum vocant. ^c Inde decentiffimum fponfaliorum genus, adulterium: et in confensu vidui coelibatus, nemo uxorem duxit, nisi qui abdu-

B 5

xit

^c. *Inde decentiffimum.* Probo cum Pinc. et Grutero: codd. miff. vel *Indecentiffimum* vel *inde certiffimum*, vel *inde centefimum* exhibent.

alia occasio et caput fuit. *et inter — conditio est* i. e. quem matronae abominari debent, folent. *conditio est* nostrum Parthie. Exempla quaedam huius vocis attulit Gronov. Obff. I, 6 p. 48 ed. lipf. et Drakenborch. ad Liv. III, 45. *fi quis — in sella* gestatoria f. cathedra, qua matronae portabantur, succollabantur. Sella a duobus baiulis portata quum faepe sine velamentis effet, ab omni parte patebat. Cf. post Liplium in Elector. I. c. 19 Böttigeri Sabina p. 427 fq.

4. *amica ἐραίση* meretricae. Ab antiqua igitur fimplitate morum tantopere defecerunt Romani, ut quod Horatii aetate probri loco effet, nunc honori duceretur: cf. Horat. Serm. 2. *nec alienae — praestat* h. e.

nifi annuo sumtu superbiam eius instruit et usum redimit. cf. de Clementia I, 15, 1. *Ancillariolum* ancillarum amoribus deditum. Martialis XII, 58: *Ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa Leticariola est: estis, Alauda, pares.* L. Horatii (cf. Carm. II, 4) et Ovidii (Amor. II, 8, 9 fq.) exempla docent, turpitudinem ancillarum amore contrahi publicam fuisse opinionem. Sed tempora mutantur! *fponfaliorum*, initium et gradus ad matrimonium et quasi *fponfalicia* (contractus matrimonii) adulterium. L. *vidui coelibatus* mutuo utrimque confensu et foedere solvunt coniugium divertendo: tum liberi fcilicet iunguntur. *qui abduxit*, palam ducit, quam a marito per adulterium clam abduxerat. L.

5xit. ^d Iam rapta spargere, sparsa rapaci avaritia recolligere certant: nihil pensi habere, paupertatem alienam contemnere, suam ^e quam ullum aliud vereri malum: pacem iniuriis perturbare, imbecilliores vi ac metu premere. Nam provincias spoliari, et nummarium tribunal, audita utrimque licitatione, alteri addici, non mirum: quando quae emeris, vendere gentium ius est.

X. Sed longius nos impetus evehit, provocante materia. Itaque sic finiamus, ne in nostro seculo culpa subsidat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc
nos

d. *Iam rapta spargere, sparsa rapaci avaritia recolligere certant.* Sic refluxit Lipsius ope cod. Naz. qui habet superpictum voci *agri*, alias legi *rapaci* vel *acri*, in ceteris cum Pinc. conspirat, qui habet: *sparsa erant agri av.* Plenior codex fortasse expectari debet. e. *quam ullum aliud vereri malum* sc. magis. Sic cum Grutero auxilio membranarum, in primis codicis Naz. reposui. Erasmus: *suam timere. Nullum aliud vereri malum, non parcere iniuriis* etc.

5. Avaritiam cum profusione et luxu iunctam Sallustius iam locis notissimis descripsérat, quem alii vi sui turpitudinem explicantes sequuti sunt. Cf. Meiners Geschichte des Verfalls der Sitten und der Staatsverfassung der Römer, Lipsiae, 1782. *nihil pensi habere* i. e. divina humanaque contemnere. Locus Sallustii a Lipsio citatus e Catilin. c. 12 contendi meretur. *pacem iniuriis* aut rapinis praesidium *perturbare* et populos per se quietos in arma agere. *nummarium tribunal* intelligas cum Grutero de iudicibus, ideoque de iudiciis pecunia corruptis.
1. *Hoc maiores — sunt.* Loca classica harum querelarum invenies a Meiners libr. laud. diligenter collecta. *nequitia* propr. de libidine venerea et luxuria dicebatur Ciceronis aetate, sed postea omni morum innocentiae opponi solebat, atque doli, fraudis et malitiae nomen erat. Bene hoc observavit I. M. Heusinger in Obsf. antibarbar. eiusdem Emendatt. adiectis (Gothae 1751. 8.) p. 418 sq. *At ista* sc. vitia, nequitiam etc. complectentia. Vitiofitas,

nos querimur; hoc posterius nostri querentur, everfos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas^a et omne fas labi. At ista stant loco eodem, stabuntque, paululum dumtaxat ultro aut citro mota, ut fluctus: quos aestus accedens longius extulit, recedens interiore litorum vestigio tenuit. Nunc in adul-²teria magis, quam in alia peccabitur, abrumpetque fraenos pudicitia: nunc conviviorum vigebit furor, et foedissimum patrimoniorum exitium, culina: nunc cultus corporum nimius et formae cura, prae se ferens animi deformitatem: nunc in petulantiam et audaciam erumpet male dispensata libertas: nunc in crudelitatem privatam ac publicam ibitur, bellorumque civilium insaniam, qua omne sanctum ac sacrum profanetur. Habebitur aliquando ebrietati honor,³ et plurimum meri cepisse virtus erit. Non expectant uno loco vitia: sed mobilia et inter se dissentientia tumultuantur, pellunt invicem, fuganturque. Ceterum idem semper de nobis pronuntiare debebimus, malos

a. *et omne fas labi.* E cod. N^o 2., cui et alii codd. ap. Grut. respondent, cum Gron. recep. Antea Erasmus et alii: *et in omne fas labi.* Cogitat autem res divinas humanasque s. divina et humana iura, omne sanctum ac sacrum, quod mox

fitas, ait, numquam deerit, Hortensii al. vitae rationem sed diversas formas induet: saltem e Meinersii libro quem v. c. vitium adulterii, laud. cognitam habuerit, is viribus deficientibus, reli-³ querit, is edo bibaxque fiet quae Seneca hic et multis etc. Iam Aristoteles haec aliis locis attulit, perspiciet. observaverat Ethic. IX, 4 3. *Ceterum — futuros esse.* med. Senec. Epist. 47 fin. Ea est Horatii Carm. III, 6, ait: Levis est malitia, sae-⁴⁶ querimonia: Aetas parentum, peior avis, tulit Nos nequiores, mox datu-
ros Progeniem vitiosorem.

2. Si quis Catilinae, Sulla-
e, Iulii Caesaris, Luculli, Antiquissima autem haec opinio

malos esse nos, malos fuisse, invitus adiciam, et futuros esse. Erunt homicidae, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores: infra ista omnia ingratus est, nisi quod omnia ista ab ingrato animo sunt, sine quo vix ullum magnum facinus accrevit. Hoc tu cave, tanquam maximum crimen, ne admittas: ignosce tanquam levissimo, si admissum est. Haec est enim iniuriae summa: Beneficium perdidisti. Salvum est tibi ex illo, quod est optimum: dedisti.

5 Quemadmodum autem curandum, ut in eos potissimum beneficia conferamus, qui grate responduri erunt: ita quaedam, etiamsi de illis male sperabitur, faciemus, tribuemusque, non solum si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse. Tanquam si filios alicui restituere potero, ^b magno periculo liberatos, sine

mox ait profanari. Mox at ista stant recte habet: aut, quod Codd. afferunt, est sollennis aberratio. Nec verba statim sequentia §. 3 adversantur: non expectant uno loco vitia: sed mobilia et inter se disidentia tumultuantur. Gruterus tamen propter haec verba cenlebat, illud aut pro haud esse accipiendum, addens: verum nec ego hic ullam vocem. Vos Scaligeri, vos Fabri, vos Doulae, vos Lipsii praeite quod cenleam. Erasmus vulgatam tenuit. b. magno periculo liberatos sc. per me, sine ullo meo pro sana lectione optimor. codd. cum Gron. habeo. Erasmus et alii: sine ullo meo incommodo. Enimvero e margine esse in textum invecta Tanquam — non dubitabo, putaverim: nam exemplum hoc non satis congruit orationis praecedentis nexui.

opinio est, iam apud Homer. Clerico in collectione fragm. Odyss. 2, 276 sq. obvia: Menandri omissa.

luxu quippe aliisque vitiis, 4. infra ista omnia ingratus est. Lipsius inter irruentibus. Cf. Ep. Senecae 97, 1 sq. Omne tempus, ibi ait, Clodios, non omne Catones sept. Menandri Comici verba eiusmodi habebis ap. Senec. de Ciceronis 1 de Off. 16, Nat. Quaest. IV. praef. a 7 et 8 praeepto pari cogitat:

sine ullo meo, non dubitabo. Dignum, etiam impendio sanguinis mei tuebor, et in partem discriminis veniam: indignum, si eripere latronibus potero clamore sublato, salutarem vocem homini non pigebit emittere.

XI. Sequitur ut dicamus, quae beneficia danda sint, et quemadmodum. Primo demus necessaria, deinde utilia, deinde iucunda, utique mansura. Incipiendum est autem a necessariis. aliter enim ad animum pervenit, quod vitam continet: aliter, quod exornat, aut instruit. Potest in eo aliquis fastidiosus esse aestimator, quo facile cariturus est, de quo dicere licet: Recipe, non desidero: meo contentus sum. Interim non reddere tantum libet quod acceperis, sed abiicere. Ex his quae necessaria sunt, 2 quaedam primum obtinent locum, sine quibus non possumus vivere, quaedam secundum, sine quibus non debemus, quaedam tertium, sine quibus nolumus. Prima huius notae sunt, hostium manibus eripi, et tyrannicae irae, et proscriptioni, et aliis periculis, quae varia et incerta humanam vitam obsident. Quidquid horum discussimus, quo maius 3 ac

tat: quidquid sine detrimento possit commodari, quadrifariam dispertit. 1. id tribuatur vel ignoto. Ex necessaria c. XI, 4. 2. utilia. 3. iucunda. 4. inprimis mansura, ad cap. XII, non prohibere aqua profluente; pati ab igne ignem capere, si qui velit; consilium fidele deliberanti dare: quae sunt iis utilia qui accipiunt, danti non molesta. 3. Similiter fere dividit Aristoteles Rhetoric. I. c. 5, 9 p. 68 Vol. IV bip.

XI. Vsque ad finem libri quae beneficia danda sint, et quemadmodum, docet. Beneficia quae danda sunt, et quo maior fuerit metus istos

ac terribilius erit, hoc maiorem inibimus gratiam. Subit enim cogitatio, quantis sint liberati malis: et lenocinium est muneris, antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardius quemquam servare, quam possumus, ut muneri nostro timor imponat pondus.

- 4 Proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidem vivere, sed ut mors potior sit: tanquam libertas, et pudicitia, et mens bona. Post haec habebimus conjunctione, ac sanguine, usuque, et consuetudine longa, cara: ut liberos, coniuges, penates, ceteraque, quae usque eo animus sibi applicuit, ut ab illis, 5 quam a vita divelli gravius existimet. Subsequuntur utilia, quorum varia et lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens, sed ad sanum modum habendi parata: hic erit honor, et processus ad altiora tendentium. nec enim utilius quidquam est, quam sibi utilem fieri. Iam cetera ex abundanti veniunt, delicatos factura. In his ^a sequemur, ut opportunitate

a. *sequemur*. Sic Erasmus, antiquior quaeque editio et optimi codd. mss. Alii, *videamus*. Mox aut pauci intra optimi codd. ap. Grut. et Gron. Alii addunt: *pauci habent*.

istorum malorum, eo gratius est beneficium acceptum. *imponet pondus* i. gravius auctiusque faciet. L.

4. *mens bona*: spectat huc et illustrat Horatii versus Epist. I, 1, 59 sq.: Rex eris, aiunt (Stoici), Si recte facies. Hic murus aëneus est, Nil conscire sibi, nulla pallefcere culpa. *penates* domus paterna.

5. *Hic erit* i. ad haec beneficia pertinet. *nec enim fieri* i. nullum beneficium utilius est, quam illud, quo nobismetipsis beneficia acci-

pientibus commoda comparare possumus, quae tamen, quum sint utilia, utique bona et honesta esse oportet, secundum dogma stoicum perquam notum e Cic. de Off. libris. *Iam cetera* beneficia, quae *iucunda* vocaverat. *ex abundanti*, abundanter, abundantia, quibus carere possumus. Sic Seneca eiusque coeviloqui solent: ex facili, ex toto, ex commodo loco adverbiorum. *opportunitate*, *κατὰ χρόνον*, tempore commodo, circumstantia.

tate grata sint, ut non vulgaria, quaeque aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc aetatem, aut hoc modo; quae etiam si naturâ pretiosa non sunt, tempore aut loco fiant. Videamus quid oblatum maxime voluptati futu-⁶rum sit, quid frequenter occurrurum habenti; ut toties nobiscum, quoties cum illo sit. Utique cavebimus, ne munera supervacua mittamus: ut feminae aut seni arma venatoria, aut rustico libros, aut studiis ac literis dedito retia. Aequè ex contrario circumspiciemus, ne, dum grata mittere volumus, suum cuique morbum exprobratura mittamus: sicut ebrioso vina, et valetudinario medicamenta. Maledictum enim incipit esse, non munus, in quo vitium accipientis agnoscitur.

XII. Si arbitrium dandi penes nos est, praecipue mansura quaeremus, ut quam minime mortale munus sit. Pauci enim sunt tam grati, ut quod acceperint, etiam si non vident, cogitent. Ingratis quoque memoria cum ipso munere incurrit, ubi ante oculos est, et oblivisci sui non sinit, sed auctorem suum ingerit et inculcat. Eo quidem magis duratura quaeramus, quia nunquam admonere debemus: ipsae res evanescentem memoriam excitent. Libentius donabo ar-²gentum factum, quam signatum: libentius statuas, quam vestem, et quod usus brevis deterat. Apud paucos ^a post rem manet gratia: plures sunt, apud quos

a. *post rem manet gratia.* Sic emendavit Pincianus e conjectura. Gruterus invenit quoque in cod. Naz., sed emendatum alterius manu. Et sine ullo dubio recipi debebat. Erasmus et omnes codd. praeter istum habent: *post remanet gratia.*

6. *ut toties nobiscum* — utatur, toties beneficium sit. Acumen horum verborum ad nos quasi revertitur, idrum facile est intelligere. eoque ille nostri memor erit. Quoties ille nostro beneficio ^{2.} *argentum factum* in vasis

quos non diutius in animo sunt donata, quam in usu. Ergo si fieri potest, consumi munus meum nolo: exstet, haereat amico meo, convivat. Nemo tam stultus est, ut monendus sit, ne cui gladiatores aut venationem iam munere edito mittat, et vestimenta aestiva brumâ, hiberna solstitio. Sit in beneficio sensus communis, tempus, locum, personas observet: quia momentis quaedam grata et ingrata sunt. Quanto acceptius est, si id damus, quod quis non habet, quam cuius copiâ abundat? quod diu quaerit, nec invenit, quam quod ubique visurus est? Munera non tam pretiosa, quam rara et exquisita sint, quae etiam apud divitem sui locum faciant: sicut gregalia quoque poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si provenere maturius. Illa quoque non erunt sine honore, quae aut nemo illis alius dedit, aut nos nulli alii.

XIII. Alexandro Macedoni, quum victor Orientis, animos supra humana tolleret, Corinthii per legatos

vasis et ornamentis: quod pecunia, dissipatur et abit. Opponitur infectum: purum et caelatum sunt species argenti facti.

3. Quemadmodum beneficia danda sint, docet usque ad finem libri. — *venationem* ipsas feras venatu captas et venatui item (romanum illum dico) aptas etc. L. Leones, elephantos et similes feras intelligit, qui secum invicem aut cum bestiariis pugnare debebant, nutriti in vivariis usque ad illum diem, quo spectaculum

sive *munus* illud, cui venationis nomen erat, ad populum delectandum, edebatur. Cf. Plin. H. N. VIII, 7. *sensus communis* opponitur inepto animo (Cic. Orat. II, 4): qui sensu bono quidem praeditus est, sed eo nec iusto tempore loquere, nec hominum rationem habens, utitur, is *sensu communi* carere dicitur. Cf. Bentley ad Horat. Serm. I, 3, 66, qui et nostri loci memor fuit. *momentis* temporum rerumque.

1. Narrat haec quoque Plutarch. in libro de Mo-

gatos gratulati sunt, et civitate illum sua donaverunt. Quum rilisset Alexander hoc officii genus, unus ex legatis, Nulli, inquit, civitatem unquam dedimus alii, quam tibi et Herculi. Libens accepit ^a delatum honorem, et legatos invitatione aliaque humanitate prolecutus, cogitavit, non qui sibi civitatem darent, sed cui dedissent. Et homo gloriae deditus, cuius ² nec naturam nec modum noverat, Herculis Liberi-
que

a. *delatum h.* „Sic omnis vetus lectio, excepta Naz., quae ad hanc tamen etiam faciem interpolata: prius vero habuisse videtur *accepit non dilutum honorem*, quod gustui meo merum mel, imo nectar. Gruterus.“ Iure, addit Gron., intelligit non obsolefactum vulgando. Hinc Gron. in textum recepit, cui tamen adstipulari non possum. Ac primum quidem nemo dixerit, cur vulgata reiici debeat, et ipsa bonum sensum fundens et omnium codd. mss. antiquarumque edd. et Vincentii bellovac. Spec. hist. V, 6 testimonio firmata: codex enim Nazarii non habuit, sed tantummodo habuisse *non dilutum honorem* videbatur Grutero deinde significatio participii *dilutus*, ut sit *obsolefactus vulgando*, nondum confirmata est. Sanae itaque critices leges tuentur vulgatam, respuunt editam a Gron. lectionem. Proinde reduxi veterem lectionem. Mox §. 2 *illa defecerant* cuncti agnoscunt codd. mss.

narchia, Democratia et Oligarchia c. 2. To. XII. p. 204. ed. Hutt., sed Megarenlibus, sc. atticis, tribuit, quod Seneca de Corinthiis narrat. Illi tamen maior fides habenda esse videtur: Corinthi enim aut potius Ephyrae nulla fit mentio in Herculis rebus gestis, cuius, ut Alcmenae et Heraclidarum, monumenta Megarae, Pausania I. c. 40 sq. memorante, exstabant. Ceterum Freinshem. in Supplem. Curtii I, 14 fin. hoc factum esse fingit Thebis ab Alexandro M. everfis: gratulatum

enim venisse, quod Graecorum quorundam temeritatem et insolentiam castigasset, et iram eius mitigatum, quippe qui cum Atheniensibus sensissent. Senecam autem iusto iniquiorem fuisse in Alexandrum M. notum est, et observavimus ad Epist. 91, 17.

2. *Herculis* laus, quae hic habetur, Stoeae propria esse videtur, cuius lineas primas ductas scimus iam a Prodicto ap. Xenophont. Memor. Socr. II, 1, 21 sqq. Deinde et philosophi et rhetores Hercule tanquam ex-

que vestigia sequens, ac ne ibi quidem resistens, ubi illa defecerant, ad socium honoris sui respexit a dantibus: tanquam coelum, quod mente vanissima complectebatur, teneret, quia Herculi aequabatur. Quid enim illi simile habebat vaelanus adolescens, 3 cui pro virtute erat felix temeritas? Hercules nihil sibi vicit: orbem terrarum transivit, non concupiscendo, sed vindicando. Quid vinceret malorum hostis, bonorum vindex, terrarum marisque pacator? At hic a pueritia latro, gentiumque vallator, b tam hostium pernicies, quam amicorum, qui summum bonum duceret, terrori esse cunctis mortalibus, oblitus, non ferocissima tantum, sed ignavissima quoque animalia timeri, ob virus malum.

XIV. Ad propositum nunc revertamur. Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum est. Nemo se stabularii aut cauponis hospitem iudicat, nec con-

b. *tam hostium pernicies, quam amicorum.* Grut. animadvertit, rectum quidem verborum ordinem esse: *tam amicorum p. q. hostium.* At Senecae hunc ponendi morem familiarem esse docuit P. Faber lib. I. c. 23 Semestrium.

emplo praestantissimo usi rentia incidisse constet: id-
sunt ad fortitudinem, iustitiam, moderationem et
prudentiam praedicandam et commendandam. cf. ad
Senecae libr. de Constant. sap. 2, 1 Vol. I. p. 382. Si
tamen, ut historicum decet, in rem inquiras, nihil nisi
fictiones et pergulas pictorum esse, facile est reperire; quum Herculis vitam
(circa 1380 ante Chr. Larchero ad Herodotum iudice)
in tempora nullo fere cultu
exposita, nullisque fere artibus bonis literisque flo-

rentia incidisse constet: id-
eoque nec Fontenu (Mém. de l'Acad. des Inscrip. To. VII. p. 51 sq.) nec alii cum
Seneca sentientes audiendi sunt. Ceterum Alexandrum
sibi proposuisse Herculem, Bacchum, quem Deum sui generis auctorem agnovit, et Persea ad imitandum, et
Plutarch. To. II. p. 332 ed. francf. de Alexandri fortuna Orat. I. extr. cum aliis retulit.

1. *stabularii*, qui viantes ipsos atque animalia eorum excipit: ipse locus stabulum.

convivam dantis epulum, ubi dici potest: Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod in illum, et vix bene notum sibi, et in illum etiam a mimicum ac turpissimum hominem. Numquid enim me dignum iudicavit? minime: b morbo suo morem gessit. Quod 2

C 2

voles

a. *mimicum*. Ita mutavit Muretus, quum antea legeretur, *inimicum*, atque eam coniecturam probat Stephanus Prood. lib. 2: c. 10, eodemque modo legi malle scripsit Liptius Elector. 1, 10. Iam vero vovulas hasce *inimicus* et *mimicus* a librariis confusas esse constat: nec hoc loco res dubia est, quin rectum sit iudicium, *mimicum* genuinam esse lectionem. Cui enim ignoratur mimica vilitas? Ipsum adeo adiectum, quocum iungitur, turpissimus homo, docet non de *inimico*, sed de *mimico* sermonem esse. Cf. not. — b. *morbo suo morem gessit*. Lipsius immemor usus τοῦ morbus, alias ei notissimi, emendavit lectionem omnium codd. et edd. *moribus morem gessit*, ut alliterationem scilicet cuderet: perperam. Cf. not.

lum. Appuleji tempore parvi aestimati. cf. Ej. Metam. I. p. 56 sq. Ouden-dorp. *caupo*, κάπηλος, vinum et esculenta veni habens. Carmen Virgilio adscribi solitum, Copa, ansam dedit viris doctis de cauponibus et tabernis cauponariis ambitiose exponendi, quos laudavit Wernsdorf. in Poet. Lat. min. Vol. II. p. 258. Contemptos autem esse caupones, et Horat. Serm. I, 31 et Athen. XIII p. 566. f. docent. *mimicum*. Mimos Romanorum fuisse dramata inque scenam productos, ut verilimile sit, ad exemplum Graecorum, imprimis Doriensium, constat. Mores autem ridicule agebant actores, qui et *mimi* audiebant, non res gestas fabulis serendo, e vita hominum communi petitos,

quos gesticulatione manuum motuque corporis exprimebant, ita tamen ut dicta et sententiae interponerentur. Argumenta itaque harum fabularum quum ridicula et obscuro essent, atque scurrilitate oblectarent, factum est, ut *mimicum* quodque ridiculum denotaret, et ut mimi homines nequam et voluptuosi haberentur. Bene itaque Seneca *cum turpissimo homine* coniunxit *mimicum*. Cf. Ast de Plat. Phaedro p. 15 sq. et Eichstadii Epistol. ad Astium p. 160 sq. *morbo* i. vitio et inveterato affectui, ideoque et profusioni in *epulo* dando in Capitolio, vel in publico: vocem esse Itoicam iam vidimus ad Epist. 75, 9. 79, 4, et locus Cic. Tusc. III, 4 notus est.

voles gratum esse, rarum effice. ^c quis patitur sibi imputari? Nemo haec ita interpretetur, tanquam reducam liberalitatem, et fraenis arctioribus reprimam. Illa vero, in quantum libet, exeat: sed eat, non erret. Licet ita largiri, ut unusquisque, etiam si cum multis accepit, in populo se esse non putet. nemo non habeat aliquam familiarem notam, per quam speret se propius admissum. Dicat, Accepi idem quod ille, sed ultro. Accepi quod ille: sed ego intra breve tempus, quum ille diu meruisset. Sunt, qui idem habeant: sed non eisdem verbis datum, non eadem comitate tribuentis. Ille accepit, quum rogasset: ego, ^d quum rogarem. Ille accepit: sed facile redditurus, sed cuius senectus et ^e libera orbitas

c. quis patitur sibi imputari? Sic omnes codd. et antiquae edd. Quum tamen sensus aliquod requirere videretur verbum, addidit de suo Rud. Agricola *communis*, alius quis *vulgaria*. Gruterus putat multa praecessisse has voces, omissa ab iis, quibus flores eligere curae fuisset. Lipsius non desiderare se tale quid professus est. Mihi quidem videntur illa: *quod voles gratum esse, rarum effice*, slosculi speciem ferre hic tamen locum non habentis, et e margine in textum illata esse. Quibus eliminatis sensus probus est. nec quidquam desiderari puto. *d. quum rogarem* Recepti auctore Grutero e codice Naz. cum duobus aliis quidem: *ego non rogarem* habente, sed cui haec verba superpicta erant: ut velit impetrasse ante totas preces: nam ultro datum quominus admittamus, recte iudicat Gruterus, faciunt praecedentia: *Accepi idem quod ille, sed ultro*. Antea: *quum rogarer*, quae quidem lectio nullis codd. mss. defenditur, etsi acute dictum contineat. *e. libera orbitas*. Sic optimi libri et scripti et editi apud Grut. et Gronov., qui cum Erasmo sentit, et lectioni: *liberorum orbitas* praefert, quippe ab iis profectae, quae vocem *libera* non intelligerent h. l., Gruterus autem utramque vocem tam *libera* quam *liberorum* tamquam superfluum in rem malam abegerit. Cf. not.

3. *libera orbitas*. Liber Lexicon latino - batavum. est dissolutus, perditus, Cicer. de Orat. II. 62. con- quam significationem bene vivio liberorum, ubi libe- probavit post alios Ruhnke- rorum, tamquam alienum, nius in praef. ad Schelleri Ernestus delet, Schellerus mutat

tas magna promittebat: mihi plus dedit, quamvis idem dederit, quia sine spe recipiendi dedit. Quemadmodum 4 meretrix ita inter multos se dividit, ut nemo non aliquod signum familiaris animi ferat: ita qui beneficia sua amabilia vult esse, excogitet, quomodo et multi obligentur, et tamen singuli habeant aliquid, quo se ceteris praeferant. Ego vero beneficiis non obiciam moras: quae quo plura maioraque fuerint, plus afferent laudis. Adsit tamen iudicium. neque enim cordi esse 5 cuiquam possunt forte ac temere data. Quare si quis existimat nos, quum ista praecipimus, benignitatis fines introrsus referre, et illi minus laxum limitem aperire; ne perperam monitiones nostras exaudiat. Quam enim virtutem magis veneramur? cui magis stimulos addimus? quibusve tam convenit haec adhortatio, quam nobis, societatem humani generis sancientibus?

C 3

XV. Quid

mutat in Lupercorum. Ipse Cicero fragm. p. 1103 con-
vocata de hortulis in auxilium, quasi libera turba temulentorum. Pro Coel. c. 18 libertas in adolescentia. Corn. Nepos in Themist. 3 etc. vide Gronov. Obs. III, 4 p. 352 lipf. De hereditatis autem hic agi apparet: de quibus iam Plaut. in Milite III, 1 queritur: cf. Horat. Serm. II, 5. Epictet. Diss. IV, 1, 145 et Gatacker ad Marc. Anton. VI, 59. Iam quo dissolutior orbis vita esset, eo maior fuit hereditipetarum spes, fore ut illi mox moriantur. Gronovius tamen cum Erasmo cepit locum de condendi testamenti libertate, quae parenti tam laxa non sit.

4. *Quemadmodum meretrix* etc. Laudat hic apposite Lipsius versus, quos Ennii esse putat, Festus vero v. *adnictat* Naevio in Tarentilla adscribit (cf. Theaur. L. R. Stephano-Gesner. v. *Datatim*): Quasi in choro pila Ludens *data-tim* dat se et communem facit. Alium tenet, alii *adnictat*, alibi manus Est occupata, aut alii *pervellit* pedem. Alii *dat* anulum spectandum; *labris* Alium invocat; cum alio cantat; attamen Alii *dat* digito *litteras*.

5. *quam nobis* Stoicis: nam Epicurei divellebant, ad sua privatim commoda quidque referentes. L.

XV. Quid ergo est? Quum sit nulla honesta vis animi, etiamsi a recta voluntate incepit, nisi quam virtutem modus fecit, veto liberalitatem ^a nepotari. Tunc iuvat accepisse beneficium, et lupinis quidem manibus, ubi illud ratio ad dignos perducit: ^b non quo libet casus et consilii indigens impetus differt: quod ostentare libet, et inscribere sibi. Beneficia tu ² vocas, quorum auctorem fateri pudet? At illa quanto gratiora sunt, quantoque in partem interiorem animi nunquam exitura descendunt, quum delectant cogitantem magis, a quo, quam quid acceperis? Crispus Passienus solebat dicere, quorundam se iudicium malle, quam beneficium: quorundam benefi-
cium

a. *nepotari*. Sic Erasmus in posteriore editione cudi iussit e vestigiis vetusti codicis, quum in priorè esset: *veto liberalitatem tecum potiri*. Invenit postea Gruterus in codd. Naz. et Colon., et iure probavit. b. *non quo libet casus et consilii indigens impetus differt*. Sic codd. optimi. Erasmus et al. *non quod quilibet c.*

1. *Quum sit nulla — fe-* tatem enim beneficii vetat
cit. Quum virtus, secundum Stoicos, animi sit habitus naturae modo atque rationi consentaneus (Cic. de Invent. II, 53); sequitur, nullam honestam animi vim esse posse, nisi quae rationi conveniat, atque ita virtus fiat. *nepotari* i. beneficium ei non dandum, qui illud nequiter profusus sit. Huetus hic adscripserat margini: „auctore beneficii gloriari. Sequentia indicant. Perperum exponit Lipsius.“ Sed festinanti haec excidisse videntur doctissimo praesuli. Temeri-

Seneca. *quod ostentare — sibi*: quo beneficio accepto iactare possis et te dignum iactare possis et te dignum rationi (Cic. ferre. Lipsius cepit, alio de Invent. II, 53); sequitur, sensu, de dante beneficia; explicat enim illa, *inscribere sibi*, se auctorem profiteri: nexu tamen hanc expositionem repudiante.

2. *Crispus Passienus*, qui Neroni vitricus, Agrippinae alter maritus: amoeni ingenii orisque disertus. Vide Lips. ad Taciti Annal. XII, c. et cf. Senecae Nat. Quaest. IV. praef. Plin. H. N. XVI, 44, post med. Sueton. Ner. 6.

cium malle, quam iudicium. et subiiciebat exempla: Malo, aiebat, divi Augusti iudicium: malo Claudii beneficium. Ego vero nullius puto expetendum esse beneficium, cuius vile iudicium est. Quid ergo? Non erat accipiendum a Claudio quod dabatur? Erat: sed sicut a Fortuna, quam scires statim posse malam fieri. Quid ergo ista inter se mixta dividimus? Non est beneficium, cui deest pars optima, datum esse iudicio. Alioquin pecunia ingens si non ratione, nec recta voluntate donata est, non magis beneficium est, quam thesaurus. Multa sunt autem, quae oportet accipere, nec debere.

3. *Claudii fatui et mori, ditus, quem inveneris, et qui multa donare solebat: nemini nisi fortunae caecae parcior fuit Augustus, sed illi deae debueris. nec dedit prudenter. quam bere, nec pro iis obligatus thesaurus occultus aut con-* ri. L.

L. ANNAEI SENECAE
 AD AEBUTIUM
 LIBERALEM
 DE BENEFICIIS
 LIBER II.

Argumentum et Ordo.

Affumit et repetit alterum membrum, Quemadmodum beneficia danda? Varia dat praecepta: ut Libenter, Cito, Sine dubitatione. Quaedam Palam, quaedam in Secreto. Sed omnia tamen sine superbia, aut iactatione. Deinde, Quae nocitura, non dare, nec si petant: non item Turpia, et infamiae futura. Denique Personae aestimandae, et qui dat, et qui accipit: ut decora sint utrique. Pars altera libri, Ipse accipiens quomodo se gerat? A quibus capiat, et Quomodo? inprimis Grate. Ex occasione, quid faciat ingratos, Superbia, Avaritia, Invidia. Pluribus deinde de Gratitudine, eamque constare voluntate, ubi res deficit. L.

I. Inspiciamus, Liberalis, virorum optime, id quod ex priore parte adhuc superest, Quemadmodum dandum

Pergit docere, quemadmodum beneficia danda sint,
 1 — 18.

1. ex priore, antecedente parte, quae a cap. 12, 3 usque ad finem libri 1 per-
 tinuit.

nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. Optimum est, antecedere desiderium cuiusque: proximum, sequi. Illud melius, occupare antequam rogemur: quia quum homini probo ad rogandum os concurrat, et suffundatur rubor: qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum. Non tulit gratis, qui quum rogasset, accepit. Quoniam quidem, ut maioribus nostris, gravissimis viris, visum est, nulla res carius constat, quam quae precibus emta est. Vota homines parcius facerent, si palam facienda essent. adeo etiam deos, quibus honestissime suppli-

occurrentia. Facile est interdum promptum, nulla difficultate paratum. Haec respondent superioribus illis: *libenter, cito, sine ulla dubitatione.* Mox ubi nulla mora fuit, nisi. Sic cod. Naz. cum aliis bonis codd. At Erasmus, Pinicianus et Vincentius bellov. IX, 107. Spec. hist. *nulla intervenit mora.*

3. *os concurrat.* Concurrit os, quum turbato per pudorem et quemcunque aestum animi sanguine, oris muscoli invitis etiam trahuntur et quasi convelluntur, ut fluctuum concurrentium aut corruscantium subito nubium species quaedam circa labia, quibusdam etiam circa frontem exoriatur. Cives mei per Franconiam aiunt: Es blitzt ihm im Gesichte. Haec Gesner. ad Quintil. X, 7, 8 p. 528, qui nostri loci una cum Senec. de Ira III, 15 pr. Epist. XI, 2 et Quintil. XI, 3, 56. 121 memor fuit. Eodem modo hanc exquisitiorem loquendi formam, in qua Burmann. ad Quintil. XI, 3 p. 1025 haerebat, Schellernus minus recte ira-

tis tribuebat, exposuit *Ruhnkenius* in praefat. ad Schelleri Lexic. latino-batav., laudans Facciolati Animadv. crit. in Lexica p. 134.

4. *Quoniam — est.* Docet hoc tota Populi Rom. historia: hinc illa pervercia, quam in rebus adversis monstrare solebant, laudata merito a Polyb. III, 75, 8. XXVII, 8, 8. *Vota — essent.* Eadem iam Ep. X. attulit. Spectat Persianum illud: *aperto vivere voto,* Sat. II, 6. *adeo precari:* est observatio philosophi: vulgus tamen arceri iussit profanos, taciteque precatus est, ne invidioli contrarium deos precarentur. Cf. Heynium ad Tibull. II, 1, 84.

supplicamus, tacite malumus et intra nosmetipfos precari.

II. Molestum verbum est, onerosum, et demisso vultu dicendum, Rogo. Huius ^a facienda est gratia amico, et cuicumque, quem amicum sis promerendo facturus. Properet licet, sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo divinanda cuiusque voluntas, et quum intellecta est, necessitate gravissima rogandi liberanda est. Illud beneficium iucundum, victurumque in animo scias, quod obviam venit. Si non contingit praevenire, plura rogantis verba intercideramus, ne rogati videamur: sed certiores facti, statim promittamus, facturosque nos etiam antequam interpellaremur, ipsa festinatione approbemus. Quemadmodum in aëgris opportunitas cibi salutaris est, et aqua tempestive data remedii locum obtinuit: ita quamvis leve et vulgare beneficium sit, si praesto fuit, si proximam quamque horam non perdidit, multum sibi adiicit, gratiamque pretiosi, sed lenti et diu cogitati muneris vincit. Qui tam parate fecit, non est dubium, quin libenter faciat. Itaque laetus facit, et induit sibi animi sui vultum.

III. Ingentia quorundam beneficia, silentium aut loquendi tarditas, imitata gravitatem et tristitiam, corrumpit, quum promitterent vultu negantium. Quanto melius adiicere bona verba rebus bonis, et praedicatione humana benignaque commendare quae
prae-

a. *facienda est gratia.* Verbo moneo, Iuretum *faciendum est gratiam* e veteri cod. legere maluisse, contra ulum Senecae.

1. *Huius — amico.* Hoc cuisse tradit noster infra verbum *rogo* amico remittatur. In philosophis veteribus erat Arcesilaus, quem hanc legem egregie exerpetenti. c. X, et Archelaus, Macedonum rex, qui Euripidi tragico impertiret dona non petenti.

praestes? ^a Ut ille se castiget, quod tardior in rogando fuit, adicias licet familiarem querelam: „Iraſcor tibi, quod quum aliquid deſideraſſes, non olim ſcire me voluiſti, quod tam diligenter ²rogavi, quod quemquam adhibuiſti. Ego vero gratulor mihi, quod experiri animum meum libuit: poſtea quidquid deſiderabis, tuo iure exiges. Semel ruſticitati tuae ignoſcitur.“ Sic efficies, ut animum tuum pluris aeſtimet, quam illud quidquid eſt, ad quod petendum venerat. Tunc eſt ſumma virtus tribuentis, tunc benignitas, ubi ille qui diſceſſit, dicet ſibi: „Magnum hodie lucrum feci. malo quod illum talem inveni, quam ſi ^b multiplicatum hoc ad me aliã viã perveniſſet. Huic eius animo nunquam parem referam gratiam.“

IV. At plerique ſunt, qui beneficia aſperitate verborum et ſupercilio in odium adducunt, eo ſermone uſi, ea ſuperbia, ut impetraſſe poeniteat. Alia ede-
inde

^a. *Ut ille ſe caſtiget, quod tardior in rogando fuit.* Egre-
gie hoc reſtituit Grut. e codd. mſſ. Pinc. Naz. aliisque.
Erasmus cum aliis habet: *ut illum caſtiget, quod etc.* In-
fra c. 14, 3: *Viderit; de ſe, non de me queretur.* Inter-
punxi ſenſu poſcente, quum antea eſſet: *ut — fuit. Adit-*
ciat etc. ^b. *multiplicatum hoc ad me aliã viã p.* Sic
Erasmus et haud pauci codd. mſſ. ſenſu probo. Sed cod.
Naz. aliique praefant: *m. h. a. m. de quo loquebar etc.*,
unde pal. tert. fecit: *multipliciter — de quo loquar.* Cui
corruptelae Grut. remedium quaerens emendat; *hoc ad me*
decuplo alia etc. Et fatendum, hoc aut ſimile quid hic
fuiſſe. Nam inconstantia codd. non gloſſema ſolum, ſed
etiam corruptelam indicat, nec, quod Gruterus praetulit,
haec verba eiicienda, ſed emendanda eſſe cenſuerim.

1. *adhibuiſti* i. advocaſti, 2. *ruſticitati.* Opponi-
aſſumſiſti, ut rei ſolent ami-
cum auxilii ferendi cauſſa 18. pudor ineptus, ἀμωσία.
advocare: non eſt, uſus eſt, 1. *ſupercilio*, faſtu nimio.
egregie annotante Ruhnke-
nio in docta praef. ſupra Ardua ſubrigeus ſupercilia
laudata ſ. v. adhibeo. XVI, 12: τὰς ὀφθαλμοὺς ἀνα-
τείνας.

inde post rem promissam sequuntur morae. nihil autem est acerbius, quam ubi quoque, quod impetrasti, rogandum est. Repraesentanda sunt beneficia: quae a quibusdam accipere difficilius est, quam impetrare. Hic rogandus est, ut admoneat; ille, ut^a consummet. Sic unum munus per multorum teritur manus: ex² quo gratiae minimum apud promittentem remanet: quia auctori detrahit, quisquis post illum rogandus est. Haec itaque curae habebis, si grate aestimari quae praestabis voles, ut beneficia tua illibata,^b ut integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla, quod aiunt, deductione. Nemo illa intercipiat, nemo detineat: nemo in eo quod daturus es, gratiam suam facere potest, ut non tuam minuat.

V. Nihilaeque amarum, quam diu pendere. Aequiore quidam animo ferunt praecidi spem suam, quam trahi. Plerisque autem hoc vitium est, ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba.

^a. *consummet*. Sic omnes fere codd., inprimis Naz., quod alteri lectioni, *ut sumat*, quam Erasmus aliique praestant, praferam, etsi Lipsius illam tuetur. In eadem fere re utitur Seneca hoc verbo infra c. 32, 1. De accipiendo e manu dantis s. auctoris munere sermo est, qui haud semel memorandus est per unum alterumve, ut beneficii dandi memor sit et tandem tradat, ultima quasi imposta manu. ^b. *ut reduxi*, Pinc. et Grut. codd. monentibus. Antea, *et*.

τελευτα. Loquendi haec forma. Clav. Cic. h. v. exempla
mam iam supra aliquoties quaedam e Cicerone ad-
alligi, explicatam a Desid. duxit.

Heraldo ad Martial. l. Epigr. 1. *praecidi spem s.* In hoc
25. Berglero ad Alciphron. genus Martialis VII Epigr.
I, 34 p. 195. 149 ed. Wagneri. 43: Primum est ut praestes,
Repraesentanda, statim si quid te, Cinna, rogabo:
danda. Cf. Ernesti Clav. Illud deinde sequens, et
Cic. h. v. cito, Cinna neges. Diligo

2. *sine — deductione*. Lipsius firmat e marmore hispaniensi, inter formulas praestas, nec cito, Cinna, fuisse. Ernesti quoque in negas. L. *ne minor sit*. Est

et

turba. Quales regiae potentiae ministri sunt, quos delectat superbiae suae longum spectaculum: minusque se iudicant posse, nisi diu multumque singulis, 2 quid possint; ostenderint. Nihil confestim, nihil semel faciunt. iniuriae illorum praecipites, lenta beneficia sunt. Quare verissimum existima, quod ille Comicus dixit:

— Quid? tu non intelligis,
Tantum te gratiae demere, quantum morae
adiicis?

Inde illae voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac, si quid facis, et, Nihil est tanti: Malo mihi iam ne- 5 ges. Ubi in taedium adductus animus incipit beneficium odisse, dum expectat: ^a potest ob id gratus esse? Quemadmodum acerbissima crudelitas est, quae trahit poenam: et misericordiae genus est, cito occidere:

a. *potest ob id gratus esse?* Pinc. sic e codd. mss. legit, cui nonnulli ap. Grut. fere respondent. Muretus cum Lipsio accepit. Erasmus autem: *potest ob id ingratus esse?* Fateatur tamen in m. suo fuisse: *potest ei ob id iam gratus esse?* Quod posui nexui sententiarum magis convenit. Lipsius exponit: An, inquit, gratus animus ob id beneficium esse potest, quod mora in odium trahit? Mox *ita maior est muneris gratia* omnium codd. lectio est. At Vincentius belloy. IX, 107 Spec. historial. habet: *ita maioris gratiae munus est.*

et causa alia, quam Plinius bant: ut Tiberius cuidam Panegyrico tangit, quod precanti poenae maturitatem, Nondum, inquit, tecum in gratiam redii. Et L. regiae potentiae ministri, purpurati, ut Seianus. Cains Caligula, non temere longum sp. i. magna series, in quemquam, nisi crebris copia supplicum: live, diu et minutis ictibus animad- curaturum spectaculum: sic verti passus est, perpetuo 11, 11, 5 longa pietas est. notoque iam praecepto: ita feri, ut sentiat se mori. 3. Quemadmodum — cito Utrumque in Suetonio (Tib. c. 61. Calig. 30). Adde Luciani:

dere: quia tormentum ultimum finem sui secum affert; quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est: ita maior est muneris gratia, quo minus diu pendit. Est enim bonarum etiam rerum ⁴ ^b sollicitis expectatio gravis. et quum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant; qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere tardius, beneficio suo manus affert. Omnis benignitas properat: et proprium est libenter facientis, cito facere. Qui tarde, et diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, et tempus, et argumentum amicae voluntatis. tarde velle, nolentis est.

VI. In omni negotio, Liberalis, non minima portio est, quomodo quidque aut dicatur, aut fiat. multum celeritas fecit; multum abstulit mora. Sicut in telis eadem ferri vis est: sed infinitum interest, utrum excusso lacerto torqueantur, an remissa manu effluent. gladius idem et stringit, et transforat: quam presso articulo venerit, refert. idem est quod datur; sed interest, quomodo detur. Quam dulce, quam ² pretio-

^b. *sollicitis expectatio gravis.* Sic Pinc. e codd. legendum monet nec differunt codd. Naz. et Col.; praeterquam quod *gravis* non habent. Antea: *sollicita expectatio.* Ceterum omnia integra esse puto, etsi in sequentibus gnomae repetitae suspicionem movere possint, ex marginali nota in textum irrepsisse.

cani: moremque nefandae etis lacertis. Ovidio Heroid. IV, 43 placuit: Aut parcere morti. L. *tarde velle nolentis est.* Similiter Publius Syrus 359: Inopiam beneficium bis dat, qui dat celeriter. Martial. Epigr. VI, 30 In Paetum.

1. *excusso lacerto.* Virgilio est adducto lac., adductis lacertis. Ovidio Heroid. IV, 43 placuit: Aut tremulum excusso iaculum vibrare lacerto. *presso articulo* manu forti et adacta etc. L. 2. *Quam dulce etc.* Multa egregie facta afferri possent, nisi omnia nota, et quotidie occurrerent, praefertim

pretiosum est, si gratias sibi agi non est passus, qui dedit: si dedisse, dum dat, oblitus est! nam corripere eum, cui quum maxime aliquod praestes, dementia est, et inserere contumeliam meritis. Itaque non sunt exasperanda beneficia, nec quidquam illis triste miscendum. Etiam si quid erit, de quo velis admonere, aliud tempus eligito.

VII. Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro aspere datum, Panem lapidosum vocabat; quem esurienti accipere necessarium sit; esse, acerbum. Tiberius Caesar rogatus a Nepote M. a Aelio praetorio, ut aeri alieno eius succurreret: edere illum sibi nomina creditorum iussit. Hoc non est donare, sed
2 creditores convocare. Quum edita essent, scripsit, Nepoti iussisse se pecuniam solvi. adiecta contumeliosa admonitione, effecit, ut nec aes alienum haberet, nec beneficium. Liberavit illum a creditoribus,

a. *Aelio*. Sic cod. Naz. aliique ap. Grut. Antea: *Allio*. Senecae autem tempore familiam hanc *Aeliorum* nomine appellatam esse, quae primum *Allii* vocarentur, docuerunt viri docti ab Ernestio Ind. hist. ad Cic. l. v. Aelii, laudati. *Nepos* deinde est cognomen viri: quare initiali litera maiore excudi iussi, sequens Lipsii et Huguii iudicium.

fertim his temporibus, ubi fuerit. Illius quidem mentot tantaque humanitati inflicta belli furore vulnera sananda sunt. Unicum tamen ex multis in memoriam revocare iuvat exemplum recentioris aevi, Montesquievii illam actionem egregiam Massiliae circa a. 1750 erga Robertum quendam factam, quam cuique innotuisse spero.

1. *Fabius Verrucosus*. Ignoramus, utrum amicus Senecae Fabius Rusticus, celesber historicus, an alius

tionem interdum iniici respicimus Tacito Annal. XIII, 20. XIV, 2. Agripp. 10. De *Nepote* nihil habemus compertum. Ceterum notum est, his temporibus cognomina saepe praeponi; qua de re exstat doctus Herm. Cannegieteri libellus, de mutata Roman. nominum sub principibus ratione, Traiecti ad Rhen. 1758. 4. Rem narrant Tacit. Annal. I, 75. Sueton. Tib. 47, non tamen nominant Nepotem.

bus, sibi non obligavit. ^b Aliquid Tiberius secutus est. puto noluit plures esse, qui idem rogaturi concurrerent. Ista fortasse efficax ratio fuerit, ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas: beneficium vero danti tota alia sequenda est via.

VIII. Omni genere quod des, quo sit acceptius, adornandum est. Hoc vero non est beneficium dare, ^a deprehendere est. Et ut in transitu de hac quoque parte dicam quid sentiam, ne Principi quidem satis decorum est, donare ignominiae causa. ^b Tametsi inquietudinem effugere Tiberius ne hoc quidem modo,

b. *Aliud quid* adscripserat Huet. margini. a. *deprehendere est*. Restituit Pinc. e codd., quod Grut. etiam in omnibus suis inveniēbat. Receperunt Lipsius et Gron. Detegere vitia latentia et efferre, Lipsius explicat. Olim: *Reprehendere*. Convenire tamen magis putabat Grut.: *deprehendere* i. solvere. At Seneca ignominiam signare voluit. b. *Tametsi inquietudinem effugere Tiberius ne hoc quidem modo, quo vitabat, potuit*. Variant libri mss., unde Grut. suspicabatur, locum hunc traiectione verborum et defectu insigni laborare. Sed non opus est hac suspicione. Corruptela enim locus laborat. Cod. Naz., Col., et Palat. tert. habent: *Tamen inquit effugere — quod vitabat potuit*. Ex illo *inquit* alii fecerunt *inquires*, notante Erasmo in ora, alii *inquietudinem*, et e *vitabat* deinde *putabat*. Gronovius pro vero habet: *Tametsi id effugere* etc. Equidem locum sanum et integrum habeam, ultimo tantum verbo, *potuit*, expuncto, legens, *nequii — quod vitabat*. Illud enim *nequii* turbas has fecisse videtur, quod quum raro occurrat, in *inquit* mutatum istud *potuit* creavit, et sic deinceps *inquietudinem*, cuius tamen nominis usus Senecae aetate nondum viguisse videtur. Huetus margini adscripserat: *Tametsi id effugere Tiberius, ne hoc quidem modo, quo vitabat, potuit*. Mox *censura est: auxilium est; princ.* e codd. restitui, expuncto *non* ante *auxilium*, quod Gruterus immisit, ut antithetâ ista haud indecore concurrerent: et ideo Lipsius quoque excepit humaniter: sed codicibus magis obtemperandum erat.

1. *Omni genere* i. omni *prehendere*, convincere alimodo et ratione. Iurecon- quem criminis, ideoque defulti crebriuscule et noster tegere vitia latentia et efferre. Cicero sic aliquoties utitur. Cic. h. v.

2 modo, quo vitabat, potuit. Nam aliquot postea, qui idem rogarent, inventi sunt. quos omnes iussit reddere in senatu aeris alieni causas, et ita illis certas summas dedit. Non est illud liberalitas; censura est: auxilium est; principale tributum est. Beneficium non est, cuius sine rubore meminisse non possum. Ad iudicem missus sum: ut impetrarem, causam dixi!

IX. Praecipunt itaque omnes auctores sapientiae, quaedam beneficia palam danda, quaedam secreto. Palam, quae consequi gloriosum est: ut militaria dona, et honores, et quidquid aliud notitia pulchrius 2 fit. Rursus quae non producant, nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiae, tacite danda sunt: ut nota sint solis, quibus profunt. Interdum et ipse qui iuvatur, fallendus est: ut habeat; nec a quo acceperit, sciat.

X. Arcefilaus, ut aiunt, amico pauperi, et paupertatem suam dissimulanti, aegro autem, et ne hoc qui-

2. *Nam aliquot — dedit.* Polemone usus, postea mediae Academiae auctor fuit, coevus Theophrasti, Zenonis Stoeae conditoris, Epieuri etc., mortuus est Ol. 134, 4. Cf. Brucker. Hist. crit. Phil. Vol. I. p. 746 sqq. qui et nostri loci p. 748. not. r) non immemor fuit, et Fabricii Bibl. gr. Vol. III. p. 162 Harl. Rem narrant Plutarch. De adul. et amici discrim. c. 32. Tc. VII Opp. p. 204 Hutt. qui amicum eius appellat Apellem, et Diog. Laert. IV, 37 qui Ctesibium nominat. Egre-

1. *sapientiae* non solum Stoicae, sed cuiuscunque honores sunt magistratus. *producant* ornant honoribusque donisque militaribus. Cf. Graevius ad Cic. pro Domo c. 9.

1. *Arcefilaus.* Condiscipulus Crantoris, magistro

gia Pet. Baylii Commentatio de Arcefilao in Diction. hist.

et

quidem confitenti, ^a deesse sibi in sumtum ad necessarios usus, quum clam succurrendum iudicasset, pulvino eius ignorantis sacculum subiecit, ut homo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inveniret potius quam acciperet. Quid ergo? ille nesciet a ² quo acceperit? Primum nesciat, si hoc ipsum beneficii pars est, deinde multa alia faciam, multa tribuam, per quae intelligat et illius auctorem. Denique ille nesciat accepisse se: ego sciam me dedisse. Parum est, inquis. Parum, si foenerare cogitas: sed si dare quo genere accipienti maxime profuturum erit, ^b dabis, contentus eris te teste. Alioquin non benefa- ³ cere delectat, sed videri benefecisse. Volo, inquis, sciat! debitorem quaeris. Volo utique sciat! quid, si illi utilius est nescire? si honestius, si gratius? non in aliam partem abibis? Volo sciat! ita tu hominem non servabis in tenebris? Non nego, quoties patitur ⁴ res, percipiendum gaudium ex accipientis voluntate: sin adiuvari illum et oportet, et pudet; si quod praestamus, offendit, nisi absconditur: beneficium in

D 2

acta

a. *deesse sibi in sumtum ad n.* Egregie docet Gronov. contra Gruter. et Salmasium ad Scriptt. H. A. T. I. p. 69 sq., non iunctim *insumtum* i. e. pecuniam, esse scribendum, sed esse duas voces et *deesse sibi in sumtum* valere, se rem non habere, aeris egere. Vide Lexica latina. b. *dabis* omnium codd. et edd. lectio, quam Muretus omiserat. Quum bene intelligi possit, non video, cur non abesse liceat, si per codd. liceret.

et crit. legi meretur. *deesse* 3. *sed videri* conspici *be-*
sibi in sumtum ad. i. e. quod *nesf.* Mox *beneficium in*
attinet *ad. nec. u.* se aeris *acta non mitto* i. e. non pu-
egere, ἀπορία θλιβόμενον *blico, non posteritati trado:*
habet Diog. Laert. l. 1. Cte- *in acta mittere* proverbii
sibius aut Apelles, sacculo *speciem* habet. Quid *acta*
invento ab anu ei serviente, *sint,* cuique notum est: si
dixit: hic Arcefilai ludus *quis tamen doceri amplius*
(παίγνιον, κλέμμα) est. *velit,* is adeat Lipsium ad
Taciti Annal. IV, 42.

acta non mitto? ^c Quidni? ego illi non sum indicaturus me dedisse, quum inter prima praecepta ac maxime necessaria sit, ne unquam exprobrem, immo ne admoneam quidem? Haec enim beneficii inter duos lex est. alter statim oblivisci debet dati, alter accepti nunquam. Lacerat animum et premit frequens memoratorum commemoratio.

XI. Libet exclamare, quod ille triumvirali proscriptione servatus a quodam Caesaris amico exclamavit, quum superbiam eius ferre non posset: „Redde me Caesari. Quousque dices: Ego te servavi, ego

c. *Quidni? ego illi non sum.* Sic Gruter. in Cod. Naz. invenit. Erasmus: *Quidni ego illi sum ind.*, omisso τῷ non, et signo interrog. post *Quidni*. At Muretus ex ingenio dedit *Quid? ego illi sum ind.* Mox *alter accepti numquam* omnium codd. et edd. lectio. At Vincentius bello. Spec. hist. IX, 107 habet: *alter memor esse accepti*, memoriter forsitan loco hoc laudato.

4. *Quidni?* — *commemoratio.* Haud scio an expressa haec sint e Demosthenis Oratione de Corona p. 316, 6 sqq. Reisk. Ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μνησθαι τὸν πάντα χρόνον τὸν δ' εὖ ποιήσαντα εὐθύς ἐπιλελῆσθαι αὐτῶν. — τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ὑπομιμνήσκειν καὶ λέγειν, μικροῦ δεῖν ὁμοίον εἶναι τῷ ὀνειδίσειν. Nec dubito, quin familia Terentii Andr. I, 1, 17 Ciceronis Lael. c. 20 etc. cuique in mentem veniant.

far hic et saepius vocatur. Cf. Sueton. Oct. 7. 27. Ceterum in legibus Corneliis a Dictatore L. Corn. Sulla a. u. c. 672 perlatis unam de proscriptione et proscriptis fuisse, quam postea Octavius aliique imitati sunt, contra inimicos et in gratiam amicorum, verbo tantum monemus. Nomina capitis damnatorum in tabulis proscriptionis publice affixis proscripta erant eorumque bona venierunt. Sed haec nota sunt vel e Cic. Orat. p. Roscio Amerin. c. 43 sq. De hac *triumvirali proscript.*, quae a. u. 711 fiebat, cf. Plutarch. vit. Anton. c. 19 sq. et Dio Cass. 47, 3 sq.

1. *quod ille* — *posset.* Quis, ignoro: sed plures sic servati. L. Spectant haec ad triumviratum Antonii, Lepidi et Octavii, qui *Caes-*

ego te eripui morti? istud, si meo arbitrio memini, vita est; si tuo, mors est. Nihil tibi debeo, si me servasti, ut haberes, quem ostenderes. Quousque me circumducis? quousque oblivisci fortunae meae non finis? semel in triumpho ductus essem.“ Non est dicendum, quid tribuerimus. qui admonet, repetit. Non est instandum, ^a non est memoria revocanda: nisi ut aliud dando, prioris admoneas. Ne aliis quidem narrare debemus. qui dedit beneficium, taceat: narret, qui accepit. Dicitur enim, quod illi ubique iactanti beneficium suum: Num negabis, inquit, te recepisse? et quum respondisset, Quando? ³ Saepe quidem, inquit, et multis locis: id est, quoties et ubicunque narraſti. Quid opus est te loqui? quid alienum occupare officium? Est qui istud facere honestius possit: quo narrante et hoc laudabitur, quod ipse non narras. Ingratum me iudicas, si istud te tacente, nemo sciturus est? Quod adeo non est committendum, ut etiam si quis coram nobis narrabit, ei respondendum sit: Dignissimus quidem ille est maioribus beneficiis, sed ego magis velle me scio omnia illi praestare, quam adhuc praestitisse. Et haec ipsa ^b non venaliter, nec ea figura, qua quidam reiiciunt,

D 3

quae

a. *non est memoria revocanda.* Sic omnes codd. Pinç. et Grut., quos tutius sequi, ait Gron., quam Lipsianum, *memoria renovanda* praebentem. Utrumque probum est, nec quidquam tali casu mutandum est, nisi optimi et plurimi codd. concinant: recte itaque Gron. Lipsio non adſtipulatus est, et Huetus in notis mſſ. b. *non venaliter.* Sic codd. Erasmus

3. *inquit*, obiicitur. Saepe de hoc idiotismo monuere Laudavi ad I de Ira 3, 1 viri docti, e. c. Bentleius Heusingerum. ad Horat. Serm. 1, 4, 78. 4. *venaliter* i. e. non ita, Davif. ad Cic. Tusc. 1, 39. ut tuo ipsius commodo in-
Φησι eodem modo usurpant servias, atque ideo his be-
 Graeci. cf. Upton ad Epictet. neficiis tibi aliquid compar-
 res.

quae magis ad se volunt attrahere. Deinde adiicienda omnis humanitas. Perdet agricola quod sparsit, si labores suos destituet in semine. Multa cura fata perducuntur ad segetem: nihil in fructum pervenit, quod non a primo usque ad extremum aequalis cultura profequitur: eadem beneficiorum est conditio.

5 Numquid ulla maiora possunt esse, quam quae in liberos patres conferunt? ^c Haec tamen irrita sunt, si in infantia deserantur, nisi longa pietas munus suum nutriat. Eadem ceterorum beneficiorum conditio est: nisi illa adiuveris, perdes. parum est dedisse, fovenda sunt. Si gratos vis habere quos obligas, non

6 tantum des oportet beneficia, sed et ames. Praecipue, ut dixi, parcamus auribus. admonitio taedium facit, exprobratio odium. Nihil aequè in beneficio dando vitandum est, quam superbia. Quid opus arrogantia vultus? quid tumore verborum? ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis iactatio: ^d res loquentur, nobis tacentibus. Non tantum ingratum, sed invisum est beneficium superbe datum.

XII. C. Caesar dedit vitam Pompeio Penno, si dat, qui non aufert: deinde absoluto, et agenti gratias, porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui ex-

mus aliique. Sed Muretus ex margine edd. Erasmi al. primus in textum recepit, *vernilter*: at hoc sequentia expriment, nec de facetiis quae vernis adscribi solent, hic sermo est. Bentl. tamen ad Horat. Serm. I, 6, 108 *vernaliter* praetulit: If. Casaubon. ad Theophrasti Charact. p. 19 ed. Fisch. *vernilter*. c. *Haec tamen irrita sunt*. Sic optimi codd. Pinc. et Grut. Antea: *Nec tamen tuta sunt*. d. *res loquentur* omnium codd. et edd. lectio, quae non commutanda erat cum ea, quae margini cod. Naz. adpicta erat, *loquantur*.

res. *figura* i. dicendi modus, quem dissimulationem, Lexicon Timae. p. 18 sq. ed. II.

f. potius accismum vocaveris. cf. Ruhnken. ad 1. Quae hic de Caio Ca-
ligula narrantur, ea nemini alii

culant, ^a et negant id insolentiae causa factum: aiunt socculum auratum, immo aureum margaritis distinctum, ostendere eum voluisse. Ita prorsus: quid hic contumeliosum est, si vir consularis aurum et margaritas osculatus est; et alioquin nullam partem in corpore eius electurus, quam purius oscularetur? Homo natus in hoc, ut mores liberae civitatis Persica ² servitute mutaret, parum iudicavit, si senator senex, ^b summissis honoribus, in conspectu principum supplex sibi, eo more iacuisset, quo victi hostes hostibus iacuerunt. invenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet. Non hoc est rempublicam calcare? ^c et ³ quidem, (dicet aliquis, nam potest ad rem pertinere) sinistro pede? Parum enim foede furioseque

D 4

info-

^{a. et negant.} Sic optimi codd. Pinc. et Grut. Antea: *eum, negant.* ^{b. summissis honoribus} omnium codd. lectio: at Pinc. et Muretus ex coniectura. *summis usus honoribus*, Lipsius *summis hon.*, qui, quod mireris, adeo *summissimis*, quod monstrum in duobus codd. depravatis invenerat, praetulerit. Sed *honores summittere* de supplice honoribus functo summis et ignominiose habito bene dici, nemo facile nunc dubitet: nexus sententiae adeo postulat. ^{c. et quidem,} (dicet — pertinere) Erasmus aliique *equidem*, unde Muretus *et quidem* fecit, *παρένθεσιν* adiecit Gronovius: quo acquiescamus, non curantes Lipsium, qui ex var. lect. *titiget, licitet fecit: licet aliquis non putet ad rem p.* Nihil inde lucratur.

alii commemorari memini: ^{2. Persica servitute,} in-
nec Lipsio quidquam hac de fami per adorationem etc.
re innotuit. Putat tamen, ^{in conspectu principum} i.
esse eundem Pompeium, procerum et populi primo-
quem postea fame mori coegerit illud monstrum, quippe maluit Lipsius, quam Gru-
pe hominem opulentum et teri emendationem admitte-
locupletem supra plerosque re: ^{in conspectu. P. R. i.}
sui aevi, de quo idem Seneca de Tranq. Animi c. XI Populi Romani. At nesci-
exposuit. Alius tamen fuerit necesse est, quum ad gen- mus, ubi, in Senatu an co-
tem Pennorum hic Pompeius iudex sederit Caligula.
ius pertinuerit.

infolens fuerat, qui de capite consularis viri foccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset imperator^d epigros suos.

XIII. O superbia magnae fortunae! O stultissimum malum! ut a te nihil accipere iuvat! ut omne beneficium in iniuriam convertis! ut te omnia nimia delectant! ut te omnia dedecent! quoque altius te sublevasti, hoc depressior es, ^a ostendisque te non agnoscere ista bona, quibus tantum inflaris. Quidquid das, corrumpis. Libet itaque interrogare, quid tanto-

d. *epigros suos*. Sic emendat lectionem veterem: *pigros suos*, sensu cassam, Scaliger, cui adstipulati sunt Io. Meursius, Maussacus et Gronovius. Est graeca vox *ἐπιγρος*, clavus ligneus. Cf. Nicolaus ad Geoponic. X p. 688. Quum vero de foccis sermo sit, quos ut humiles tenuesque e lana, lino pilisve hircinis caprinisve confectos esse constat (cf. B. Balduini calceus antiquus c. XIV ed. Lugd. Bat. 1711. 8. cura Io. Frid. Nielandii); difficile est demonstratu, qualis clavorum qualiumcunque, nedum ligneorum usus in iis esse potuerit, quem nemo adhuc exposuit. Nam non satis est, dixisse, foccis esse suffixos, aut de quocunque suffixo focci Caligulae intelligendos esse epigros istos. Nonne ridiculus foret, qui talibus focculis, quorum usus, ut calceorum muliebrium, inprimis domi esset; similibus fere nostris pantouffles, epigros suffixos dixerit? Meliores igitur codd. sunt expectandi. ^a *ostendisque te non agnoscere*. Est vulgata lectio. Sed omnes codd. Grut. habent: *tibi non*, et codex Naz. *tibi non adgnosceret*, quae quid sibi velint, non exsculpo. Mox *certe leni*, quum antea esset *levi*, e suis codd. restituit Grut.

3. *foccatus*. Infolens hoc Romanis. Et Cicero Verri^{cis} dictos esse vult, sed pro graviter obiecit, quod *soleatus in publico stetisset*. Ergo formam potius, quam materiam in usu fuere, in publico et quocunque Caii suffixo consideraverit Seneca. Confert calceati, togatique erant. Gronov. de Benef. V, 13, 3. Foedius autem Caius, qui in muliebri etiam focco haec patrabat. L. Cf. Sueton. Calig. 52. Plin. H. N. 37, quum id cognomentum accepit. Cf. de *epigris* Var. Lect.

tantopere te resupinet, quid vultum habitumque oris pervertat, ut malis habere personam, quam faciem? Iucunda sunt, quae humana fronte, certe leni, placidaque tribuuntur, quae quum daret mihi superior, non exsultavit supra me, sed quam potuit, benignissimus fuit, descenditque in aequum, et detraxit muneris sui pompam: ^b sic observavit idoneum tempus, ut in occasione potius, quam in necessitate succurreret. Uno modo istis persuadebimus, ne beneficia sua insolentia perdant, si ostenderimus non ideo videri maiora, quo tumultuosius data sunt: ne ipsos quidem ob id cuiquam posse maiores videri. vanam esse superbiae magnitudinem, et quae in odium etiam amanda perducatur.

XIV. Sunt quaedam nocitura impetrantibus: quae non dare, sed negare, beneficium est. Aestimabimus itaque utilitatem potius, quam voluntatem petentium. Saepe enim noxia concupiscimus, nec dispicere quam perniciosam sint licet: quia iudicium ^a interpellat affectus. sed quum subsedit cupiditas, quum impetus ille flagrantis animi, qui consilium fugat, cecidit;

D 5

detc-

^b. sic observavit. Tò sic e cod. Naz. al. ap. Grut. adieci, immutans si, quod dant, in sic. sed maluit Grut. e pal. tert. Mox istis persuadebimus, et quo tumultuosius e codd. Pinc. et Grut. dedi, quum istis ap. Erasmus deesset, et quia tum. ubique in edd. haberetur. — ^a. interpellat. Sic plerique codd. mss. praeter cod. Naz., qui habet interpolat, quod Grutero valde placuit. Perperam. Cf. ad Epist. 47, 2. Facile haec confusio fieri poterat, quum non geminatae scribi solerent consonantes.

1. resupinet. Habitus superborum designatur, caput attollendi, pectusque proiciendi, quod est, sese supinandi *καὶ ὑπτιάζειν*. L. personam histrioniam et alienam. L.

2. in aequum, parem se perborum iactantur, detraxit. 1. Iam Socrates Platonis in Alcibiade posteriore egregie exposuit, homines plerosque, quid malum noxium-

detestamur perniciosos malorum munerum auctores.
 2 Ut frigidam aegris negamus, ut lugentibus ac sibi iratis ferrum, aut amantibus quidquid contra se ufurus ardor petit: sic ea, quae nocitura sunt, impense ac submisse, nonnunquam etiam miserabiliter rogantibus, perseverabimus non dare. Tum initia beneficiorum suorum spectare, tum etiam exitus decet: et ea dare quae non tantum accipere, sed etiam accepisse delectet. Multi sunt qui dicant: Scio hoc illi non profuturum, sed quid faciam? rogat, resistere precibus eius non possum. Viderit; de se, non de me, queretur. Fallum est: immo de te, et merito quidem, quum ad mentem bonam redierit, quum ^b accessio illa, quae animum inflammabat, remiserit. Quidni eum oderit, a quo in damnum ac periculum suum adiutus est? Exorari in perniciem rogantium, 4 saeva bonitas est. Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam invitos nolentesque servare: ita rogantibus pestifera largiri, blandum et affabile odium est. Beneficium demus, quod usu magis ac magis placeat, quod nunquam ^c in malum vertat. Pecuniam

b. *accessio* — bene istam vulgatam *accensio* removit in omnibus fere, saltem optimis codd. obvia haec lectio. Est invasio morbi et *παροξυσμός*, inprimis de initio febris. — c. *in malum*

noxiumve sit, ignorare, at tamen a diis precari. Quare deos id modo precandos esse monet, quod bonum sit. Magnaque, ait Iuvenalis X, 111, numinibus vota exaudita malignis. Itaque et Iuvenalis Sat. laud. monet: Permittes ipsis expendere numinibus, quid Conveniat nobis — Carior est illis homo quam sibi. Bene laudat hic Lipsius Ta-

citi illa ex Annal. XV, 21: Plura saepe precantur, dum demeremur, quam dum offendimus.

4. *Quemadmodum* — *nolentesque servare* i. e. morbis acutis, insania etc. laborantibus sibi que mala inferre conantibus: qui ad mentem bonam reducti gratias agunt. Recte observat Lipsius, Horat. de A. P. 467 huc non spectare.

niam non dabo, quam numeraturum adulterae sciam: ne in societate turpis facti ac consilii inveniar. Si potero, revocabo: sin minus, non adiuvabo scelus. Sive illum ira, quo non debebat, impellit, sive ambitionis calor abducit^d a tutis: non a semet ipso vim sibi inferri patiar; non committam, ut possit quandoque dicere, Ille amando me occidit. Saepe nihil interest inter amicorum munera, et hostium vota. Quidquid illi accidere optant; in id horum intemptiva indulgentia impellit, atque instruit. Quid autem turpius, quam, quod evenit frequentissime, ut nihil intersit inter odium, et beneficium?

XV. Nunquam in turpitudinem nostram reditura tribuamus. Quum^a summa amicitiae sit, amicum sibi aequare; utrique simul consulendum est. Dabo egentem: sed ut ipse non egeam. succurram perituro: sed ut ipse non peream. nisi si futurus ero magni hominis, aut magnae rei merces. Nullum beneficium² dabo,

malum vertat codd. Pinc. et Grut. dant. Antea ap. Erasm. *in malum vertatur*. Mox *ac consilii* est vulgata ab omnibus codd. Grut. confirmata. Erasmus et Muretus: *aut conf.* — d. *a tutis: non a semet ipso vim sibi inferri patiar; non committam*. Sic Pinc. Variant libri. Erasmus: *a tuis*; alii *acutis*, *acutius*. Media illa: *non a semet — patiar* absunt ap. Erasim. Sed noli ulcus aut ulcera cum Lipsio suspicari, aut divinum illum Apollinem in somnis cum Grutero praestolari: nihil enim deest. — a. *summa amicitiae* e quatuor codd. iisque optimis suasit Grut. Lips. Gron. quum Erasmus habeat: *summa amicitia*, quod idem probum est.

5. *Saepe — vota.* Ἄναι- que magnum, unius exitio
ρος εὐνοί' οὐδὲν ἔχθρας δια- redimendum. L. Inde Pau-
Φέρσι, Amicitia intempti- lus ille animae magnae pro-
va nihil ab inimicitia dif- digus, Regulus al. ab Horat.
fert, Euripides Hippolyt. Carm. I, 12, 37 sq., Scipio
καλυπτόμενος fragm. XVII. pro patre mori paratus, Co-
To. II Opp. p. 448 ed. Beck. drus pro patria non timidus
1. *nisi si — merces.* Vel mori (Vellei. Pat. I, 2) tan-
perire paratus sum, si im- toperere et optimo iure lau-
pendo me in rem hominem- dantur.

dabo, quod turpiter peterem. nec exiguum dilatabo, nec magna pro parvis accipi patiar. Nam ut qui quod dedit, imputat, gratiam destruit: ita qui quantum det, ostendit, ^b munus suum commendat, non exprobrat. Respiciendae sunt cuique facultates suae, viresque: ne aut plus praeltemus, quam possumus, ³ aut minus. Aestimanda est eius persona, cui damus. quaedam enim minora sunt, quam ut exire a magnis viris debeant: quaedam accipiente maiora sunt. Utriusque itaque personam confer: ^c et ipsum, inter illas, quod donabis, examina, numquid aut danti grave sit, aut paucum: numquid rursus qui accepturus est, aut fastidiat, aut non capiat.

XVI. Urbem cuidam Alexander donabat vaesanus, et qui nihil animo non grande conciperet. Quum ille

b. *munus suum commendat, non exprobrat.* Sic Pinc. et Grut. e codd. optimis accessit Lipsius. Antea: *non comm. sed expr.* Referas ad praecedentia. nec magna pro parvis accipi patiar. — c. *et ipsum, inter illas, quod donabis, e.* Pinc. et Gruterum e suis optimis mss. emendantes vulgatam: *Confer tecum. Inter illa quae donabis e.* sequuti sumus cum Lipsio.

2. *Respiciendae — minus.* certe ea, quae sequuntur, Occupavit haec iam Cicero de off. I, 14 init. decent. Lipsius h. l. annotavit: Nusquam noster pronus in hunc regem: quem

3. *Aestimanda* etc. Nec Cicero praetermisit de off. II, 18. Publius Syrus 731 beneficiis dignis ubi des, omnes obliges. *inter illas* personas. etfi vitia Alexandri non in-

1. *Alexander — vaesanus.* fitias iverim, tamen concedendum est, regem, qui talia animo conceperit et perfecit, dignum laudatione, quin admiratione, qua extollebatur, summa sui aevi fuisse. Nec vitio ei veritas, quod fortuna ei favorit, quum prudentissime ea uti sciverit,

ille cui donabatur, se ipse mensus, tanti muneris invidiam refugisset, dicens non convenire fortunae suae: Non quaero, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. ^a Animosa vox videtur et regia, quum sit stultissima. Nihil enim per se quemquam decet: refert quid, cui, quando, quare, ubi, et cetera, sine quibus facti ratio non constabit. Tumi-² dissimum animal! si illum accipere hoc non decet, nec te dare. Habeatur personarum ac dignitatum ^b proportio: et quum sit ubique virtutis modus, aequè peccat quod excedit, quam quòd deficit. Liceat istud sane tibi, et te in tantum fortuna sustulerit, ut congiaria tua urbes sint: quas quanto maioris animi fuit non capere, quam spargere? ^c est tamen aliquis minor, quam ut in sinu eius condenda sit civitas.

XVII. Ab Antigono Cynicus petiit talentum. Respondit, plus esse, quam quod Cynicus petere deberet.

- ^a. *Animosa vox videtur et regia, quum sit st.* Pincian. e codd. eruit. Erasmus: *et quum regia sit, est stultissima.* — ^b. *proportio* bonum est. Alii codd. ap. Pinc. praestant *ratio*, quam vocem pro glossa *τοῦ proportio* habeo, quippe cuius in tali re rarior usus fuit. Mox praellat *ubique virtutis* quam *uriquò v.*, et deinceps *congiaria* quam *congiaria*. — ^c. *est tamen aliquis — civitas.* Observatiuncula subfrigida e margine videtur in textum immissa esse.

verit, nec postules, ut homo humanitatis imbecillitatem exuerit: quis enim regum ducumve magnorum unquam exstitit, quem fortuna propitia tanta assiduitate et fide integra semper comitata sit, ut nulli vitio deditum se praestiterit, et ab illa incorruptum! *Nihil — decet.* Stoice hoc dictum est.

cupum dona publice plebi data. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *est tamen — civitas.* Quamquam tu satis magnus sis, ut urbes in plebem spargere possis, sunt tamen quos non deceat, civitates accipere. Cogitasse videtur de Demetrio infra VII, 41. Hoc ironiae colore adumbravit.

1. *Antigonus* primus, Alexandri Magni amicus et lega-
2. *Congiaria* propr. prin-

ret. Repullus petit denarium. Respondit, minus esse, quam quod regem deceret dare. Turpissima est eiusmodi cavillatio. Invenit quomodo neutrum daret. in denario regem, in talento Cynicum respexit: quum posset et denarium tanquam Cynico dare, et 2 talentum tanquam rex. Ut sit aliquid maius, quam quod Cynicus accipiat; nihil tam exiguum est, quod non honeste regis humanitas tribuat. ^a Si me interrogas, probo: est enim intolerabilis res, poscere nummos, et contemnere. Indixisti pecuniae odium: hoc

a. *Si me interrogas, probo* etc. Grut. et Lipsius mendosum esse hunc locum putarunt, quasi quaedam exciderint reprehensionem Cynici complexa. Codd. mss. tamen silent. Nec Vincentius bellovac. Spec. hist. VI, 39 haec aliter legisse videtur ac nos: nam totam ῥῆσιν ab *Antigono* usque ad *tribunal* attulit, nulla dissertatiunculae omiffae vestigii mentione iniecta. Unde colligere licet, omnia sana esse, modo recte intelligamus illa: *Si me interrogas, probo* h. e. si meam sententiam petere institueris, accedo illi.

legatus, qui post eius mortem rex Syriae factus et octogenarius in proelio ad Ipsum (ante Chr. 301) fusus caesusque est: cf. Plutarch. vita Demetr. Poliorcet. c. 29. To. V. Reisk. *Cynicus* Thrasyllus. Rem narrat quoque Plutarch. To. VII. p. 107. Hutten. Θρασύλλον δὲ τοῦ Κυνικοῦ δραχμῶν αἰτήσαντος αὐτόν (Antigonum)· Ἄλλ' οὐ βασιλικόν, εἶπε, τὸ δόμα· τοῦ δ' εἰπόντος· Οὐκοῦν τέλαντον δός μοι· Ἄλλ' οὐ Κυνικόν, ἔφη, τὸ λῆμμα. Repetit hanc historiolum Plut. Vol. X p. 171.

2. *Si me interrogas.* Cf. Var. Lect. Huetus margini adscripserat: Supple ante haec verba: *Nec ego Cynici*

petitionem, aut aliquid simile. Lipsius: Videtur aliqua dissertatiuncula fuisse, (quae perit) super hoc facto. Subiicit nunc, si me quoque interrogas, sum inter probantes. At hac opinione non opus est. *Si*, tu Cynice, *me interrogas* etc. Conversiones tales abruptae sunt Senecae familiares, e. c. de Benef. I, 4, 5 ubi *tu*, i. e. Chryssippe, aequae abruptum sonat., *Probo* i. accedo regi Antigono, modo non cavillatus esset. Cynicorum autem erat, divitias contemnere, et minimis egere. Diogen. Laert. VI, 105. Demetrius quoque VII. de Benef. init. exemplo lit.

hoc professus es. hanc personam induisti: agenda est. Iniquissimum est, te pecuniam sub gloria egestatis acquirere. Adspicienda ergo non minus sua cuique persona est, quam eius, de quo iuvando quis cogitat. Volo Chryssippi nostri uti similitudine de pilae lusu: 3 quam cadere non est dubium, aut mittentis ^b vitio, aut accipientis. Tunc cursum suum servat, ubi inter manus utriusque, apte ab utroque et iactata et excepta versatur. necesse est autem lusor bonus, aliter illam collusori longo, aliter brevi mittat. Eadem beneficii ratio est. nisi utrique personae, dantis et accipientis, aptatur: nec ab hoc exhibit, nec ad illum perveniet, ut debet. Si cum exercitato et docto 4 negotium est, audacius pilam mittemus. utcunque enim venerit, manus illam expedita et agilis repercutiet. Si cum tirone et indocto: non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius, et in ipsam eius dirigentes manum, remisse occurremus. Idem facien- dum

^b. vitio. Probum est, libri tamen mss. *studio* aut *dubio*. L.

3. *Volo Chryssippi* etc. tum lusoribus in trigono s. Eadem similitudine uti facit triangulo consistentibus in Plutarchus Theanorem pythagoreum, de Genio Socratidis c. 13. p. 321 Opp. Wernsdorf. Excurf. X. To. Vol. X. *longo* i. e. remoto. IV Poet. min. lat. p. 398 sq. *brevi* vicino. Intelligere Male de harpasto intellexit Upton ad Epicteti Diff. II, de tempore, ut *longo* sit diu 5, 15 Schwgh. Ludum pilae trigonalis intelligas quoque in Epigram. 97 Meleagri (Analect. Brunck. Vol. I. p. 28), ubi cf. elegantem mihique amiciss. interpretem lacobs in Animadv. ad Anal. Vol. I. Part. I. p. 110, sq. ubi nostri loci memor fuit.

5 dum est in beneficiis. Quosdam doceamus, et satis iudicemus, si conantur, si audent, si volunt. Facimus autem plerumque ingratos, et ut sint, favemus: tanquam ita demum magna sint beneficia nostra, si gratia illis referri non potuit: ut malignis lusoribus propositum est, collusorem traducere, cum damno scilicet ipsius lusus, qui non potest, nisi consentitur, extendi. Multi sunt tam pravae naturae, ut malint perdere quae praestiterunt, quam videri recepisse, 6 superbi et imputatores. Quanto melius, quantoque humanius id agere, ut illi quoque partes suae consentent; et favere, ut gratia sibi referri possit; benigne omnia interpretari, gratias agentem, non aliter quam si referat, audire, praebere se facilem, ad hoc, ut quem obligavit, etiam exfolvi velit? Male audire solet foenerator, si acerbe exigit: aequae si in recipiendo tardus ac difficilis moras quaerit. beneficium tam re- 7 recipiendum est, quam non exigendum. Optimus ille, qui dedit facile, nunquam exegit: reddi gavissus est, bona fide quid praestitisset, oblitus, qui accipientis animo recepit.

XVIII. Quidam non tantum dant beneficium superbe,

5. Quosdam — volunt beneficia accipere. Qui pilam mittit, ait S., accommodabit pilam collusori suo: eadem ratione et beneficia sunt adhibenda. Nisi hoc facimus, in causa erimus, cur ingratis beneficia demus. Ita que docendi sunt, ut grati esse conentur i. pollint, aggrediantur. traducere, ludibrio exponere, παραδειγματίζειν. imputatores debitores sibi esse cupientes. Bene talis homo cum foenatore comparatur, qui tristibus Calendis s. Idibus, quocunque igitur mense, more romano, usuras exigit, redigit, postulat, sive moras quaerit, lucri faciendi causa, ut usuras usurarum, anatocismum acquirere possit, sive ut illo debitore, qui sortem exsolvere vellet, in suo calendario utatur et iactet.

XVIII. Usque ad finem libri quaestioni respondet: quomodo

perbe, sed etiam accipiunt: quod non est commit-
tendum. Iam enim transeamus ad ^a alteram partem,
tractaturi quomodo se gerere homines in accipiendis
beneficiis debeant. Quodcumque ex duobus constat
officium, tantundem ab utroque exigit. Qualis pater
esse debeat, quum inspexeris, scies non minus operis
illic superesse, ut dispicias, qualem esse oporteat
filium. Sunt aliquae partes mariti, sed non minores
uxoris. Invicem ista quantum exigunt, praestant, et ²
parem desiderant regulam: quae, ut ait Hecaton,
difficilis est. Omne enim honestum in arduo est,
etiam quod vicinum honesto est. non enim tantum
fieri debet, sed ratione fieri. Hac duce per totam ^b vi-
tam

a. *alteram* recepit Lipsius e suis libris. Antea: *altiam*. — b. *vitam*
recte Grut. et Lips. e mss. receperunt. Olim: *viam*.

modo se gerere homines in accipiendis beneficiis de-
beant. nec ad beatitudinem quicquam conferunt, nisi demum
ratio accesserit, quae his

1. Munit sibi viam ad doctrinam, quam tractaturus est, eo quod principium actionum humanarum e
Stoae praeceptis praemittit. Iam quum Stoici via physio-
logico-historica docuissent, amorem sui, socialitatem
etc., ideoque primorum naturae inde orientium stu-
dium homini innasce; ordo et decor in his rebus,
quae *prima naturae* vocantur, acquirendis, disponendis ac fruendis sequantur
necesse est: quem quidem impetum nomine *officiorum*
decentium actionum comprehendunt: quae neque bonae neque malae sunt,

primis naturae pretium suum statuit et normam, *i. regulam honesti* constituendo ordinem firmiter studiorum et actionum, quae a ratione in media, aestimabilia etc. distinguuntur, quatenus naturae congruant. Hinc sequitur, quod honestum sit, id solum bonum esse iudicandum. *Difficilis est regula*, quia non nisi ratione exculta perspici atque adhiberi potest. *Hecaton* Rhodius, Panaetii discipulus, fortasse in libris de officiis haec dixerat. Cf. Fabricii Bibl. gr. Vol. III. p. 563 Harl.

tam eundum est. minima maximaque ex huius consilio gerenda sunt: quomodo haec suaferit, dandum. Haec autem hoc primum censebit, non ab omnibus
 3 accipiendum. A quibus ergo accipiemus? Ut breviter tibi respondeam: ab his, quibus dedisse vellemus.
 c Nam etiam maiore dilectu quaerendus est, cui debeamus, quam cui praestemus; nam, ut non sequantur ulla incommoda, sequuntur autem plurima, grave tamen tormentum est debere, cui nolis. Contra, iucundissimum est ab eo accepisse beneficium, quem amare etiam post iniuriam possis, ubi amicitiam, alio-
 4 qui iucundam, causa fecit et iustam. Illud vero homini verecundo et probi miserrimum est, si eum amare oportet, quem non iuvat. Toties admoneam
 necesse

c. *Nam etiam dant* codd. plerique et Erasmi. Alii autem: *Num etiam, nunc etiam*: merae aberrationes calami. *grave tamen tormentum* optimi codd. praestant. *Mox ubi amicitiam, alioqui iucundam, causa fecit et iustam* Pinc. et Grut. codicibus debetur, qui *alicui* habebant, unde Lips. *alioqui* fecit. *Causa* est beneficium.

2. *Haec autem — accipiendum.* Eandem sententiam protulit quoque Aristoteles Cyrenensis, Theophrasti coaevus, ap. Aelian. V. H. X, 8.

3. *Ut breviter — vellemus.* Haud multum ablu- dit a principio ethices Kantiano. Cf. ad II, 1, 1. *nam ut, fac, ut — Contra — iustam.* Si egregium virum, cui beneficia debeas, elegeris, etiam iniuriam ei hoc facilius condonare poteris, quo praestantior est: ita eius praestantia atque pretium beneficiorum eius in causa erunt, cur ami-
 citia in eum iusta sit. Similia habet Marc. Anton. VII, 22 de amore in hostes.
 4. *Toties admoneam* etc. Nondum in his libris admonuit de hoc discrimine, sed fecit alibi, e. c. de vita beata c. 17 sq. Ep. 56 fin. 59 fin. cf. Ep. 104, 3 not. *et iuvat libenter facere. qui animum — servant*, qui multis affectibus turbantur, qui legem vitae et actionum *quam volunt* ratione duce etc.: qui decreta sua firma et immota habent servant- que. *De sapiente* Stoico et de iis qui opponuntur, de *imperfectis* insipientibus, profi-

necesse est, non loqui me de sapientibus, quos quidquid oportet, et iuvat; qui animum in potestate habent, et legem sibi, quam volunt, dicunt, et quam dixerunt, servant: sed de imperfectis hominibus, honesta sequi volentibus, quorum affectus saepe contumaciter parent. Itaque eligendus est, a quo beneficium accipiam. Et quidem diligentius quaerendus 5 beneficium quam pecuniae creditor. Huic enim reddendum est, quantum accepi et si reddidi, solutus sum ac liber. At illi plus solvendum est: et nihilominus etiam, relata gratia, cohaeremus, debeo enim, quum reddidi, rursus incipere. ^d Monetque amicitia non recipere indignum. sic est beneficiorum quidem sacratissimum ius, ex quo amicitia oritur. Non semper, inquit, mihi licet dicere, Nolo: aliquando beneficium accipiendum est et invito. Dat tyrannus 6 crudelis et iracundus, qui munus suum fastidire te iniuriam iudicaturus est. Non accipiam? Eodem loco pono latronem et piratam, quo regem, animum latronis ac piratae habentem. Quid faciam? parum dignus est, cui debeam. Quum eligendum dico cui debeas, vim maiorem et metum excipio: quibus adhibitis, electio perit. Si liberum est tibi, si arbitrii 7

E 2

tui

d. *Monetque amicitia — oritur.* Locus hic Grutero et Lipsio vitiatus esse videbatur. Libri mss. nihil opis praestant, nisi quod cod. Naz. aliusque habent: *manetque a. non reciperem indignum. sic ne in beneficiorum quidem etc.* Forſan ſana tamen ſunt omnia, ſi cohaereat cum *incipere* et *monetque* etc. explicesque: amicitia monet, ut te ille non recipiat ſe indignum. Coacti tamen aliquid et ipſe ſentio.

proficientibus saepe monui. dantur nec obtruduntur. Cf. Tiedemann System der Lactantius: non est beneficium, quod ingeritur reluctanti etc. Atqui hic exceptio est, sed ita, ut beneficia esse non dicas, sed imperia. L.

5. *et invito.* Contra vulgatum, imo et iuris regulam, invito beneficia nec

tui est, utrum velis, an non; id apud te ipse perpendes. si necessitas tollit arbitrium; scies te non accipere, sed parere. ^e Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. Si vis scire, an velim; effice, ut possim nolle. Vitam tamen tibi dedit. non refert quid sit, quod datur, nisi a volente volenti detur. Si servasti me, non ideo servator es. Venenum aliquando pro remedio fuit. non ideo numeratur inter salubria. Quaedam profunt, nec obligant.

XIX. Tuber quidam tyranni gladio divisit, qui ad eum occidendum venerat. non ideo illi tyrannus gratias egit, quod rem quam medicorum manus reformidaverant, nocendo sanavit. Vides non esse magnum in ipsa re momentum, quoniam non videtur dedisse beneficium, qui malo animo profuit. Casus enim beneficium est, hominis iniuria. Leonem in
amphi-

^e. *Nemo in id* praestant omnes praeter Mureti ed. et codd. Illa dat: *nemo id*. Obligari in rem est nota loquendi ratio.

7. *Vitam tamen — detur.* tarch. de util. ex inimicis
Exemplo sit Iason, Pherarum in Thessalia dominus, capienda Vol. VII Opp. p. 277 Hutt., ubi Prometheum cui, ut Ciceronis de nat. Deor. III, 28 verbis utar, vocat Iasonem propter summam eius altitiam et prudentiam a Cic. de Off. I, 30 laudatam. *Casus — hominis iniuria.* Casui debetur beneficium, homini iniuria est adscribenda. *Leonem — bestiarum.* Historiam hanc eandem narrat Aul. Gell. Noct. att. V, 13 et Aelian. VII, 48 N. Anim., ille ex Apionis Plistonicae libro V Aegyptiorum, quem Tiberii aetate vixisse conflat. *Magister* est dominus, qui nunc ad pugnam bestiarum in theatro adstabat.

1. *Tuber vomitam quidam miles tyranni Iasonis Pherarum Thessaliae domini.* Rem narrat Valer. Maxim. I, 8 extr. 7. Plu-

amphitheatro spectavimus, qui unum e bestiariis agnitum, quum quondam eius fuisset magister, protexit ab impetu bestiarum. Num ergo est beneficium, ² rae auxilium? Minime: quia nec voluit facere, nec benefaciendi animo fecit. Quo loco feram posui, tyrannum pone. Et hic vitam dedit, et illa: nec hic, nec illa beneficium. quia non est beneficium, accipere cogi. non est beneficium, debere, cui nolis. Ante des oportet mihi arbitrium mei; deinde beneficium.

XX. Disputari de M. Bruto solet, an debuerit accipere a D. Iulio vitam, quum occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo secutus sit, alias tractabimus. Mihi enim, quum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica ^a se egisse, qui aut regis

E 3

nomen

a. *se egisse*. Recte hoc Lips. et Gron. ex omnibus codd. et edd restituerunt quum Muretus et Grut., hac lectione, ut inepta, reiecta, invexissent: *se gessisse*. Cf. Gronovii Obsl. IV, 14 p. 688. ed. Lips.

1. *M. Brutus* se in bello civili ad Pompeium magnum aggregavit, sed acie pharsalica male gesta se recepit ad *Divum Iulium* Caesarem, ei non solum ignoscens, sed magni quoque facientem. Plutarch. Brut. c. 4. Fo. V. Reisk. p. 354 sq. Caeterum unus Seneca tradidit, nisi fallor, Brutum iam eo consilio ad Caesarem rediisse, ut eum occideret. *alias tr.* in librorum Senecae deperditorum quodam, forsan, *Moralium institutio stoica* docet, esse viri boni, legibus parere, et civilis officii non igna-

rum utilitati omnium consequere. Cic. de fin. III, 19. Sed docuit quoque, eisdem esse, mortem adeo optetere pro Republica, et cariorem esse patriam nobis quam nosmetipfos. Egregia sunt quae Seneca h. l. de hac re attulit, optimis etiam recentioris aevi scriptoribus historiae rom. probata: ideoque dolendum est, periisse librum, in quo fufius rem pertractasset. Caeterum Reip. liberae amicos contrariam sententiam tulisse videre licet ap. Plut. V, 367 sq. et Cic. Epist. VI, 15. Xil, 1 etc.

nomen extimuit, quum optimus civitatis status sub rege iulto sit; aut ibi speravit libertatem futuram, ubi tam magnum praemium erat et imperandi, et ser-
 2 viendi; aut existimavit civitatem in priorem formam posse revocari, amissis pristinis moribus; futuramque ibi aequalitatem civilis iuris, et staturas suo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnancia, non an servirent, sed^b utri. Quanta vero illum aut rerum naturae, aut urbis suae tenuit oblivio, qui, uno interemto, defuturum credidit alium, qui idem
 3 vellet: quum Tarquinius esset inventus, post tot reges ferro ac fulminibus occisos? Sed vitam accipere debuit: ob hoc tamen non habere illum parentis loco, qui in ius dandi beneficii iniuriã venerat. Non enim servavit is, qui non interfecit; nec beneficium dedit, sed missionem.

XXI. Illud magis venire in disputationem potest aliquam, quid faciendum sit captivo, cui redemptio- nis pretium homo prostituti corporis et infamis ore promittit. Patiar me ab impuro servari? servatus
 a deinde, quam illi gratiam referam? Vivam cum obfcoe-

b. utri. Coniecerat Rud. Agricola postea detectum a Grut. in cod. Naz., cui haec nota addita erat: *Pompeio an Iu- lio*. Muretus invenerat in veteri libro: *servi*, unde fecit, *cui*. Erasmus: *servirent servitatem*: qui tamen et *utri* praetulit. Mox idem Erasmus dedit ex con. *in ius dandi be- neficii*, quod Grut. superscriptum Cod. Naz. invenit. An- tea legebatur: *qui unius d. aut intus d.* — a. deinde dant omnes codd. mss. ap. Grut. Antea: *denique*.

3. *post tot reges — occi-* 1. *infamis ore* propter
 sos. Tres ferro, unus ful- impudentiam, qua de rebus
 mine perierunt. L. *debut* obfcoenis loqueretur, et ob
 Brutus. *missionem*. A re usum oris in re venerea.
 gladiatoria. Mittitur qui Senecae tempore, orbe ter-
 liberatur. Pugna *sine mis-* rarum pacato, nonnisi pi-
 sione: quam necessum est ratarum in manus civis rom.
 caedere aut caedi. Ego II cadere poterat, atque ex iis
 Saturn. L. Cf. de Ira I, redimi. A barbaris popu-
 16, 29. Epist. 37, 2 not. lis, si quis forte in eorum

obsceno? non vivam cum redemptore? Quid ergo placeat, dicam. Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam, quam pro capite dependam: accipiam autem tanquam creditum, non tanquam beneficium. Solvam illi pecuniam, et si occasio fuerit servandi periclitantem servabo: in amicitiam, quae similes iungit, non descendam. nec servatoris illum loco numerabo, sed foeneratoris, cui sciam reddendum quod accepi. Est aliquis dignus, a quo beneficium accipiam: sed danti nociturum est. ideo non accipiam, quia ille paratus est mihi cum incommodo, aut etiam periculo suo prodesse. Defensurus est me reum: sed illo patrocinio regem sibi est facturus inimicum. Inimicus sim, si, quum ille pro me periclitari velit, ego, quod facilius est, non facio, ut sine illo periclitetur. Ineptum et frivolum hoc Hecaton ponit exemplum Arcelilai, quem ait a filio familias oblatam pecuniam non accepisse, ne ille patrem sordidum offenderet. Quid fecit laude dignum? quod furtum non recepit? quod maluit non accipere, quam reddere? quae est enim alienam rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi opus est, utamur Graecini Iulii viri

E 4

egregii,

potestatem cecidisset, nulla redemptio fuisse videtur.

3. *Defensurus* — *inimicum*. Exemplo est M. Tullius Cicero, qui Roscium Amerinum feliciter defendendo in Chryfogoni inimicitiam incurrit, ideoque Sullam, cuius ille fuit libertus, sibi fecit inimicum: qua re motus Roma relicta in Asiam secessit. Ipse Seneca tali modo offendisse videtur Cai. Caligulam, qui,

Dione Callio referente 59, 19, parum absuit quin necari eum iuberet. De *Hecatone* cf. ad 1 de Benef. 3, 9: de Arcelilao ad II, 10, 1.

4. *Graecini Iulii*, de quo cf. ad *Epist.* 29, 5. Erat senatorii ordinis et pater Iulii Agricolae, cuius vitam Tacitus descripsit. Est etiam in scriptt. Rei rusticae saepe citatus a Columella. Gesnerus in indice Auctt. R. R. laudat *Histoire*

lite-

egregii, quem C. Caesar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expediret. Is quum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet, magnam pecuniam a Fabio Perfico missam non accepit. Et obiurgantibus his, qui non aestimabant mittentes, sed missa, 5 quod repudiasset: Ego, inquit, ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non sim? Quumque illi Rebilus consularis, homo eiusdem infamiae, maiorem summam misisset instaretque, ut accipi iuberet: Rogo, inquit, ignoscas, nam et a Perfico non accepi. Utrum hoc munera accipere est? an senatum legere?

XXII. Quum accipiendum iudicaverimus; hilares accipiamus, profitentes gaudium: et id danti manifestum sit, ut fructum praesentem capiat. Iusta enim causa laetitiae est, laetum amicum videre: iustior, fecisse. Grate ad nos pervenisse indicemus effusis affectibus: quod non ipso tantum audiente, sed ubique testemur. Qui grate beneficium accepit, primam eius pensionem solvit.

XXIII. Sunt quidam, qui nolunt nisi secreto accipere: testem beneficii et conscium vitant: quos scias

literaire de la France To. I. p. 163 sq. *ludorum*. Vetus ita mos, quia largiter effundendum in voluptates illas populi, passim amici, imo et provinciae, conferebant. L. *Fabio Perfico*. Paulus Fabius Perficus consul fuit sub Tiberio Anno 786. unde cognomen *perficus* ei haeserit, ignoratur. Cf. infra IV, 30.

5: *propinationem*. Apposite laudat Lipsius Mar-

tialis (Epigr. II, 15) iocum: Quod nulli calicem tuum propinas, Humane facis, Herme, non superbe. *Rebilus* quis fuerit ignoramus. *Utrum* — *legere* i. e. Graecinus tam caute egit in beneficiis accipiendis, quali si senatum legeret, in quem nonnisi probos purosque admittas. L.

1. *pensionem* solutionem certis temporibus divisam et dispensatam. L.

scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda notitia est muneris sui, in quantum delectatura est eum, cui datur: ita accipienti adhibenda ^a concio est. Quod pudet debere, ne acceperis. Quidam furtive agunt gratias, et in angulo, et ² ad aurem. Non est ista verecundia, sed infitiandi genus. Ingratus est, qui, remotis arbitris, agit gratias. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores advocari, nec chirographum dare: idem faciunt, qui dant operam, ut beneficium in ipsos collatum, quam ignotissimum sit. Verentur palam ferre, ut sua potius virtute, quam ³ alieno adiutorio consecuti dicantur. Rariores in eorum officiis sunt, quibus aut vitam aut dignitatem debent: et dum opinionem clientium timent, graviolem lubeunt ingratorum.

XXIV. Alii pessime loquuntur de optime meritis. Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse: ar-

E 5

gumen-

a. *concio* omnes fere codd. alii *conscio*, *conscientia*: quae magno Pinciano tamen in causa fuere, ut *adhibendus conscius* emendaret. At nil opus esse ea medela, docet locus Senecae de Clem. I, 1: O vocem in concionem omnium mortalium mittendam! Idem mox maluit: *volunt nomina secum fieri* contra omnes codd., sensuque non postulante. Nec Huet ab antiqua lectione recessit: adscripsit enim margini: quidam nolunt nomina sua referri in syllabum debitorum, expensum sibi ferri. Itaque nihil mutandum.

1. *concio* populus et turba, ut omnes sciant. L.

2. *Quidam* — *nomina secum fieri* i. contractus de debito fieri. *Nomina* enim *facere* de creditore plerumque dicitur, qui summam pecuniae, nomine debitoris adiuncto, in tabulis suis scribit. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *pararios* qui efficiunt, ut pecunia credatur

debitori, proxenetas, conciliarios. cf. III, 15, 2. *officiis*, salutatione, deductione etc. quae praestabant obnoxii aut clientes: verentur, ne pro clientibus habeantur.

1. *Tutius est* — *quaerunt*: sensum, se depressos esse, superbia in odium mutata. Nolunt cuiquam esse inferiores, et ne quisquam de beneficiis opinionem habeat,

gumentum nihil debentium odio quaerunt. Atqui nihil magis praestandum est, quam ut memoria nobis meritorum haereat, quae subinde reficienda est: quia nec referre potest gratiam, ^a nisi qui meminit; et qui meminit, iam refert. Nec delicate accipiendum est, nec submisse et humiliter. Nam qui negligens est in accipiendo, quum omne beneficium recens placeat; quid faciet, quum prima eius voluptas refrixerit?

2. Alius accepit fastidiose, ^b tamquam qui dicat: „Non quidem mihi opus est; sed quia tam valde vis, faciam tibi mei potestatem.“ Alius supine, ut dubium praestanti relinquat, an senserit: alius vix labra diduxit, et ingrator, quam si tacuisset, fuit. Loquendum pro magnitudine rei impensius, et illa adiicienda: „Plures quam putas, obligasti.“ Nemo enim non gaudet beneficium suum latius patere. „Nescis quid mihi praestiteris; sed scire te oportet, quanto plus sit

a. *nisi qui meminit; et qui meminit, iam refert.* Pinciano haec lectio debetur. Erasmus ultima: *et qui — refert* non habet. Alii omitunt *media et qui meminit*, praestantque *eam refert.* b. *tamquam qui dicat.* Dubitabat Pinc. de integritate horum verborum: sed omnes mss. praebent, et bonam esse dictionem latinam notum nunc est: pro *tamquam si dicat*: exemplum quidem dedit Gronov. e Cic. de Off. I, 15, 6 ubi tamen Heusing. habet: *Etenim si*, non *qui*, quod Gronov. suaserat.

beat, oderunt, inprimis si quoque quos ad laborem et paullo maiora sint. Epist. periculum recipiunt, fastidiose legunt. Phaedrus fab. 19 extr. Liplius laudat Tacit. Annal. IV, 18: Nam beneficia eo usque laeta sunt, III prolog. vers. 23. fastidiose tamen in coetum recipiunt videntur exsolvi posse; prior i. e. quasi immerito. *qui ubi multum antevenere, pro se onerat*, elegans et rarior gratia odium redditur. *delicata* cum fastu. huius verbi significatio haec est, qua quis sibi decori vel

2. *fastidiose*, non libenter, parvi faciens, quasi honesti observandi necessitatem impositam innuit. cf. non mereantur accipi. Sic ad Senec. de Clem. I, 1, 6. noster Epist. 44, 2: Castra ad Consolat. Polyb. 22, 3.

fit quam aestimas.“ Statim gratus est, qui se oneratur: „Nunquam tibi gratiam referre poterō; illud certe non delinam ubique confiteri, me referre non posse.“

XXV. Nullo magis Caesarem Augustum demeruit, et ad alia impetranda facilem sibi reddidit Furnius, quam quod, quum patri Antonianas partes secuto veniam impetrasset, dixit: Hanc unam, Caesar, habeo iniuriam tuam; effecisti ut viverem et morerer ingratus. Quid est tam grati animi, quam nullo modo sibi satisfacere? quam nec ad spem quidem exaequandi unquam beneficii accedere? His atque eiusmodi vocibus id agamus, ut voluntas non lateat, sed aperiat, et luceat. Verba cessent licet, si quemadmodum debemus affecti sumus, conscientia eminebit in vultu. Qui gratus futurus est, statim dum accepit, de reddendo cogitat. Chrysiippus quidem dicit, illum velut in certamen cursus compositum, et carceribus inclusum, opperiri debere suum tempus, ad quod velut dato signo profiliat. Et quidem magna illi celeritate opus est, magna contentione, ut consequatur antecedentem.

XXVI.

1. Caius *Furnius*, qui Consul fuit anno urb. 736. At pater eius, item Caius, inter Consulares relatus ab Augusto, quia designatus non iniverat a. u. 723. L. Occurrit quoque *Furnius* quidam ap. Tacit. Ann. IV, 52.

2. *Chrysiippus* — profiliat. Imago haec satis obvia est notaque vel e Nov. Test. *compositus*, commissus, his omnibus Faber et Salmas. ad Solin. p. 642. sq.

XXVI. Videndum est nunc, quid maxime faciat ingratos. ^a Aut nimius sui suspectus, et insitum mortalitati vitium, se suaque mirandi: aut aviditas, aut invidia. Incipiamus a primo. Nemo non benignus est sui iudex. inde est, ut omnia meruisse se existimet, et in solutum accipiat: nec satis suo pretio se aestimatum putet. Hoc mihi dedit: sed quam sero, sed post quot labores? quando consequi plura potuissem, si illum, aut illum, aut me colere maluissem? Non hoc speraveram. In turbam coniectus sum, tam exiguo dignum me iudicavit. honestius praeteriri fuit.

XXVII. Cn. Lentulus augur, divitiarum maximum exemplum, antequam illum liberisini pauperem facerent, ^a (hic qui quater millies sestertium suum vidit.

a. *Aut nimius sui suspectus.* Erasmus vestigiis ms. in quo *suspectos*, ductus mutavit sic veterem lectionem *aut nimium sui suspectum*. In fine capitis *praeteriri* optimi codd., alii *praeterire*. — a. *hic qui* cod. Naz. Antea *hic*, omisso *qui*. Seneca sic loqui amat. *Ingenii fuit tam sterilis quam pusilli animi* optime correxit Pinc.; et Erasmus: *fuit tam — quam animi*, omisso *pusilli*. Mox *sub onere nobilitatis* cum Grut. et Gron. ex optimis codd. et antiq. edd. praetuli alteri lectioni *sub honore n.* cf. Cic. de Off. III, 2, 5 Heusing. not. Consol. ad Polyb. 22, 3. de Clem. I, 1, 6 not.

1. *in solutum* i. e. quasi non datum, sed debitum: non nisi ipso herede moreretur —. cf. de eo Lipsius ad Tacitum Annal. IV, 44. *quater millies*. Sunt ipsa centies centena millia, sive decem milliones Philippicorum, nostra aestimatione. L. Consentit cum hac supputatione I. F. Gronov. ad Liv. 45, 40.

1. *Cn. Lentulus augur.* De eo Sueton. lib. 49: Satis constat Cn. Lentulum augurum, cui census maximus fuerit, metu et angore ad fastidium vitae ab eo (liberisini) actum, et, ut ne quo, nisi ipso herede moreretur —. cf. de eo Lipsius ad Tacitum Annal. IV, 44. *quater millies*. Sunt ipsa centies centena millia, sive decem milliones Philippicorum, nostra aestimatione. L. Consentit cum hac supputatione I. F. Gronov. ad Liv. 45, 40. Si tamen recentiores, imprimis Romé de l'Isle, audias, maior summa efficitur. Secundum eos 1000 sestertii s. unum sestertium aequant plus quam decem friderici-

dit. proprie dixi: nihil enim amplius quam vidit) ingenii fuit tam sterilis, quam pusilli animi. Quum esset avarissimus, nummos citius emittebat, quam verba: tanta illi inopia erat sermonis. Hic quum omnia incrementa sua D. Augusto deberet, ad quem attulerat paupertatem, sub onere nobilitatis laborantem; princeps iam civitatis, et pecunia, et gratia, subinde de Augusto solebat queri, dicens, a studiis se abductum nihil tantum in se congelatum esse, quantum **2** perdidisset, relictâ eloquentiâ. At illi inter alia hoc quoque divus Augustus praestiterat, quod illum derisu ac labore irritò liberaverat. Non patitur aviditas quemquam esse gratum; nunquam enim improbae spei, quod datur, satis est. Eo maiora cupimus, quo maiora venerunt: multoque concitator est avaritia, in magnarum opum congelatu collocata. ut flammae infinito acrior vis est, quo ex maiore incendio emicuit. Aequè ambitio non patitur quemquam **3** in ea mensura honorum conquietescere, quae quondam eius fuit impudens votum. Nemo agit de tribunatu gratias, sed queritur, quod non est ad praeturam usque perductus. nec haec grata est, si deest consu-

dericianos aureos, itaque 400000 sestertertia essent plus quam quatuor miliones frideric. aureorum. Adams (Handbuch der röm. Alterthümer To. II. p. 923.) Arbuthnotum haud dubie sequentus, aestimat: 3,223,116 lb. Sterl. 13 Shill. 4 Penc. *Antequam illum libertini eius pauperem facerent.* Moneo, ne putes, pauperem eum fuisse comparatum cum libertinis Claudii, Pallante et Narcisso. Pallas enim Claudii libertus possi-

debat ter millies HS. cf. Tacit. Annal. XII, 53 sin. Ditiore proinde his libertinis fuit Lentulus, qui tamen a libertis suis sensim pecunia sua privabatur.

2. *venerunt* i. e. evenerunt. cf. Nic. Heinsius ad Ovid. Epist. IV, 113.

3. *Aequè impudens votum.* Simillimus locus est de Ira ill. 31. *Si unus est*, si semel tantum hoc labore functus est. Multa similia hic congeri possunt, sed brevitatís studio omitto.

confulatus. ne hic quidem ^b fatiat, si unus est. Ultra se cupiditas porrigit, et felicitatem suam non intelligit: quia non unde venerit, respicit, sed quo tendat. Omnibus his vehementius et importunius malum est invidia, quae nos inquietat, dum comparat.

XXVIII. Hoc mihi praestitit: sed illi plus, sed illi maturius: et deinde nullius causam agit, contra omnes sibi favet. Quanto est simplicius, quanto ^a prudentius, beneficium acceptum augere: scire neminem tanti ab alio, quanti a se ipso aestimari? Plus accipere debui, sed illi facile non fuit plus dare. in multos dividenda liberalitas erat. Hoc initium est. boni consulamus, et animum eius, grate excipiendo, evocemus. Parum fecit; sed saepius faciet. Illum mihi praetulit; et me multis. Ille non est mihi par virtutibus, nec officiis: sed habuit suam venerem.

2 Querendo non efficiam, ut maioribus dignus sim, sed ut datis indignus. Plura illis hominibus turpissimis data sunt: quid ad rem? quam raro Fortuna iudicat? Quotidie querimur, malos esse felices. saepe quae agellos

b. *fatiat* sc. eum. Sic scribendum e mss. suadet Pinc., concinunt optimi codd. Grut. et ipse Erasmus, qui habet *fatiat*. Alii aliter. — a. *prudentius*. Sic codex Pinc. et optimi ap. Grut. Alii *purius* s. *pudentius*. Simplicitas autem comprehendit pudorem candidumque animum, non item prudentiam. cf. Heusinger. ad Cic. de Off. I, 26, 11.

1. *sibi favet* invidus: non placet. Simili fere modo diiudicat merita, sed se praefereendum censet. Sed habuit suam venerem. Nexus gratiam, suum illicium, laudato Plin. H. N. 35, 10. Gronovius tamen potius fortunam quam gratiam interpretatur, ab eo, quod in talorum lusu felicissimus iactus, Venus.

1. *sibi favet* invidus: non placet. Simili fere modo diiudicat merita, sed se praefereendum censet. Sed habuit suam venerem. Nexus gratiam, suum illicium, laudato Plin. H. N. 35, 10. Gronovius tamen potius fortunam quam gratiam interpretatur, ab eo, quod in talorum lusu felicissimus iactus, Venus.

agellos pessimi cuiusque transierat, optimorum virorum segetem grando percussit. Fert sortem suam quisque, ut in ceteris rebus, ita in amicitiiis. Nullum est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit: nullum tam angustum, quod non bonus interpretes extendat. Nunquam deerunt causae querendi, si beneficia a deteriore parte spectaveris.

XXIX. Vide quam iniqui sint divinorum munerum aestimatores, etiam quidam professi sapientiam. Queruntur, quod non magnitudine corporis aequemus elephantes, velocitate cervos, levitate aves, impetu tauros: quod solidior sit cutis beluis, decentior damis, densior ursoris, mollior fibris: quod sagacitate nos narium canes vincant, quod acie luminum aquilae, spatio aetatis corvi, multa animalia nandi^a felicitate.

a. *felicitate*. Quidni admittamus hanc omnium codd. et edd. aute Pinc. et Muretum *facilitate* emendantium, veterem lectionem? Hac enim virtute nos multa animalia vincunt, quippe iis insita, atque fortunam iis faciente. Mox addunt pauci et ii non bonae notae codd. post *et vires* haec verba: *pauceres animalibus habeamus*, quibus optimi ap. Pinc. Modium in Novantiq. Lect. Epiff. 29 et Grut. carent.

2. *a deteriore parte*, qua Cf. Füllebornii Beyträge
deficiunt, aut vincuntur, zur Geschichte der Philosophie St. VII.
non ea, qua vincunt. L.

XXIX. Teleologia Senecam 1. *etiam quidam professi*
quoque usum esse ad deorum *sapientiam*. In his philosophis primum obtinet locum
beneficentiam demonstrandam Theophrastus, Aristotelis discipulus, qui moriens accusasse naturam dicitur, quod
libenter videmus: quam Theophrastus, Aristotelis discipulus, qui moriens accusasse naturam dicitur, quod
quidem Stoeae esse probatam scipulus, qui moriens accusasse naturam dicitur, quod
constat, quippe quae omnia corvis et cornicibus vitam
deorum et hominum causa diuturnam — hominibus —
producta esse docuit: Epicuram — hominibus —
Epicureis casu omnia regi vitam exiguam vitam dedisset.
firmantibus: Platone, homines Cic. Tusc. III, 28. Epicureos idem sensibile constat e
vice versa, docente, cui Lucretii loco noto de rer.
quidem discipulus Aristoteles nat. V, 201 sq. Conferri me-
les assentiri non dubitavit. retur Plin. H. N. VII. pro-
oem.

- 2 citate. Et quum quaedam ne coire quidem in idem natura patiatur, ut velocitatem corporum et vires: ex diversis ac dissidentibus bonis hominem non esse compolitum, iniuriam vocant: et in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt, quod non bona valetudo et ^b virtus inexpugnabilis data sit, quod non futuri scientia. Vix sibi temperant, quin eousque impudentiae provehantur, ut naturam oderint, quod infra deos sumus, quod non in aequo illis stetimus.
- 3 Quanto latius est ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum reverti, et agere gratias, quod nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt secundas fortiri, quod terrenis praefecerunt? Aliquis ea animalia comparat nobis, quorum potestas penes nos est?
- 4 Quidquid nobis negatum est, dari non potuit. Proinde quisquis es iniquus aestimator fortis humanae, cogita quanta nobis tribuerit parens noster, quanto valentiora animalia sub iugum miserimus, quanto velociora consequamur: quam nihil sit mortale, non sub
ictu

b. *virtus*: bene defenditur a Lipsio, qui ad corporis virtutem sive robur transfert: exstat in omnibus codd. et edd., correcte a Pinc. et Mureto in *vitiis*. Quidni de virtute ipsa animi intelligatur? Mox *secundas fortiri* ab egregio Pinciano est, qui repererat *secunda* in suis mss., deinde a Grut. in optimis suis codd. inventum: antea legebatur: *saccula fortiri*.

oem. Sed iam Aristoteles de 4. non sub ictu nostro
Part. Anim. IV, 10. Xenoph. *positum*. Valet, subiectum
Memor. Socr. IV, 3. et Cic. nobis et obnoxium: quod
de N. D. II, 60, sq. hanc opi- tangere, quod ferire possu-
nionem et querelam teme- mus: Contra est, quod VII,
rariam refutarunt. Egre- 7, 3 de Benef. Deum ex-
gie de hac re egit praefer- tra ictum sua divinitas po-
tim H. S. Reimarus in li- suit. L. *Tot virtutes ac-*
bro praestantissimo: Die vor- *cepimus*, non quasi sunt in-
nehmsten Wahrheiten der natae: Stoa hoc repugna-
natürl. Religion, VII et IX. ret: sed Stoa docuit, ani-
(ed. IV. Hamburg. 1772). mo natura sic comparato, ut
bonum

ictu nostro positum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem quo intendit momento pervium est, sideribus velociorem, quorum post multa secula futuros cursus antecedit. tantum ^c deinde frugum, tantum opum, tantum re-⁵rum aliarum super alias acervatarum. Circumeas licet cuncta: et quia nihil totum invenies, quod esse te malles, ex omnibus singula excerpas, quae tibi dari velles. Bene aestimata naturae indulgentia, confitearis necesse est, in deliciis te illi fuisse. Ita est: carissimos nos habuerunt dii immortales, habentque. Et qui maximus tribui honos potuit, ab ipsis proximos collocaverunt. Magna accepimus, maiora non cepimus.

XXX.

c. deinde. Consentiant mff. scribuntque: tantum deinde: quod cur non feramus? Antea: denique.

bonum desideret ametque, Supple: si haec accurate mala aversetur, vero assentiatur, falsum repudiet; ant, tunc bene aestimaturae indulgentiam. Cariorum Diis hominem quam agere, atque ideo virtutes sibi esse (Juvenal. Sat. X, 350) et naturam nos cogitare, sapientiamque doceri et disci. Cf. Tiedemanni System der stoischen Philos. III. p. 12. sq. *Sideribus velociorem.* Apposite laudat Lipsius versum Homeri notissimum Odyss. η', 36 τῶν νέες ἀνεΐαι, ὡς εἰ πτερόν ηἴ νόημα, quorum naves celeres sunt sicut ala avium vel cogitatio. antecedit cogitatione phantasia atque supputatione. cf. Lipsii Physiol. Stoic. III, 19.

5. *Bene aestimata* etc. Vol. IV.

egregie antiquior philosophia docuit, nec Stoa humanitati defuit. Multa vett. hac de re loca collegit Gattacker ad Marc. Antonin. II, 11. p. 62. sq. *Et qui maximus collocaverunt:* animus humanus enim est pars ipsa deorum. Loca Senecae et Stoicorum reliq. e. c. Consol. ad Helv. c. 6. de vita beat. c. 32.

XXX. Haec, mi Liberalis, necessaria credidi, ut dicerem, et quia loquendum aliquid de magnis beneficiis erat, quum de minutis loqueremur: et quia inde ^a manat etiam in cetera huius detestabilis vitii audacia. Cui enim respondebit grate, quod munus existimabit aut magnum, aut reddendum, qui summa beneficia spernit? Cui salutem, cui spiritum debebit, qui vitam accepisse se a diis negat, quam quotidie ab ² illis petit? Quicumque ergo gratos esse docet, et hominum causam agit, et deorum: quibus nullius rei indigentibus, positis extra desiderium, referre nihilominus gratiam possumus. Non est, quod quisquam excusationem mentis ingratae ab infirmitate atque inopia petat, et dicat: Quid enim faciam, et quomodo? quando superioribus, dominisque rerum omnium gratiam referam? Referre facile est, si avarus es, sine impendio: ^b si iners, sine opera. Eodem quidem momento, quo obligatus es, si vis, cum quolibet paria fecisti: quoniam qui libenter beneficium accepit, reddidit.

XXXI. Hoc ex paradoxis Stoicae sectae minime mirabile, ut mea fert opinio, aut incredibile est, eum

^a. manat etiam in cetera. Sic optimi codd. Pinc. et Grut. Antea: *inter cet.* Mox est e cod. Naz. aut magnum, quum alibi aut deesset. — ^b. si iners, sine opera. Muretus restituit. Antea: *si iners opera.* Codd. ap. Grut. *si ineus operam.*

Epictet. Diff. I, 14 collegit Lipsius in Physiol. Stoic. III, 8. *non cepimus non capaces fuimus maiorum.* 2. *paria fecisti* i. e. rationibus redditis, reliqua nulla est.

1. *huius detestabilis vitii, ingrati animi. negat Epicurei affecta, qui Deos a cura nostri removet, casui et atomis omnia permittit.* L. 1. *Paradoxa, quae sunt contra opinionem omnium, inprimis spectabant ad sapientem. Ipsa Ciceronis Paradoxa docent. Nam quum — referamus.* Hinc ap. Cic. Acad. II, 45: Zeno, quali

eum qui libenter accipit beneficium, reddidisse. Nam quum omnia ad animum referamus, fecit quisque, quantum voluit. et quum pietas, fides, iustitia, omnis denique virtus intra se perfecta sit; etiam si illi manum exferere non licuit, gratus quoque potest esse homo voluntate. Quotiens quod proposuit quis consequitur, capit operis sui fructum. Qui beneficium² dat, quid proponit? prodesse ei cui dat, ^a et voluptati sibi esse. Si quod voluit, effecit, pervenitque ad me munus eius, ac mutuo gaudio affecit, tulit quod petiit. Non enim sibi invicem aliquid reddi voluit: aut non fuit beneficium, sed negotiatio. Bene³ navigavit, qui quem destinavit portum, tenuit. teli iactus certae manus peregit officium, si petita percussit beneficium qui dat, vult excipi grate. habet quod voluit, si bene acceptum est. Sed speravit emolumentum aliquod: non fuit hoc beneficium, cuius proprium est, nihil de reditu cogitare. Quod accipiebam, si eo animo accepi quo dabatur, reddidi. Alio-⁴quin pessima optimae rei conditio est: ut gratus sim, ad Fortunam mittor. Si illam invitam respondere non

F 2

possum,

a. *et voluptati sibi esse.* Pinciani debemus mss., cui adstipulantur Grut., in primis cod. Naz. Antea nullo sensu: *dat ex voluntate, supra est.* Mox *munus eius* est Pinciani coniectura, digna quam in textum reciperem. cf. c. 33, 3. Hunc percepit, qui quo voluit munus suum pertulit. Male hic confert Gruter. III, 17, 3.

quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur. *quantum voluit* i. quantum ratio postulavit id agere, tantum *fecit*, effecit.

2. *negotiatio*, foeneratio et mercatura. Cf. Ernesti clav. Cic. sub voce. negotiator et negotiatio, ubi

commentatio de negotiatoribus rom. quae existat in l. A. Ernesti Opuscul. phil. crit. nr. 1. in epitomen redacta est. Expressit noster Cleanthem. cf. infra VI, 12 extr.

4. *ad Fortunam mittor*: quia ab ea opes et externa petenda, quae refundat.

Atqui

possum, sufficit animus animo. Quid ergo? non quidquid potero, et faciam, ^b ut reddam? temporum rerumque occasionem sequar, et eius implere sinum cupiam, a quo aliquid accepi? sed malo loco beneficium est, nisi et excussis manibus esse grato licet.

XXXII. Qui accepit, inquit, beneficium, licet animo benignissimo acceperit, non consummavit officium suum. restat enim pars reddendi. Sicut in lusu est aliquid, pilam scite ac diligenter excipere; sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte et expedite remisit, quam exceperat. Exemplum hoc dissimile est. quare? quia huius rei laus in corporis motu est, et in agilitate, non in animo. explicari itaque totum ² debet, de quo oculis iudicatur. Nec tamen ideo non bonum lusorem dicam, qui pilam, ut oportebat, exceperit, si per ipsum mora, quo minus remitteret, non fuit. Sed quamvis, inquit, arti ludentis nihil desit, quia partem quidem fecit, sed et partem quam non fecit, potest facere: ludus tamen ipse imperfectus est: qui consummatur vicibus mittendi ac remittendi. ³ Nolo diutius hoc refellere. existimemus ita esse: desit aliquid lusui, non lusori. sic et in hoc de quo

b. ut excepi e Pinc. emendante loco et. Ceterum noli cum Grutero suspicari hic quaedam deesse. Error eius est, semper aliquid deesse, plenius Senecam haec pertractasse, si quando acciderit, ut variant codd. mss. Quali mirum esset, quod variant in auctore tam frequenter lectitate ab omni genere hominum, atque descripto!

Atqui ea non in nostra potestate (non sunt τὰ ἐφ' ἡμῶν): ab illa pendent: nulla autem virtus ab illa venit, ergo nec gratitudo. L. quid scrutatur excutiendâ e. c. togâ, quae dum convertitur et demittit quae continet, vacua fit.

1. Sicut in lusu — pilam, trigonalem. cf. ad II, 17, 3. Manu excipitur missa pila et remittitur adtertium, qui ad primum lusorem

quo disputamus, deest aliquid rei datae, ^a cui pars altera debetur, non animo, qui animum parem sibi nactus est; quantum in illo est, quod voluit, effecit.

XXXIII. Beneficium mihi dedit: accipi non aliter, quam ipse accipi voluit. Iam habet, quod petit, et quod unum petit: ^a ergo gratus sum. Post haec usus mei restat, et aliquod ex homine grato commodum. haec non imperfecti officii reliqua pars est; sed perfecti accessio. Facit Phidias statuam; alius est fructus artis, alius artificii. artis est, fecisse quod voluit: artificii, fecisse cum fructu. Perfecit opus suum Phidias, etiamsi non vendidit. Triplex² est illi fructus operis sui. unus conscientiae: hunc absoluto opere percepit. alter famae, tertius utilitatis: quem allatura est, aut gratia, aut venditio, aut aliqua commoditas. Sic beneficium fructus primus ille est, conscientiae. Hunc percepit, qui quo voluit, munus suum pertulit. Secundus est famae: ^b tertius eorum, quae praestari invicem possunt. Itaque quum benigne acceptum est beneficium, is qui dedit, gratiam quidem iam recepit, mercedem nondum. Debeo itaque quod extra beneficium est, ipsum quidem bene accipiendo persolvi.

F 3

XXXIV.

^a. cui pars altera debetur. Omnium scriptt. et edd. lectio. Muretus ex ingenio dedit: cui par ali. Sed perperam. cf. not. — ^a. ergo gratus sum. Cod. Naz. al.: plurimi tamen: ego gratus sum. Male. — ^b. tertius. Emendavit Pincianus. Impressi autem et codd. et eorum. Mea sententia, ait Grut., valde male.

rem remittere debebat. Hinc rem datam: illud animo explices vices §. 2 reiterationes missae pilae. utrimque respondente, hanc mancam, nisi quid reddatur.

3. pars altera sunt vices. tur. Res data, quae man- Vtitur vocabulo, quo usus ca est, comparatur cum lufuerat adversarius et sub- do, animus cum lusore.

tiliter distinguit inter bene- 1. accessio. Haec non ficium et opus beneficium s. ad officium necessario pertinet,

XXXIV. Quid ergo? inquit. Retulit gratiam, qui nihil fecit? Primum fecit. bono animo ^a bonum obtulit: et, quod est amicitiae, ex aequo. Post divide: aliter beneficium, aliter creditum solvitur. Non est quod expectes, ut solutionem tibi ostendam: res inter animos geritur. Quod dico, non videbitur durum, quamvis primo contra opinionem pugnet tuam, si te commodaveris mihi, et cogitaveris ^b res esse plures, quam verba. Ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis commodatisque. Pedem et nostrum dicimus, et lecti, et veli, et carminis: canem, et venaticum,

et

- a. *bonum obtulit* mss. ad unum omnes et Erasmus. *retulit* coni. Pincian. et Muretus in textum recepit. Sed Lipsius *obtulit* iure praetulit. Mox *Post divide* cum Pinciano legam, i. e. distingue. Vetus lectio: *Post deinde*, quae sine sensu est: quare Gruter. ait: ego circa hunc locum videor magnum odorari ulcus sed invisum. Lipsius ait: mihi haec sana et comicum est: *Postinde*, *Postdeinde*: eadem cum simplicibus. Apposui haec, ut lectori iudicandi copia sit.
- b. *res esse plures, quam verba*. Pinc. unus et omnes Grut. codd. Antea: *res esse magis quam*. Mox *alienis commodatisque* iidem, quum antea esset: *sed aliunde commodatis*.

tinet, si quis viribus destituitur: pertinet, si vires adsint. *Phidias*. cf. de hoc Socratis coaevo ad Epist. IX, 4.

1. *et, quod est amicitiae, ex aequo*. Amicitia non facile sine aequalitate quadam constare potest: est ea quasi amicitiae conditio. cf. Cic. de amic. 5 etc. *Non est ostendam*. Non opus est, ostendere, quomodo haec solutio fiat. *Si te commodaveris* i. accommodaveris: eodem modo Cic. Ep. ad Divers. XIII, 53 ubi Schellerus *τὸ te* in Lexico delere vo-

luit, sed perperam. Bene autem Ruhken. in praef. ad Schelleri Lexicon latino-batavum h. v., Facciolato (Anim. cr. in Lexica p. 127) et Dukero (ad Liv. XXIII, 48) praecedentibus, monuit, de iis quae non eadem redduntur, hoc verbum usurpatum esse.

2. Observatio haec de translatione vocabulorum multiplici nunc tritissima est, nec desuit iis viris doctis, qui et de origine et de natura rationeque universali linguarum philosophati sunt, e. c. Sulzero, Herde-

et marinum, et fidus. Quia non sufficimus, ut singulis singula assignemus: quotiens opus est, mutua-
mur. Fortitudo est virtus, pericula iusta contem-
nens: aut scientia periculorum repellendorum, ex-
cipiendorum, provocandorum. Dicimus tamen et ³
gladiatorem fortem virum, et servum nequam, quem
in contemptum mortis temeritas impulit. Parsimonia
est scientia vitandi sumtus supervacuos: aut ars re fa-
miliari moderate utendi: parcissimum tamen homi-
nem vocamus pusilli animi et contracti: quum infini-
tum intersit inter modum et angustias. Haec alia sunt ⁴
natura: sed effecit inopia sermonis, ut et hunc et il-
lum parcum vocemus; ut et ille fortis dicatur cum
ratione fortuita despiciens, et hic sine ratione in pe-
ricula excurrens. ^c Sic beneficium est et actio, ut
diximus, benefica, et ipsum quod datur per illam
actionem: ut pecunia, ut domus, ut praetexta.
Unum utrique nomen est: vis quidem ac potestas lon-
ge alia.

F 4

XXXV.

^{c.} Sic beneficium est et actio, ut diximus, benefica. Sic op-
time Pinc. et Grut. codd., quum antea esset: *Sic beneficium
et actio dicitur beneficium et ipsum.* Quum alii codd. ha-
beant: *diximus bona*, alii: *est actio*, Gruterus hic odoratur
vulnera, ut medici dicunt, *κρυπτὰ καὶ ὑπόνομα.*

ro, Monboddo, Harris etc. Cf. tamen, si tanti est, Er-
nesti jun. Lexic. technol. lat. rhet. h. voce. *Pes veli*
πῶς, gallice le poge, ita-
lice la poggia, sunt funes,
quibus vela, vento poscen-
te, vel intenduntur vel re-
mittuntur, ita ut navis cur-
sus iis tanquam pede suo
nitatur. cf. Virgil. Aen. V,
830 ibique Heyne, et Schnei-
deri Lexicon crit. graeco-
germ. sub *πῶς* ed. II.

3. *Parsimonia.* Plin. H. N.
XXII, 24: homines animi
humilis et praeparci, quos
illi (Graeci) dixere micro-
psychos. cf. II. Casaub. ad
Theophr. Char. p. 124 ed.
Fisch. qui graecam vocem
μικρολόγος a Seneca expres-
sam vult, et alia hominum
parcorum nomina apud Co-
micos praesertim obvia com-
parat. *detractae sordes*, rea-
tus remotus. Reos enim
Romae vestibus sordidis lu-
ctus

XXXV. Itaque attende. iam intelliges, nihil me, quod opinio tua refugiat, dicere. Illi beneficio quod actio perficit, relata gratia est, si illud benevole excipimus: illud alterum quod re continetur, nondum reddidimus, sed volumus reddere. Voluntati voluntate latisfecimus, rei rem debemus. Itaque quamvis retulisse illum gratiam dicamus, qui beneficium libenter accepit; iubemus tamen aliquid simile ei quod accepit, reddere. A consuetudine quaedam quae dicimus, abhorrent: deinde de alia via ad consuetudinem redeunt. Negamus iniuriam accipere sapientem: et tamen qui illum pugno percusserit, iniuriarum damnabitur. ^a Negamus rem stulti esse: et tamen eum qui rem aliquam stulto surripuerit, furti condemnabimus. Insanire omnes dicimus: nec tamen omnes curamus elleboro. his ipsis quos vocamus infanos,

a. *Negamus rem stulti esse.* Sic Erasmus et unus pal.: at rem non comparet in Naz. cod., nec apud Vincent. bellovac. spec. historial. VI, 28, qui habet: *Negamus stulti quicquam esse*: alii dant: *Negamus stulti aliquid esse.* Sed vulgata praeferenda est. Mox *insanire omnes dicimus* est optimorum Pinc. et Grut. codd. lectio, quum alii *scilicet stultos dicimus* habeant, Lipsius et Gron. τῶν *scilicet* eliminato *stultos* retineant. Grutero adsentior, utramque vocem expungenti antoribus codd. mss. Stoice enim loquitur Seneca. At illa: *scilicet stultos esse*, esse glossema, facile est videre. Mox *etiam quum retulit* omnium codd. est. Antea: *reddiderit.*

ctus causa fuisse indutos constat. Sic IV, 12, 3.

1. *Illi beneficio*, rei ipsi quae datur, operi beneficii: *illud alterum*, de quo dixerat, rem inter animos geri, quae mentem spectat, quod spirituale barbare vocares.

2. *A consuetudine.* Apposite laudat Lipsius Senecae de Const. sap. 3, 2 not. de iisdem Stoicis: Ita subla-

to alte supercilio in eadem ceteri descenditis, mutatis rerum nominibus. Quae sequuntur sunt Paradoxa Stoeae. cf. Lipsii Manuduct. III, 11. Scilicet non ut sapiens pugnos accepit, nec *stulti* i. qui neque proficientes neque sapientes sunt, οἱ Φαῦλοι, ut tales privantur re, remque publicam capessunt. cf. Lipsii Manud. III, 20.

infanos, et suffragium et iurisdictionem committimus. Sic dicimus eum, qui beneficium bono animo accepit, gratiam retulisse: nihilominus illum in aere alieno relinquimus, gratiam relaturum, etiam quum retulerit. Exhortatio est illa, non infitatio beneficii. Ne timeamus, neve intolerabili sarcina depressi deficiamus animo. Bona mihi donata sunt, et fama defensa, detractae sordes, spiritus, et libertas potior spiritu; et quomodo referre gratiam poterò? quando ille veniet dies, quo illi animum meum ostendam? hic ipse est, quo ille suum ostendit. Excipe beneficium, amplexare: gaude: non quod accipias, sed quod reddas, debiturusque sis. Non adibis tam magna rei periculum, ut casus ingratum facere te possit. Nullas tibi proponam difficultates, ne despondeas animo, ne laborum ac longae servitutis expectatione deficias. non differo te: de praesentibus fiat. Nunquam eris gratus, nisi statim sis. Quid ergo facies? non arma sumenda sunt: et fortasse erunt. Non maria emetienda: fortasse etiam ventis minantibus solves. Vis reddere beneficium? benigne accipe, retulisti gratiam: non ut solvisses te putes, sed ut securior debeas.

3. *Exhortatio—beneficii.* re, ideoque beneficiorum Non hoc eo consilio dicimus, ut honor suus beneficiis detrahatur atque gratiarum actio diminuatur, sed ut ad danda accipiendave beneficia adhortemur. *In-* fusi aut donatus. *fitiari* est creditum fraudanda-

L. ANNAEI SENECAE
 AD AEBUTIUM
 LIBERALEM
 DE BENEFICIIS
 LIBER. III.

Argumentum et Ordo.

Agit de Ingratis. Qui illi sint? et an puniendi, aut ad iudicem vocandi? Accurata disputatione negat: et addit, poenam iis in Odio et Infamia esse, atque Animo ipso. Deinde ex occasione, an Dominus in servum gratus esse debeat? an ab illo Beneficium accipiat? Affirmat, et hoc uberius, quia creber tunc servorum usus. Annectit, An filius patri det Beneficium? Disputat in utramque, sed affirmantem affirmat. L.

I. **N**ON referre beneficiis gratiam, et est turpe, et apud omnes habetur, Aebuti Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur, quum interim hoc omnibus haereat, quod omnibus displicet: adeoque
 in

Quis sit ingratus, inquitur a cap. I usque ad cap. VI. *beamus* si simus ingrati: *infestissimos* pro inimicis. Apud Ciceron. est, habere infestum, id quod vexare, tameu remaneat firmum e. c. ad Att. IX, 16. cf. Festus h. v.

in contrarium itur, ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum, sed propter beneficia. Hoc pravitate naturae accidere quibusdam non negaverim: pluribus, quia memoriam tempus interpositum subduxit. Nam quae recentia apud illos vixerunt, ea interiecto spatio obsolescunt. De quibus fuisse mihi tecum disputationem scio, quum tu illos non ingratos vocares, sed oblitos. Tanquam ea res ingratum excuset, quae facit, ^a aut, quia hoc accidit alicui, non sit ingratus, quum hoc non accidat, nisi ingrato. Multa sunt genera ingratorum, ut furum, ut homicidarum: quorum una culpa est, ceterum in partibus varietas magna. Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus est, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratus est, qui oblitus est. Illi enim si non solvunt, tamen debent: et exstat apud illos vestigium certe

a. *aut, quia hoc.* Sic omnes codd. et vetustissimae edd. Erasmus tamen *an.* Gruterus se hinc expedire non potuit. Lipsio vulgata placuit. Gron. hinc fecit: *ut, quia haec a.* Sententia, ait, eadem: sed haec vis est particulae *ut* interdum, ut praeponatur interrogationi. Sic ap. Plaut. Trinum. II, 2 Ego indotatam te uxorem ut patiar! Trucul. IV, 2 Ego ut haec mihi patiar fieri! Enimvero illud *ut* hic nullum locum habet, quum nulla indignatio, nullusve affectus exprimatur. Emendatione non opus est, sed interpretatione: oblivio, ait, ingratum non excusat, potius crimini est, quum non nisi ingrato obrepit. Hic sensus exit, interpunctione mutata. Antea erat: *oblitos: tamquam — facit. An — ingrato?*

2. *Tanquam ea res — nisi ingrato.* Cf. Var. Lect. *ut multa sunt genera furum etc. in partibus i. e. gradu modoque.* Spectant autem haec ad dogma Stoeae, peccata omnia esse paria: quatenus a lege discedunt peccantes. cf. Tiedemann System III p. 153. *qui dissimulat, qui libens occulit,* non prae se fert. Sic dissimulata actio ap. Quintil. IV, 1, 60 dicitur esse oratoris, qui nec verbis nec vultu nec gestu nimium promittit, sed artem suam quasi occulit, celat: eodem modo Quint. IV, 2, 117 compositionem dissimulatam usurpat, in qua ars non apparet.

certe meritorum, intra malam conscientiam concludorum; et aliquando ad referendam gratiam converti ex aliqua causa possunt, si illos pudor admonuerit, si subita honestae rei cupiditas; qualis solet ad tempus etiam in malis pectoribus exurgere, si invitaverit facilis occasio: hic nunquam fieri gratus potest, cui 4 totum beneficium elapsum est. Et utrum tu peiorem vocas, apud quem gratia beneficii intercidit, an apud quem etiam memoria? ^b Vitiosi oculi sunt qui lucem reformidant: caeci, qui non vident. Et parentes suos non amare, impietas est: non agnoscere, insania. Quis tam ingratus est, quam qui quod in prima parte animi positum esse debuit, et semper occurrere, ita seposuit et abiecit, ut in ignorantiam verteret? apparet illum non saepe de reddendo cogitasse, cui obrepsit oblivio.

II. Denique ad reddendam gratiam, et virtute opus est, et tempore, et facultate, et adspirante fortuna. Qui meminit, sine impendio gratus est. Hoc, quod non operam exigit, non opes, non felicitatem, qui non praestat, nullum habet, quo lateat, patrocinium. Nunquam enim voluit gratus esse, qui beneficium tam longe proiecit, ut extra conspectum 2 suum poneret. Quemadmodum quae in usu sunt,
et

b. *Vitiosi oculi.* Muretus emend. *luscitiosi o.*, eumque sequutus est Gruterus. At recepta bona lectio est.

4. *Vitiosi — vident.* Comparatio limilis est Plutarchi de Atheis et Superstitiosis, quum illos nihil, istos prave videntibus assimilet et ideo illos palam deteriores putet esse. Lipsius ad Plutarch. de Superstit. c. 6. p. 66. To. VIII, Opp. Hutt. respexisse videtur.

1. *virtute* non sensu stoico eminentiore, quo est virtus ratio perfecta, Cic. Acad. Qu. I, 10: sed voluntate bona et illa persuasione, esse beneficium accipientis meminisse acceptorum, et gratiam referre, si occasio opes viresque etc. adsint adspirentque.

et manum quotidie tactumque patiuntur, nunquam periculum situs adeunt: illa quae ad oculos non revocantur, sed extra conversationem, ut supervacua iacuerunt, sordes ipsa colligunt vetustate: ita quidquid frequens cogitatio exercet ac renovat, memoriae nunquam subducitur, quae nihil perdit, nisi ad quod non saepe respexit.

III. Praeter hanc causam, aliae quoque sunt, quae nobis merita nonnunquam maxima velant. ^a Prima omnium ac potissima, quod novis semper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed quid petamus, inspicimus: non in id quod est, sed quod appetitur, intenti. Quidquid domi est, vile est. Sequitur autem, ut ubi quod acceperis, leve novorum cupi-

a. *Prima omnium ac potissima.* Sic Erasmus, al. Omnes tamen Pinc. et Grut. codd. *potentissimo*. Parum refert. Utrumque occurrit. Sed vulgata nostro familiarior. Mox *inspicimus* cod. Naz. et Col. omittunt. Omnes codd. *Quidquid domi est* — omisso enim, quod vulgata habet.

2. *situs sordium et corruptionis.* Est graecum *εὐρώς*, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν esse optimum, h. e. egregie exponente T. Hemsterhusio ad Lucian. III. p. 365 sq. bip., res praesentes et quod fuerit oblatum, lucro apponere (Horat. Carm. I, 9, 14) inque rem suam convertere. Inconstantiam illam hominum saepe antiqui reprehenderunt, utpote expresse in Demo f. populi liberi imagine. cf. Herodot. III, 81 ibiq. p. 239, 62 Valck. qui multa Ciceronis eo spectantia loca collegit nec Demosthenis locum egregium p. 383, 5 ed. Reisk. neglexit. Conferri meretur Epictet. Diss. I, 24.

1. *Prima omnium etc.* Antiqua est haec observatio, iam ap. Homer. Odyss. α, 351 sq. obvia, homines veteribus recentia praefere ideoque rerum novarum studio teneri. Hinc Horat. Carm. III, 29, 33 monet: Quod adest, memento Componere aequus etc. Pittacus iam unus e septem sic dictis

cupiditas fecit, auctor quoque eorum non fit in pretio. Amavimus aliquem et suspeximus, et fundatum ab illo statum nostrum professi sumus, quamdiu nobis placebant ea quae consecuti sumus: deinde irrumpit animum aliorum admiratio, et ad ea impetus factus est, uti mortalibus mos est, ex magnis maiora cupiendi: protinus excidit, quidquid ante apud nos beneficium vocabatur. Nec ea intuemur, quae nos aliis praeposuerunt, sed ea sola quae fortuna praecedentium ostentat. Non potest autem quisquam et invidere, et gratias agere: quia invidere, querentis et moesti est; gratias agere, gaudentis. Deinde, quia nemo nostrum novit, nisi id tempus, quod quum maxime transit. ad praeterita rari animum retorquent. Sic fit, ut praeceptores eorumque beneficia intercendant: quia totam pueritiam relinquimus. sic fit, ut in adolescentiam nostram collata pereant: quia ipsa nunquam retractatur. Nemo quod fuit, tanquam in praeterito, sed tanquam in perdito ponit:

3. *nisi id tempus — transit.* Hucusque ad marginem adscripserat bene: inlans et futurum. *Sic fit, ut praeceptores* etc. Repetit haec Seneca de Benef. VII, 28, 2. Si experientiam consulueris, multa haud dubie exempla occurrunt parum iucunda, quae veritatem huius observationis docere videntur: sunt tamen altera ex parte haud exigua, quae gratum animum in praeceptores bonos, nec mali eum merentur, testata sunt. Illa itaque levitati, haec bonitati naturae adscribam: neque tamen generalis inde regula

deducatur, nec argumenti loco haberi possunt. Socrates enim, Plato, Zeno, Epicurus etc. quanti aestimati sint a discipulis suis, constat. Nec nostris temporibus defuere nec defunt, qui grati in praeceptores animi documenta ediderint edantve. Nonne huc pertinent quoque donationes quamplurimae, quibus instituta paedagogica imprimis a maioribus sunt ornata et condita? Seneca tamen ad corruptos sui aevi mores, et ad alumnum suum Neronem respexisse videtur. cf. infra c. XVII, 3. VI, 15, 1.

ponit: ideoque caduca memoria est futuro imminentium.

IV. Hoc loco reddendum est Epicuro testimonium, qui assidue queritur, quod adversus praeterita sumus ingrati, quod quaecunque percepimus bona, ^a non reducamus, nec inter voluptates numeremus: quum certior nulla sit voluptas, quam quae iam eripi non potest. Praesentia bona nondum tota in solido ² sunt, potest illa casus aliquis incidere: futura pendent, et incerta sunt: quod praeteriit, intertuta sepositum est. Quomodo ergo gratus quisquam esse adver-

a. *non reducamus.* Optimi sic codd. Alii *in memoriam red.* Sed iam Erasm. notavit, videri illa: *in memoriam* adiecta esse ab enarratore, deinde Senecam et alios hoc verbo sine ulla adiectione gaudere uti pro, renovare, repetere. Gronovius sic iam edidit laudavitque Consol. ad Helv. II, 2, ubi revocare est repetere. Mox *quomodo ergo gratus* Pinc. in suis codd. invenit. Alii omittunt τὸ ergo.

1. 2. Laudandus est *Epicurus* ob iudicium et sententiam bonam. Caeterum et haec Epicurum non nisi de stultis, non de sapientibus pronuntiasse, patet e Cicer. de fin. I, 17, sq., ubi est: Stulti autem malorum memoria torquentur — : praeterea bona praeterita non meminerunt etc. Contra, sapientes bona praeterita grata recordatione renovata delectant. *quum certior nulla — voluptas.* cf. Senec. de vit. beat. c. 6. *eripi non potest — sepositum est.* cf. de brev. vit. c. 10, 2 not. Sic Anthol. lat. III, 62, 7 Burm. est: Pervixi: neque enim Fortuna malignior unquam eripiet nobis quod prior hora dedit. Similia e Pindaro Ol. 2, 29 aliaque collegit Mitscherlich ad egregium locum Horatii Carm. III, 29, 41—48. Aristippi fere eandem sententiam servavit Athenaeus XI. c. 11. p. 544 a. b., quatenus vitam beatam unius esse temporis iudicabat: diversa tamen sentit Aristippus, si Athenaeo fides habeatur, quod neque praeteritum neque futurum tempus ad se pertinere putavit, uno praesenti tempore bonum hominis metiens. Sed haec iam attigisse breviter video Schweigh. ad Athen. I. I.

adversus beneficia potest, ^b qui omnem vitam suam transfilit praesentium intuitu ac futurorum? Memoria gratum facit: memoriae minimum tribuit; quisquis spei plurimum.

V. Quomodo, mi Liberalis, quaedam res semel perceptae haerent; quaedam, ut scias, non est satis didicisse: intercudit enim eorum scientia, nisi continetur: Geometriam dico, et sublimium cursum, et si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt: ita beneficia quaedam magnitudo non patitur excidere, quaedam minora, sed numero plurima, et temporibus diversa, effluunt. Quia, ut dixi, non subinde illa tractamus: nec libenter, quid cuique ² debeamus, recognoscimus. Audi voces petentium! Nemo non victuram semper in animo suo memoriam dixit: nemo ^a non deditum se et devotum professus est, et si quod aliud humiliter verbum, quo se oppigneraret, invenit. Post exiguum tempus, iidem illi verba priora, quasi sordida et parum libera, evitant: perveniunt deinde eo, quo, ut ego existimo, pelli-

b. *qui omnem vitam suam transfilit praesentium intuitu ac futurorum? Memoria gr. f. memoriae* etc. Vulgata habebat: *transulit? Praesentium intuitus ac praeteritorum memoria g. f.* Codd. tamen variant. *Transfilit* dat cod. Naz., omnes *intuitus* — *futurorum*, non *praeteritorum* exhibent. Hinc distinctione mutata et unica litera (*intuitu ex intuitus*: detracta fecit Gronov. lectionem, quam recepi in textum, ut nexui sententiae quam maxime consentaneam. Omitto Pinciani Gruterique emendationes magis auctorem quam librariorum castigantes. Verbo memorabo Salmasii ad Epictet. et Simplic. p. 17. emendationem valde ingeniosam: *transfilit praesentium totus ac f.*, quia in cod. Naz. erat: *tutos*. Comparat graec. ὅλος τῆς μουσικῆς etc. Sic *totus Dei* est ap. Valer. Flacc. Argonaut. I, 207. Senec. de benef. VII, 26, 3 *lucris totus*. Sententia manet eadem. a. *nemo non deditum se et devotum p.* Omnium codd. et edd. lectio est, quam cum Gron. teneam. Lipsii codex: *sed devotum*.

1. *sublimium* astrorum Huetus annotaverat, τὸς *cursum*. Astronomiam de- μετεώρων δρόμους. cf. Senec. signare Senecam patet. Nat. Quaest. VII, 1.

pellimus quisque atque ingratiſſimus pervenit, ut obliſcantur. Adeo enim ingratus eſt qui obliſtus eſt, ut gratus ſit cui beneficium in mentem venit.

VI. Hoc tam inviſum vitium, an impunitum eſſe debeat, quaeritur: et an haec lex, quae in ſcholis exercetur, etiam in civitate ponenda ſit, qua ingrati datur actio, quae videtur aequa omnibus. Quidni? quum urbes quoque urbibus, quae praeflitere, exprobrent, et in maiores collata a poſteris exigant. Noſſi maiores, ^a maximi ſcilicet viri, ab hoſtibus tantum res repetierunt: beneficia magno animo dabant, magno perdebant. Excepta ^b Medorum gente, non ² eſt

^a. *maximi ſcilicet viri.* Grut. ſuſpicatur, has voces ab amanuenſi eſſe proſectas. Mox *res repetierunt* emend. Muretus. Antea: *aes rep.* Erasmus omiſit: *aes.* — ^b. *Medorum.* Muretus Var. Lectt. XII, 3 in veteri codice inveniffe ſe ait: *Maedonum*, unde non dubium habet, quin legendum ſit: *Medorum.* Eſſi omnes libri nobis cogniti obſtinatiſſime *Macedonum* tenent, tamen hanc Mureti emendationem in textum recipere debui. Seneca, qui tenaciſſimae memoriae fuit, unam tantum gentem laudat, nec quiſquam praeter *Medos* i. e. Perſas, alium populum, qui talem actionem tuitus eſſet, laudavit. cf. not. Mox *iudices* e mſſ. Grut. praeflat quam vulg. *vindices d.*

VI. Uſque ad cap. XVIII ſervaviſſe monſtrant: quam tractatur quaefſtio, utrum ingratus accuſari et puniri an impunitus eſſe debeat.

1. *In ſcholis* rhetorum. 2. *Excepta Medorum gente* etc. Morem hunc *Medorum* i. e. Perſarum laudat Seneca pater exemplum actionis ingrati ſerva. it in Controverſ. lib. IV (IX) 1. *Xenophon* in *Cyropaedia* *aequa omnibus*, quae ad 1, 2, 7 quem locum alioqui omnes ingratos ſimiliter ſatis notum ſuppeditat Muretus Var. lect. XII, 3 p. 338 pertinet. *quum urbes - exigant.* Exemplo ſint Athenienſes, qui res bello medico a ſe geſtas commemorant, quibus ſe res Graecorum et Lacedaemoniorum

est in ulla data adversus ingratum actio. Magnumque hoc argumentum, dandam non fuisse: quia adversus maleficium omne consensus. et homicidii, veneficii, parricidii, violatarum religionum, aliubi atque aliubi diversa poena est: sed ubique aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, ubique improbat. Neque absolvimus illud: sed quum difficilis esset incertae rei aestimatio, tantum odio damnavimus, et inter ea reliquimus, quae ad iudices deos mittimus.

VII. Rationes autem multae mihi occurrunt, propter quas crimen hoc in legem cadere non debeat. Primum omnium, pars optima beneficii perit, si actio, sicut certae pecuniae, aut ex conducto et locato, datur. Hoc enim in illo speciosissimum est, quod dedimus vel perdituri: quod totum permisimus accipientium arbitrio. Si appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed creditum. 2 Deinde quum res honestissima sit, referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est. non enim magis laudabit quisquam gratum hominem, quam eum qui depositum reddidit, aut, quod debebat, citra iudicem solvit. Ita duas res, quibus in vita humana nihil pulchrius est, corrumpimus, a gratum hominem 3 et beneficium. Quid enim aut in hoc magnificentum est, si

a. *gratum hominem et beneficium.* Vulgata erat: *gr. h. et beneficium* ante Pinc., qui recte fecit *beneficium*, probante Lipsio: etiam propter sequentia, quae omnia ad hominem ipsum talem referenda. Muretus relinquerat: *gratum animum et beneficium.*

ne insignis est. Nec exemplum poenae, qua Philippus in stipulatione aut syngrapha Macedoniae rex (infra IV, 37) militem ingratum afflagito et posco privatim, cit, probare potest, talem deinde ad iudicem quod actionem apud Macedones sequitur. L. in usu fuisse. 1. *sicut certae pecuniae* in stipulatione aut syngrapha expressae. L. *Si appello* flagito et posco privatim, deinde ad iudicem quod actionem apud Macedones sequitur. L.

si beneficium non dat, sed commodat? aut in illo qui reddit, non quia vult, sed quia necesse est? Non est gloriosa res, gratum esse: nisi tutum est, ingratum fuisse. Adice nunc, quod huic uni legi omnia fora vix sufficient. Quis erit, qui non agat? quis, cum quo non agatur? omnes sua extollunt, omnes etiam minima, quae in alios contulere, dilatant. Praeterea quaecunque in cognitionem cadunt, com- 4
prehendi possunt, et non dare infinitam licentiam iudici. Ideo melior videtur conditio causae bonae, si ad iudicem, quam si ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, et certos, quos non excedat, terminos ponit; huius libera, et nullis astricta vinculis religio, et detrahere aliquid potest, et adicere, et sententiam suam, non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas et misericordia impulit, regere. Ingrati actio non ^b erat iudicem alligatura, sed regno 5

G 2

liber-

b. erat. Huetus not. mss. „fort. erit. Nihil tamen muto.“
Nec opus est.

3. omnia fora i. e. omnia iudicia totius imperii romani. Moneo hoc, ne cum Lipsio de trinis foris, quae Senec. de Ira II, 9 memorat, interpreteris. omnes sua extollunt etc. Expressa haec sunt ex Aristot. VIII c. 13 (15) de Moribus s. Ethic. Nicom. οἱ μὲν γὰρ παθόντες τοιαῦτά Φασι λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν, ἃ μικρὰ ἦν ἐκείνοις, καὶ ἐξῆν παρ' ἐτέρων λαβεῖν, κατασκευρύνοντες. οἱ δ' ἀνάπαλιν, τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ ἃ παρ' ἄλλων οὐκ ἦν, καὶ ἐν κινδύνοις ἢ τοιαύταις χρεΐαις.

4. Praeterea — possunt i. e. nulla res in iudicium deducitur, quam non, quanti sit, aestimare possit iudex. Comprehendere animo, intelligere est ap. Ciceron. Orat. 1, 18. Sic explicat Gruterus. Sed sequentia docent, esse supplendum, legibus. formula cognitionis, ad cuius praescriptionem iudices debent iudicium suum dirigere, et quid cognoscendum iudicandumque sit, ex ea intelligere. Dabatur autem a praetore illa formula (Instruction vocemus) quae arbitro, qui et ipse iudex erat, non data est:

liberrimo positura. Quid sit enim beneficium, non constat: deinde quantumcunque sit, refert, quam benigne illud interpretetur iudex. Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Saepè et qui reddidit quod accepit, ingratus est: et qui non reddidit, gratus. De quibusdam etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest: ubi fecisse, aut non fecisse, pronuntiandum est, ibi prolatis cautionibus, controversia tollitur.

6 Ubi vero inter disputantes ratio ius dicit, ibi animi coniectura capienda est: ubi id, de quo sola sapientia decernit, in controversiam incidit, non potest ad haec sumi iudex ex turba selectorum, quem census in album, et equestris hereditas misit.

VIII.

est: quippe qui nulla formula coercitus, ex fide bona, ex aequo et bono controversiam dirimeret. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *Melior causa* formulam non timere debebat. De arbitris hic locus classicus est. *Ingrati actio* — *positura*, quia formula a praetore praescribi non poterat, legibus quippe deficientibus, nec vi beneficii constituta.

5. *De quibusdam* — *potest* i. e. effari et pervulgare. Sane solent ex tabella iudices sententiam proferre, quod est notum. Sed et qui inter plures tabellam fert, dimittit eam, quam a se tradit Quaesitori, sive Praetori. Dixit Portius Latro *ferre tabulam* ap. Senecam patrem Controv. VII, 8: iudex quam tulit tabellam de

reo, revocare non potest; quaesitor non mutabit pronunciationem. L. *cautionibus*. sic dicuntur scripturae ipsae, quibus creditori debitor cavet seque oblitringit. L.

6. *ubi id* — *misit*. Sermo est de causa publica, quam nos fere criminalem dicimus, in qua *iudices selecti*, lege iulia e Senatoribus et Equitibus selecti et in V decurias divisi (Sueton. Calig. 16) sententiam ferebant, similes Anglorum Jurymen s. Jury. cf. Sueton. Iul. 41 et Ernesti. Clav. Cic. *Quaestio. census* senatorius in *album*, tabulam s. indicem, ubi iudices scripti erant. *equestris hereditas* quicumque igitur docere poterat, se quadringenta sestertia possidere, fuit eques, s. quoque lustro a Censore in album

VIII. Itaque non haec parum idonea res visa est, quae deduceretur ad iudicem. Sed nemo huic rei satis idoneus iudex inventus est: quod non admiraberis, si excusseris, quid habiturus fuerit difficultatis, quisquis in eiusmodi reum exisset. Donavit aliquis magnam pecuniam: sed dives, sed non sensurus impendium. Donavit alius: sed toto patrimonio cessurus. Summa eadem est: beneficium idem non est. Etiam nunc adice. Hic pecuniam pro addicto dependit: sed quum illam domo protulisset, ille dedit eandem: sed mutuam sumsit, aut rogavit, et se obligari ingenti merito passus est. Eodem existimas loco esse illum, qui beneficium ex facili largitus est: et hunc, qui accepit, ut daret? Tempore quaedam magna fiunt, non summa. Beneficium est donata possessio, cuius fertilitas laxare possit annonam: beneficium est unus in fame panis. Beneficium est, dona-

G 3

re

album equitum relatus est. forte eductis, eligebantur. cf. Ovid. III Eleg. 8, 55 Hinc *exire* h. l. est eligi Amorum: dat census honores. Inde gravis iudex, inde severus eques. Plin. H. N. XIV praef. et XXXIII, 1. *ratio* autem quae leges sequitur formulamque iuris, et *sapientia* opponuntur: haec ad dogma stoicum de sapiente spectat, quae de beneficiis ideoque de re quae inter animos geritur, iudicare potest.

1. *quisquis in eiusmodi exisset* i. quisquis forte lectus venisset iudex in tali causa publica, in qua iudices a praetore sive iudice quaestionis per sortitionem, nominibus eorum ex urna

forte eductis, eligebantur. Hinc *exire* h. l. est eligi forte. De re cf. Ascon. ad Ciceron. in Verr. Act. I. 7. 2. *addicto* i. qui esset condemnatus et cuius bona creditoribus tradebantur: de nexis noli cogitare, sed de condemnatione. Nam Liv. VIII, 28 docente iam a. u. c. 429 ligari nexi desierunt: cf. Heineccii Antiq. rom. ad Instit. III, 30, 459. aut *rogavit* mutuum ab amico, *sumsit* ab argentario, foeneratore. *laxare* diminueret *annonam* frumenti pretium.

3. *Beneficium* — *decurrant*. Laudat Lipsius Epist. 89, 18 sq. et de Tranq. An.

re regiones, per quas multa flumina et navigabilia decurrant: beneficium est, arenis sitis, et vix spiritum per siccas fauces ducentibus, monstrare fontem. Quis inter se ista comparabit? quis expendet? difficilis est sententia, quae non rem, sed vim rei quaerit. Eadem licet sint, aliter data non idem pendent. Dedit mihi hic beneficium: sed non libenter, sed dedisse se questus est, sed superbius me quam solebat, aspexit: sed tam tarde dedit, ut plus praestiturus fuerit, si cito negasset. Horum quomodo iudex inibit aestimationem, quum sermo, et dubitatio, et vultus meriti gratiam destruant?

IX. Quid, quod quaedam beneficia vocantur, quia nimis concupiscuntur: quaedam non sunt ex hac vulgari nota, sed maiora, etiam si minus apparent? Beneficium vocas, dedisse potentis populi civitatem, in quatuordecim deduxisse, et defendisse capitis reum: quid utilia suavisse? quid retinuisse, ne in scelus rueret? quid gladium excussisse morituro? quid efficacibus remediis refocillasse lugentem, et quos desiderabat volentem sequi, ad vitae consilium redu-
 2 xisse? quid assedisse aegro, et quum valetudo eius
 ac

c. 11. *beneficium est arenis sitis* — fontem. Haec et similia iubebant adeo leges antiquissimae velut a natura praescripta humanitati. Vide e. c. Cicer. de Off. I, 16. Ill, 13 et, quem ibi Heusinger. laudat, Valcken. ad Herodot. VII, 23 p. 614. *non idem pendent non idem pondus pretiumque habebunt.*

1. *quia nimis concupiscuntur* e. c. civitas: ideoque sunt conspicua, in ocu-

los se ingerunt. *in quatuordecim* sc. ordines in theatro, ideoque equitem fecisse. Lege Roscia theatri, lata a L. Roscio Othone trib. pl. a. u. c. 686 sancitum est, ne quis in quatuordecim gradibus orchestrae, in qua Senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques et equestri censu esset. Cf. Ernesti Indic. Legg. Roscia theatrialis.

2. *quid assedisse aegro* etc. Horatium Serm. I, 1, 80 sq.

2 disparia beneficia sint? an inaequalem, et pro cuiusque beneficio maiorem, aut minorem? Age, intra pecuniam versabitur taxatio: quid quod quaedam beneficia vitae sunt, et maiora vitâ? His quae pronuntiabitur poena? Minor beneficio? iniqua est. Par et capitalis? quid inhumanius, quam cruentos esse beneficiorum exitus?

XI. Quaedam, inquit, privilegia parentibus data sunt. Quomodo horum extra ordinem habita ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum conditionem sacravimus, quia expediebat liberos tolli: sollicitandi ad hunc laborem erant, incertam adituri fortunam. Non poterat illis dici, quod beneficia dantibus dicitur: ^a Cui des, elige: ipse tecum, si deceptus es, querere; dignum adiuva. In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet: tota
2 res voti est. Itaque ut aequiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit. Deinde alia conditio est

a. *Cui des, elige: ipse tecum, si deceptus es, querere; dignum adiuva.* Haec sic legenda distinguendaque coni. Grut. et in codd. Naz. Colon. et pal. invenit. Probant Lipsius et Gron. atque Huetus in nott. mss. Lipsius tamen *dehinc* vel *dein* ante *dign.* addi vult: sed perperam. Antea: *Cui des elige ipse tecum. Si deceptus es, quaere dignum. adiuva.* Mox *dant nihilominus daturique sunt* omnes codd. optimi Pinc. et Grut.: alii omittunt *dant et que*, ut Lipsiani, qui tamen suspectae fidei sunt.

2 *intra pecuniam*, ultra- potestas temporis successu pecuniam aestimatio non diminuta esset, tamen vis fiet? Haec erat rudior me- eius quaedam s. potestas ali- dii aevi aestimatio. qua mansit. cf. Heineccii Ant. rom. ad Instit. I, 9 p. 134. ed. IV. Argent. 1734. et Hugonis Lehrbuch der Geschichte des röm. Rechts p. 58 ed. III. Berolin. 1806. Qui non tollebat filium filiamve, non pro legitima a patre liber esse. Et si haec prole agnoscebat. Res nota.

est parentum, qui beneficia, quibus dederunt, dant nihilominus daturique sunt: nec est periculum, ne dedisse se illis mentiantur. In ceteris quaeri debet, non tantum an receperint, sed an dederint. Horum in confessio merita sunt: et quia utile est iuventuti regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia contineretur. Deinde omnium pa-³rentum unum erat beneficium: itaque aestimari semel potuit, alia diversa sunt, dissimilia, infinitis inter se intervallis distantia: itaque sub nullam regulam cadere potuerunt, quum aequius esset omnia relinquere, quam omnia aequari.

XII. Quaedam magno dantibus constant: quaedam accipientibus magna sunt, sed gratuita tribuentibus: quaedam amicis data sunt, quaedam ignotis. Plus est, quamvis idem detur, si ei detur, quem nosse a tuo beneficio incipis. Hic auxilia tribuit, ille ornamenta, ille solatia. Invenies, qui nihil putet esse iucundius, nihil maius, quam habere in quo calamitas acquiescat: invenies rursus, qui dignitati suae, quam securitati, consuli malit: est qui plus ei debere² se iudicet, per quem tutior est, quam ei per quem honestior. Proinde ista maiora aut minora erunt, prout fuerit iudex, aut ad haec, aut ad illa inclinatus animo. Praeterea creditorem mihi ipse eligo: beneficium saepe ab eo accipio, a quo nolo, et aliquando ignorans obligor. Quid facies? ingratum vocabis eum, cui beneficium incio, et, si scivisset,

G 5

non

2. *domesticos magistratus.* Hinc Claudius iuvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, *habere*, dicens, *censorem suum.* Suet. Claud. c. 16.

1. *auxilia* etc. explicat ipse in seqq. *Ornamenta* ad dignitatem, honores etc. spectant. Sic Cicero Sext. 5. ornamenta equestris ordinis appellat censum i. divitias. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. et Ornare.

non accepturo, impositum est: non vocabis eum, qui utcumque acceptum non reddidit?

XIII. Aliquis dedit mihi beneficium, sed idem postea fecit iniuriam. Utrum uno munere ad patientiam omnium iniuriarum adstringor: an perinde erit, ac si gratiam retulerim, quia beneficium suum ipse insequentem iniuria rescidit? Quomodo deinde aestimabis, utrum plus sit quod accepit, an in quo laesus est? Dies me deficiet, omnes difficultates persequi tentantem. Tardiores, inquit, ad beneficia danda facimus, non vindicando data, nec infitiores eorum afficiendo poena. Sed illud quoque tibi e contrario occurrat: multo tardiores futuros ad accipienda beneficia, si periculum causae dicendae adituri erunt, et innocentiam sollicitiore habituri loco. Deinde, erimus per hoc ipsi quoque ad danda tardiores. nemo enim libenter dat invitis: sed quicumque ad benefaciendum bonitate invitatus est, et ipsa pulchritudine rei, etiam libentius dabit, nihil debituris nisi quod volent. Minuitur enim gloria eius officii, cui diligenter cautum est.

XIV. Deinde, pauciora erunt beneficia, sed veriora. quid autem mali est, inhiberi beneficiorum temeritatem? Hoc enim ipsum secuti sunt, qui nullam legem huic constituerunt: ut circumspectius donaremus, circumspectius eligeremus eos, in quos merita conferrentur. Etiam atque etiam cui des, considera: nulla actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succur-

1. *perinde* — ac i. aequae illa verba: *sed idem postea ac. Ruhnken. in praef. ad fecit iniuriam* laudat Lipsius Epistol. Senec. LXXXI. monuit unam huic proverbio hanc vim esse, nec unquam pro multum, valde poni, laudavitque Duker. ad Liv. XXIII, 21. Ceterum ad

2. *cautum est*, cui conditiones adscriptae, praemia et fructus in certo sunt. L.

1. *nulla actio, nulla repetitio*: numquam hac de re iure

lucursum tibi iudicem. Nulla lex te in integrum restituet: solam accipientis fidem specta. Hoc modo² beneficia auctoritatem suam tenent, et magnifica sunt: pollues illa, si materiam litium feceris. Aequissima vox est et ius gentium prae se ferens, Redde quod debes. Haec turpissima est in beneficio, Redde. Quid reddet? ^a Vitam, quam debet, dignitatem, securitatem, sanitatem? reddi maxima quaeque non possunt. Aut pro his, inquit, aliquid quod tanti sit. Hoc est quod dicebam, interituram tantae rei dignitatem, si beneficium mercem facimus. Non est irritandus animus ad avaritiam, ad querelas, ad discordiam: sua sponte in ista fertur. Quantum possumus resistamus, et quaerenti occasiones amputemus.

XV. Utinam quidem persuadere possemus, ut pecunias creditas tantum a volentibus acciperent! utinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret!
nec

a. *Vitam, quam debet* etc. Sic optimi codd., non *vitam, inquam, debet*.

iure in aliquem agi potest, quali te laeserit, aut beneficia ut debitum reperire possis.

2. *Aequissima vox* etc. *ius gentium* est naturale. Cf. Ernesti Clav. Cic. f. voce lus. Omnium populorum mores institutaque, quin adeo leges hoc ita ferre, notum est. *prae se ferens*, declarans.

1. *stipulatio*, quae et ipsa conceptis verbis olim in emtionibus adhibita. Plauti comoediae docent. L. Contractus verbales nunc

appellare solent: ad stipulationem et praetor et iudex interdum cogebant, tunc formulae in edicto erant praescriptae, quae tacite monebant, obligationem inde orituram esse, si quis migraret stipulationem. Cf. Hugo l. l. p. 263 sq. *Ille creditor. interrogazione* i. stipulatione. Huetus margini adscripserat: interpositis parariis, qui quaerebant et in quo ille nummos utiliter collocaret, et a quo ille mutuo sumeret, et ita de utroque bene merebantur. — cf. ad

nec pacta conventaque impressis signis custodirentur! fides potius illa servaret, et aequum colens animus! Sed necessaria optimis praetulerunt, et cogere fidem, 2 quam spectare, malunt. Adhibentur ab utraque parte testes. ille per tabulas plurium nomina, interpositis parariis, facit: ille non est interrogatione contentus, nisi ^a reum manu sua tenuit. O turpem humano generi fraudis ac nequitiae publicae confessionem! annulis nostris plus, quam animis creditur. In quid isti viri ornati adhibiti sunt? in quid imprimunt signa? nempe ne ille neget accepisse se quod accepit. 3 Hos incorruptos viros, et vindices veritatis existimas? at his ipsis statim non aliter pecuniae committentur. Ita non honestius erat a quibusdam fidem falli, quam ab omnibus perfidiam timeri? Hoc unum deest avaritiae, ut beneficia sine sponfore non demus. Generosi animi et magnifici est, iuvare et prodesse. qui dat beneficia, deos imitatur: qui repetit, foeneratores. Quid illos, dum vindicamus, in turbam sordidissimam redigimus?

XVI. Plures, inquit, ingrati erunt, si nulla adversus ingratum datur actio. Immo potius, pauciores: quia maiore delectu dabuntur beneficia. Deinde, non expedit notum omnibus fieri, quam multi ingrati sint.

a. *reum manu sua tenuit.* Sic mss. non *rem*. Nisi reum promittendi chirographo suo tenuit. Quae verissima interpretatio est Salmasii C. X. de modo usur. iudice Gronovio.

ad II, 23, 2. *reum.* Huetus *nuli*, quibus chirographa Salmasio et Gronovio adstipulans ait: h. e. nisi reum chirographo suo obligatum habuit. — Verbalis itaque locupletes.

contractu ille creditor non contentus erat, nisi et chirographum, quo stipulatio carere solebat, accessisset a debitore: eo et spectant *an-* 3. *vindicamus*, dum talibus actionibus ingratorum tutos securosque esse volumus. *sordidissimam* foeneratorum.

sint. pudorem enim rei tollet multitudo peccantium: et desinet esse probri loco commune maledictum. Numquid iam ulla repudio erubescit, postquam illustres quaedam ac nobiles feminae, non consulum numero, sed maritorum, annos suos computant? et exeunt matrimonii causa, nubunt repudii? Tam diu istud timebatur, quam diu rarum erat. quia vero nulla sine divortio acta sunt, quod saepe audiebant, facere didicerunt. Numquid iam ullus adulterii pudor est, postquam eo ventum est, ut nulla virum habeat, nisi ut adulterum irritet? argumentum est deformitatis pudicitia. Quam invenies tam miseram,

1. *multitudo peccantium.* VI, 7: quae nubit toties, Noster de Clem. I, 22, 2. non nubit, adultera lege facit enim consuetudinem est. *acta* in acta esse relata, peccandi multitudo peccantium; et minus gravis nota est, quam turba damnatorum levat etc.

2. *Numquid — computant.* Hanc morum corruptionem confirmant Iuvenalis VI, 228. fiunt octo mariti quinque per autumnos. et Martialis VI, 7. Quotannis itaque plures maritos habent nonnullae feminae. Divortii quidem modum Augustus imposuerat (Suet. Aug. 34), sed libido et licentia evicerant, et sub Caesaribus ita remiserat severitas, ut divortia fierent, si uxori aut marito placeret, nec opus esset, ut utriusque consentirent. Cf. Adams röm. Alterth. II. p. 863 vers. germ. et Hugo libr. laud. p. 373 sq. *Exeunt — repudii?* Martial.

3. *argumentum — pudicitia.* Nulla pudica est nisi deformis. *tam miseram, tam sordidam,* tam ignobili loco natam. *nisi apud alium gestata est, apud alium mansit.* Notum, inter exercitationes corporis non utiles modo, sed et delicatas ac voluptarias fuisse gestationem, unde et ipsa loca gestationes: cf. Böttigeri Sabina p. 427 sq. Apud alium gestari est, alius gestatione uti, in alius umbra vectari: inanere autem est, non diutule consistere alicubi, sed pernoctare: cf. Cic. ad Attic. X, 13. ad Q. frat. II, 7 etc. Solebant autem veteres saepe per diversas causas

ram, tam fordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par? nisi singulis diviserit horas? et non sufficit dies omnibus? ^a nisi apud alium gestata est, apud alium mansit? Infrunita et antiqua est, quae nesciat, ma-
4 trimonium vocari, unum adulterium. Quemadmo-
dum horum delictorum iam evanuit pudor, postquam res latius evagata est: ita ingratos plures efficies, et audaciores, si numerare se coeperint.

XVII. Quid ergo? impunitus erit ingratus? Quid ergo? impunitus erit impius? quid malignus? quid avarus? quid impotens? quid crudelis? Impunita tu credis esse, quae invisita sunt? aut ullum supplicium gravius existimas publico odio? Poena est, quod non audet ab ullo beneficium accipere, quod non audet ulli dare, quod omnium designatur oculis, aut designari se iudicat: quod intellectum optimae rei ac
2 dulcissimae amisit. An tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum, cuius aures morbus obstruxit: non vocas miserum eum, qui sensum beneficiorum amisit? Testes ingratorum omnium deos metuit, urit illum et angit intercepti beneficii conscientia: denique satis haec ipsa poena magna est, quod rei, ut dice-
bam,

a. nisi apud alium gestata est, apud alium mansit. Sic omnes mss. probatque Gron. Muretus: nisi ad alium etc. Pinc. emendabat: est, apud alium praesit, Grutero probante. Sed cf. not. Mox et antiqua est mss. dant. Erasmus: antiquata. Deinde unum adulterium: sic omnes mss. At Pinc. unius a. Denique audaciores: variant codd. qui dant auctiores.

causas abnoctare et in urbe etiam apud amicos cubitare. Sueton. Octav. 78. Nemo mirabitur igitur in tanta libertate idem usitasse matronas. Sic fere exponit Gron. *Infrunita*, ἀφρων, insulsa, fatua: de vit. beat. XXIII, 3 not.

1. Quid ergo? impunitus erit impius? imitatione respondet obiectionis, ad quam haec et seqq. referenda esse, monet Liplius: quod cuiquam probari puto. *intellectum* — *dulcissimae* i. bonae famae et beneficiorum.

bam, iucundissimae fructum non percipit. At quem 3
 iuvat accepisse, aequali perpetuaque voluptate frui-
 tur: et animum eius a quo accepit, non rem intuens,
 gaudet. Gratum hominem semper beneficium dele-
 ctat, ingratum semel. Comparari autem potest
 utriusque vita. quum alter trilitis sit et sollicitus, qua-
 lis esse infitiator ac fraudulentus solet; apud quem 4
 non parentum qui debet, honor est, non educatoris,
 non praeceptorum: alter laetus, hilaris, occasionem 4
 referendae gratiae exspectans, et ex hoc ipso affectu
 gaudium grande percipiens; nec quaerens quomodo
 decoquat, sed quemadmodum plenius uberiusque
 respondeat; non solum parentibus et amicis, sed hu-
 milioribus quoque personis. Nam etiam si a servo
 suo beneficium accepit, aestimat non a quo, sed
 quid acceperit.

XVIII. Quamquam quaeritur a quibusdam, sicut
 ab Hecatone, an beneficium dare servus domino pos-
 sit? Sunt enim qui ita distinguunt, Quaedam bene-
 ficia esse, quaedam officia, quaedam ministeria. Be-
 neficium esse, quod alienus det: alienus est, qui
 potuit sine reprehensione cessare. Officium esse filii,

UXO-

3. *educatoris* i. paedagogi
 servi, qui infantem comita-
 retur in ludum literarium.
 cf. ad II de Ira 22, 1. *prae-*
ceptorum. cf. ad c. 3, 3.
 Mox *decoquat*, fidem non
 solvat, rem creditori minuat
 et absumat.

XVIII. Sequuntur quae-
 stiones, an servus domino, fi-
 lius patri, beneficium dare
 possit: usque ad finem libri.

1. *Hecatone* philosopho
 Stoico, de quo ad I, 3, 7

monitum est. *alienus*, nullo
 necessitudinis genere nobis
 coniunctus, potest *cessare*
 cunctari beneficia nobis da-
 re. Nisi fallor, hoc uno
 ex loco discimus hanc Stoeae
 distinctionem non impro-
 bandam, etsi Romae non
 semper observatam accura-
 te, quod discere licet e
 Ciceron. de Offic. II, 19 sq.
necessitudo omnis coniunctio
 sanguinis, affinitatis, amici-
 tiae. cf. Ernesti Clav. Cic.
 h. v.

uxoris, et earum personarum, quas necessitudo suscitavit, et ferre opem iubet. Ministerium esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quae praestat, imputet superiori. ^a Praeterea servos qui negat dare aliquando domino beneficium, ignarus est iuris humani. refert enim cuius animi sit, qui praestat, non cuius status. Nulli praclusa virtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat, ingenuos, libertinos, servos, reges, et exules. non eligit domum, nec censum: nudo homine contenta est. Quid enim erat tuti adversus repentina; quid animus magnum promitteret sibi, si certam virtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficium servus domino, ^b nec regi quisquam suo, nec duci suo miles. Quid enim interest, quali quis teneatur imperio, si summo tenetur? Nam si servo, quo minus in nomen meriti perveniat, necessitas obest, et patiendi ultima timor: idem istud obstabit, et ei qui regem habet, et

a. *Praeterea*: sic omnes mss. Muretus: *propterea*. Signum lacunae hic poni iussit Lipsius, aliique. Sed non opus est. Si enim *praeterea* cum antegressis iunxeris et ex ultima syllaba statueris excidisse τὸ *at*, omnia sana sunt. — *imputet superiori praeterea*. *At* etc., ubi refutatio incipit. Nec facile est dicere, quid deesse possit. — b. *nec regi quisquam suo*. Lipsius: si scriptum, *quisquam subditus*, ἰσὸ-κωλος magis et expressa sententia esset. Gron. respondet: Sic quidem passim nostri rure loquuntur, ut *subditum* pro subiecto dicant: sed non Seneca, nec quisquam castiorum veterum.

2. *iuris humani* i. humanae autem haec egregia nitatis purae, quae omnia dicta Stoa e schola socratica complectitur, quae hominibus qua talibus propria sunt, iisque praestari debent. Hinc infra XXII, 2 ait: homo ab homine accipit beneficium. *Nulli praclusa virtus est* etc. Multa similia praestat Io. Stobaeus in florileg. 1. de virtute: sumpta autem haec egregia dicta Stoa e schola socratica esse, cuiquam facile patebit. Propter sententiae praestantiam his verbis usus est auctor inscriptionis in Collectione Inscriptt. Gruteri DCCV, 12. *certam* in se stabilem, se contentam et nixam. L.

et ei qui ducem: quoniam, sub dispari titulo, paria in illos licent. Atqui dant regibus suis, dant imperatoribus beneficia: ergo et dominis. Potest servus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus: ergo et beneficium dare potest. Nam et hoc virtutis est. adeoque dominis servi beneficia possunt dare, ut ipsos saepe beneficii sui fecerint. Non est dubium, an servus beneficium dare possit cuilibet: quare ergo non et domino suo possit?

XIX. Quia non potest, inquit, creditor domini sui fieri, si pecuniam illi dederit. Alioqui quotidie dominum suum obligat: peregrinantem sequitur, aegro ministrat, ^a et labore summo colit. Omnia tamen ista, quae alio praestante beneficia dicerentur, praestante servo ministeria sunt. Beneficium enim id ² est, quod quis dedit, quum illi liceret et non dare: servus autem non habet negandi potestatem: ita non praestat, sed paret; nec, id se fecisse, iactat, quod non facere non potuit. Etiam sub ista lege vincam, et eo perducam servum, ut in multa liber sit. Interim ³ dic mihi, si tibi ostendero aliquem servum pro salute

^a. *et labore summo colit.* Sic palat. sec. Erasm. At reliqui codd. Pinc. et Grut. *eius laborem summo colit.* Unde Pincianus valde ingeniose fecit: *eius laborem suo tollit.*

⁴. *ut ipsos saepe beneficii sui fecerint.* Rarior haec loquutio occurrit aliquoties apud Sueton. Tib. 12. Claud. 23. Suppleas: res, et explices, ut suo beneficio debeant vitam, summa. Exempla talium servorum affert Valer. Maxim. VI, 8. III, 3.

personam, aut caput habet: iuris civilis quidem inventionibus tamen servorum conditionem mitiorem fuisse notum est. cf. Hugo libr. laud. p. 371 sqq. *Etiā — sit.* Refutantis Senecae verba sunt. Etiam si ita sit, ut tu ais, tamen probabo, in

². *negandi potestatem.* multa negotia, beneficia Imo nec voluntatem, nec eum libertatem habere.

salute domini sui, sine respectu sui dimicantem et confossum vulneribus, reliquias tamen sanguinis ab ipsis vitalibus fundentem, et ut ille effugiendi tempus habeat, moram sua morte quaerentem: hunc tu 4 negabis beneficium dedisse, quia servus est? Si tibi ostendero aliquem, ut secreta domini prodat, nulla tyranni pollicitatione corruptum, nullis territum minis, nullis cruciatibus victum, avertisse, quantum potuerit, suspiciones quaerentis, et impendisse spiritum fidei: hunc tu negabis beneficium domino de- 5 disse, quia servus est? Vide ne eo maius sit, quo rarius est exemplum virtutis in servis; eoque gratius, quod, quum fere invisa imperia sint, et omnis necessitas gravis, commune servitutis odium, in aliquo domini caritas vicit. Ita non ideo beneficium non est, quia a servo profectum est: sed ideo maius, quia deterrere ab illo nec servitus quidem potuit?

XX. Errat, si quis existimat servitutem in totum hominem descendere: pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt, et adscripta dominis: mens quidem sui iuris. quae adeo libera et vaga est, ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo utatur, et ingentia agat, et 2 in infinitum comes coelestibus exeat. Corpus itaque est, quod domino fortuna tradidit. ^a Hoc emit, hoc vendit:

a. *Hoc emit, hoc vendit.* Sic omnes mss. Muretus tamen: *emitur — venditur.*

3. Exempla similia laudavimus modo ad c. XVIII, 4 e Val. Max. Adde exemplum fidelitatis fervorum praeeat. Ad mentem et cogitationem referendum. Ad Cornuti ap. Plutarch. in Vita C. Marii p. 431 B. fref. de supra II, 29. *carcere.* Multa alia dabit Pignorius de Servis. *vitalibus* sc. membris, e. c. corde. *emtionum tabulis* mancipata. L. *comes coelestibus.* Sidera sequatur aut praeeat. Ad mentem et cogitationem referendum. Ad de supra II, 29. *carcere.* Saepe sic corpus tamquam custodiam animae inde a Pythagoreis apud Philosophos audire, notavimus ad

1. *adscripta*, addicta do-

vendit: interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quidquid venit, liberum est, non enim aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia servi parere coguntur: contra rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt.

XXI. Quaedam sunt quae leges nec iubent, nec vetant facere: in his servus materiam beneficii habet. Quamdiu praestatur, quod a servis exigi solet, ministerium est: ubi plus quam quod servo necesse est, beneficium. Ubi in affectum amici transit, desinit vocari ministerium. Est aliquid, quod dominus praestare servo debeat, ut cibaria, ut vestiarium: nemo hoc dixit beneficium. At indulgit, liberalius ² educavit, artes quibus erudiuntur ingenui, tradidit: beneficium est. Idem e contrario fit in persona servi. Quidquid est quod servilis officii formulam excedit, quod non ex imperio, sed ex voluntate praestatur, beneficium est: si modo tantum est, ut hoc vocari potuerit, quolibet alio praestante.

XXII. Servus, ut placet Chryssippo, perpetuus mercenarius est. Quemadmodum ille beneficium dat, ubi plus praestat, ^a quam quod operas locavit:

H ²

sic

^a. *quam quod operas locavit.* Sic omnes Pinc. et Grut. codd. Recte. *Ille* mercenarius operas suas mercede locat alteri, at si beneficium dat, omnem mercedem spernit, ideoque plus praestat beneficiendo. Hoc tamen noluerunt ita capi Muret. Lipsiusque, qui praetulerunt: *quam ad quod o. l.*, nec Gruterus, qui emendat, *quam in quod o. l.* Quod est quatenus, quando. Erasmus dedit: *quam quid operis l.* Huetus: *quam quod operae locavit.*

Consolat. ad Helv. C. 12, 8. c. 8, 5 de Tranq. Animi. Vol. I. p. 184 sq.

2. *Artibus ingenuis liberalibus vel honestis esse ser-*

1. *cibaria* dimensa sua et iusta, quae nominabantur menstruum et diarium, unde peculium servi comparabant parci. cf. Ep. LXXX, 8 not. *vestiarium* i. pecuniam pro veste datam. vid.

vos eruditos constat e Cic. et Hor. Ep. II, 2, 27. Sen. Ep. XXVII, 5 sq. Plautus, Terentius et Epictetus servi suere et morem testantur.

1. *mercenarius*, qui mer-

fic servus ubi benevolentia erga dominum fortunae suae modum transiit, et altius aliquid ausus, quod etiam feliciter nato decori esset, et spem domini antecessit, beneficium est intra domum inventum. An aequum tibi videtur, quibus, si minus debito faciant, irascimur, non haberi gratiam, si plus debito solito-
 2 que fecerint? Vis scire, quando non sit beneficium? ubi dici potest, Quid si nollet? Ubi vero id praestitit, quod nolle licuit, voluisse laudandum est. Inter se contraria sunt, beneficium et iniuria. Potest dare beneficium domino, si a domino iniuriam accipere. atqui de iniuriis dominorum in servos qui audiat positus est, qui et saevitiam et libidinem, et in praebendis ad victum necessariis avaritiam compescat. Quid ergo? Beneficium dominus a servo accipit? im-
 3 mo homo ab homine. Deinde quod in illius potestate fuit, fecit: beneficium domino dedit: ne a servo acceperis, in tua potestate est. Quis autem tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat? Multa iam beneficiorum exempla referam, et dissimilia,

cede operas suas locat, *μισθωτός, μισθοφόρος*, qui tamen liberi sunt. Ubi hoc Chrysippus dixerit, ignoramus. De servis eum egisse in libro de Concordia tradit Athenaeus VI. p. 267. b.

2. *atqui de iniuriis — compescat.* Praefectus urbis (vid. Suet. Aug. 37 ibiq. Graev.). Opinor ab ipso Augusto esse, etsi Hadriano tribuitur, quod servos a dominis vetuit occidi, eosque iussit damnari per indices, si digni essent. Ita Spartianus in eius vita c. 18. L.

Haec coniectura eo verisimilior est, quo clarius est testimonium Ulpiani lib. I. §. 1. 8 Dig. de off. praef. urb., praefectum urbis de servorum querelis cognovisse. cf. Heineccii Antiq. rom. ad Inst. I, 8. p. 132. Leges tamen has non satis accurate observatas esse apparet ex earum repetitione.

3. *Multa iam beneficiorum exempla etc.* Quaedam antea iam laudavi. Addas Macrobbii Saturnal. I. c. XI. qui Epistola Senec. 47 usus multa exempla attulit. Alia ipse noster refert in capp. seqq.

milia, èt quaedam inter se contraria. Dedit aliquis domino suo vitam, dedit mortem, servavit perituum: et hoc si parum est, pereundo servavit. alius mortem domini adiuvit, alius decepit.

XXIII. Claudius Quadrigarius in ^a duodevicesimo annalium tradidit, cum obsideretur Grumentum, et iam ad summam desperationem ventum esset, duos servos ad hostem transfugisse, et operae pretium fecisse. Deinde urbe capta, passim discurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua servierant, praecurrisse, et dominam suam ante se egisse: et quaerentibus quaenam esset, dominam, et quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci, professos esse. Eductam deinde extra muros, summam² cura celasse, donec hostilis ira consideret. deinde, ut satiatus miles cito ad Romanos mores rediit, illos quoque ad suos redisse, et dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrumque e vestigio illa: nec indignata est ab his se vitam accepisse, in quos vitae necisque potestatem habuisset. Potuit sibi hoc vel magis gratulari. Aliter enim servata, munus notae et vulgaris clementiae habuisset: sic servata, nobilis fabula,

H 3

et

a. *duodevicesimo* omnium codd. lectio, praeter unum palat., qui habet: *duodecimo*. *Grumentum* codd. confirmant. Muretus tamen *Adrumetum*, ex ingenio. At *Grumentum* bene habet: fuit urbs in Lucania.

1. *Claudius Quadrigarius*. Saepe a veteribus laudatur, qui Acilii Annales graece scriptos in latinum sermonem vertit et ad bellum Sullanum continuavit. Paucissima ex eius opere servata sunt. Cf. G. I. Vossii Opus de Historic. lat. I. c. 10. p. 44. ed. frsf. 1677.

gesta sit, utrum bello punico, an sociali (cf. Flor. III, 18) ignoramus. Ceterum Macrob. Sat. I, XI p. 249 bip. eandem rem narrat. *Operae pretium fecisse* dignam mercedem labore et periculo suo cepisse. cf. Livii praef. facturuse operae pretium sim. *Clementiae* sc. ab hostibus in ipsam collatae.

4. Quando autem haec res

3 et exemplum ^b duarum urbium fuit. In tanta confusione captae civitatis, quum sibi quisque confuleret, omnes ab illa praeter transfugas fugerunt. At hi, ut ostenderent quo animo facta esset prior illa transitio, a victoribus ad captivam transfugerunt, personam parricidarum ferentes. Quod in illo beneficio maximum fuit, tanti iudicaverunt, ne domina occideretur, videri dominam occidisse. Non est, mihi crede, non, dico, servilis animi, egregium factum fama sceleris emisse. C. Vettius, praetor Marforum, ducebatur ad ^c Romanum imperatorem. Servus eius gladium militi ipsi, a quo trahebatur, eduxit, et primum dominum occidit: deinde, Tempus est, inquit, me et mihi consulere: iam dominum manumisi. atque ita se uno ictu transiecit. Da mihi quemquam, qui magnificentius dominum servarit.

XXIV. Corfinium Caesar obsidebat: tenebatur inclusus Domitius. Imperavit medico eidemque servo suo,

^b. *duarum*. Praefero hanc omnium codd. lectionem cum Gronconiecturae Pinc. *Grumentinae urbis* e scripta lectione *Drumen* etc. — *c. Romanum imperatorem*. Sic omnes fere codd. et edd.

4. Et hanc historiam pter taedium vitae, postnarrat Macrobius l. 1. qui quam biberat, omni ope ut *Caium Vettium* appellat Pelignum Italicensem, et imperatorem Pompeium, quem trumque tamen bene coniungi potest. Plutarch. Caes. p. 724 frsf. consentit cum Romanis praeluisse scimus ex Appiano aliisque bello Seneca. *Medicos* servos sociali italico s. marsico. Factum est a. u. 665. Romae et libertinos, sero autem demum liberos ingenueque natos homines fuisse constat v. c. e Curt. Sprengel. *Histor. Medic. medicamentum innoxium*. Plutarch. l. 1. appellat *ὑπνωτικὸν οὐ θανάσιμον*. *asservari* custodia. *servatus* quidem et dimissus

1. *Julius Caesar*. cf. Sueton. Jul. 34. Ner. 2. At Plin. VII H. N. 53 aliter rem narrat: L. Domitius clarissimae gentis apud Massiliam victus, Corfinii captus ab eodem Caesare, veneno potō pro-

missus

fuos, ut sibi venenum daret. Quum tergiversantem videret: Quid cunctaris, inquit, tanquam tua in potestate totum istud sit? mortem rogo armatus. Tum ille promisit, et medicamentum innoxium bibendum illi dedit: quo quum sopitus esset, accessit ad filium eius: Iube me, inquit, asservari, dum ex eventu intelligas, an venenum patri tuo dederim. Vixit Domitius, et servatus a Caesare est: prior tamen illum servus servaverat.

XXV. Bello civili, proscripsum dominum servus abscondit: et quum annulos eius sibi aptasset, ac vestem induisset, speculatoribus occurrit: nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit: et deinde cervicem porrexit. Quanti viri est, pro domino eo tempore mori velle, quo erat rara fides, dominum mori, nolle? in publica crudelitate mitem inveniri, in publica perfidia fidelem? quum praemia prodicionis ingentia ^a ostendantur, praemium fidei, mortem concupiscere?

XXVI. Nostri seculi exempla non praeteribo. Sub Tiberio Caesare fuit accusandi frequens et paene pu-

H 4

blica

^a. ostendantur. Huet. con. in notis mss.: ostendebantur, propter superius; quo erat.

missus est, sed statim ad Pompeium transiit ingratus. Domitius referente Plut. l. l.

XXV. *Annulos.* In Appian. IV Civil., in Valer. Max. VI, init., in Macrobio. Annulos autem vestemque sumit, tanquam ingenuus et senator, ut sic pro hero se probaret. L. Bellum hoc gestum est inter Marium et Sullam. *Rara.* Quidni rara? nam praemiis induc-

bantur ad dominos prodendos vel occidendos: et qui fecisset ac caput retulisset, praemium capiebat et libertatem et dena millia drachmarum itemque civitatem. Appianus.

XXVI, 1. *Sub Tiberio-rabies:* quae reducta maiestatis lege initium cepit. Tacit. Annal. I, 72 sqq. *quae - confecit.* Hinc Tacitus pacem ait quovis bello hanc saevioreni fuisse.

blica rabies, quae omni civili bello gravius togatam civitatem confecit. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium. nihil erat tutum: omnis laevendi placebat occasio. Nec iam reorum expectabatur eventus, quum esset unus. Coenabat Paullus praetorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Caesaris habens, ^a ectypam, et eminente gemma. ² Rem ineptissimam fecero, si nunc verba quaesiero, quemadmodum dicam, illum matellam sumfisse. Quod factum simul et Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notavit. At servus eius cui nectebantur insidiae, ei ebrio anulum extraxit. et quum Maro convivas testaretur, admotam esse imaginem obscœnis, et iam subscriptionem componeret: ostendit in manu sua servus anulum. Si quis hunc servum vocat, et illum convivam vocabit.

XXVII. Sub divo Augusto nondum hominibus verba sua periculosa erant, iam molesta. Rufus, vir ordinis

a. *ectypam*. Ita bene e vet. libr. Muretus, nam et codd. pal. consentiunt. Vulgati ante Muretum, e. c. Erasimus, retinent: *exsculptam eminente g.*

fuisse. *ectypam* expressam latoribus istius aetatis. Te- et effigiatam, *ἐκτυπον*: pu- statur rem Suet. Tib. 58, ubi to autem fuisse in gemma et noster locus ab interpre- imaginem ita insculptam, ut tibus admotus est. *Subscri-* reliqua gemmae pars emine- *ptionem* i. e. libellum accu- ret, bas-relief: et si probe sationis, cui ceteri tamquam sciam fuisse gemmas inter testes subscribere et socii dum opposita ratione imagi- nomina sua. *Convivam* Ma- ronem caedes et accusatio- nibus prominentibus orna- nes ibi machinantem atque tas, haut-relief.

2. *verba quaesiero*. Ne ideo hoc nomine convivae indignum.

fordidis scilicet illis et com- 1. Ex hoc exemplo ab munibus utar, *matulam ἀ-* uno Seneca narrato apparet, *μίδα* sumere. Maro num- Tacitum Annal. I, 72 nec quam ab alio quoquam prae- hanc dicendi licentiam ex- ter nostrum vocatur in de- clusisse,

dinis senatorii, inter coenam optaverat, ne Caesar salvus rediret ex ea peregrinatione quam parabat: et adiecerat, Idem omnes et tauros et vitulos optare. Fuerunt qui illa diligenter audirent. Ut primum diluxit, servus qui coenanti ad pedes steterat, narrat quae inter coenam ebrius dixisset. hortatur, ut Caesarem occupet, atque ipse se deferat. Ufus consilio, 2 descendenti Caesari occurrit. Et quum malam mentem habuisse se pridie iurasset, id ut in se et filios suos recideret, optavit, et Caesarem, ut ignosceret sibi, rediretque in gratiam secum, rogavit. Quum dixisset se Caesar facere: Nemo, inquit, credet te mecum in gratiam redisse, nisi aliquid mihi donaveris: petitque non fastidiendam a propitio summam, et impetravit. Caesar ait: Mea causa dabo operam, ne 3

H 5

unquam

clusisse, quam diceret, Augustum cognitionem de famolis libellis specie legis maiestatis primum tractavisse: Sueton. Tib. 58 idem fere tradit. *Idem omnes — optare.* Similem iocum affert Lipsius ex Ammiano Marcellin. XXV, 4 p. 46. To. II. bip. de Iuliano et Marco Caesare: Albi boves Marco Caesari, si tu vice- ris, (dixere) nos perimus. *servus qui coenanti ad pedes st.*, ad diversa ministeria exsequenda, v. c. ad lych-nuchum tenendum, ad cibos scindendos etc. cf. Senec. Epist. 47, 4 et Pignori- us de fervis passim.

2. *descendenti* a palatio in publicum. *Descendere* autem dicuntur iam libera

republica honestiores, (quippe in montibus plerumque habitantes) quum in forum, Curiam, Campum, item in universum, quum in publicum prodeunt. Cf. Bentley. ad Horat. Epp. I, 20, 5. Ernesti Clav. Cic. h. v. *malam mentem* se insanum fuisse: opp. bona mens. Confert Lipsius Tibullum II, 5, 104. *id ut in se — recideret*, ex formula nota, quae occurrit quoque ap. Tibull. I, 2, 12: infra IV, 31, 3 ubi est, quidquid mali dixi, mihi et capiti meo. cf. Heinsium ad Ovid. Ep. 20, 127.

3. *Mea causa.* Equidem sane mihi temperabo, ne tibi irascar: nam simulatque in gratiam tecum rediero, tibi donanda quaedam erunt, ideo-

unquam tibi irascar. Honestè Caesar, quod ignovit, quod liberalitatem clementiae adiecit. Quicumque hoc audiverit exemplum, necesse est Caesarem laudet, sed quum servum ante laudaverit. Num expectas, ut tibi narrem manumissum, qui hoc fecerat? nec tamen gratis. pecuniam pro libertate eius Caesar numeraverat.

XXVIII. Post tot exempla num est dubium, quin beneficium aliquando a servo dominus accipiat? Quare potius persona rem minuat, quam personam res ipsa cohonestet? Eadem omnibus principia, eademque origo: nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, et artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, et nomina familiae suae longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima aedium collocant: noti magis, quam nobiles sunt.

ideoque irae meae poenam solitae, atque in pompis fulsolvam. Commodum itaque nebribus funera in curribus meum mihi suadebit, ut comitatae, quas servi tunc sim tibi propitius. portarunt iis induti, ut maiores illos imitarentur. Locici classici sunt Polyb. VI, 53 not. Schwgh. To. VI p. 394.

1. Apud Senecam *persona* de quocunque homine dicitur: sic erat supra III, 17, 4. Aliter apud Ciceronem usurpatur. Cf. Ernesti Clav. Diodor. Sic. To. II p. 518. Cic. h. v. et Sanctii Minerva 1, 12, 4 ibiq. Perizon. *stemmatum* etc. Plin. H. N. XXXV, 2 ait: stemmata vero lineis discurrebant ad *imagines pictas*. Erant, addit Lipsius, minores et rotundae imagines (s. potius orbes nominibus signati) quae ad latera adsitae genus maternum aut et propinquos notabant. Noster stemmatum signandorum mos inde derivatus est. Funiculi maiorum in atriiis custodiri florum fertis ornati (inde

sunt. Unus omnium parens mundus est: sive per
splendidos, sive per sordidos gradus, ad hunc prima
cuiusque origo perducitur. Non est, quod te isti
decipiant, qui quum maiores suos recensent, a ubi-
cunque illustre nomen defecit, illo deum infulciunt.
Neminem despexeris, etiamsi circa illum obsoleta
sunt nomina, et parum indulgente adiuta fortuna:
sive libertini ante vos habentur, sive servi, sive exte-
rarum gentium homines. Erigite audacter animos,³
et quidquid in medio sordidi iacet, transilite: exspe-
ctat vos in summo magna nobilitas. Quid superbia
in tantam vanitatem attollimur, ut beneficia a servis
indignemur accipere, et sortem eorum spectemus,
obliti meritorum? Servum tu quemquam vocas, libi-
dinis et gulae servus, et adulterae, immo adultera-
rum commune mancipium? Servum vocas quemquam
tu? Quo tandem ab istis gerulis raperis, cubile istud⁴
tuum

a. *ubicunque illustre nomen defecit, illo deum infulciunt.*
Naz. *illo deum fulgiunt.* Ex quo verissima exstitit Salmasii
divinatio: *illo deum infulciunt.* Vani aliorum conatus.
Saepius hoc verbum ap. nostrum occurrit. Gronovius. Ce-
terum in olim cufis sic haec concipiebantur: *ubicunque fe-
cit nomen illustre, illo domini fugiunt.* Sed Erasmus in-
veniebat in aliis codd. *illo deum fugiunt*, in aliis *dominum
fingunt.* Huetus in nott. mss. voluit: *illico deum infulciunt*,
laudato Salmasio.

σεμματα) coniungere imagi- referens, vid. Liv. 1, 4 etc.
nes cognatorum. *Neminem despexeris* etc. Si-

2. *mundus* i. e. coelum. milia habes apud nostrum
nam, Itoica sententia, ex Ep. 44, 3. ubi docui hanc
illo animae et e sideribus. sententiam cepisse nostrum
Senec. Epist. XLIV, 1: Om- a Platon. Theaetet. Vol. II.
nes si ad primam originem p. 118 sq. ed. bip.

revocentur, a diis sunt: ubi 4. *gerulis* i. lecticariis.
cf. not. *Non est — inful-* *cubile* i. lecticam, in qua
ciunt. Docent hoc multae iacebant et cubabant. Ser-
familiae et Graecorum et vi autem robustissimi fuere
Romanorum, e. c. gens Iulia isti *penulati*. paenulas, des
ad Venerem originem suam capots, caputrock, expli-
cat

tuum circumferentibus? quo te penulati isti in militum et quidem non vulgarem cultum subornati? quo, inquam, te isti efferunt? ad ostium alicuius ostiarii, ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium. Et deinde negas tibi beneficium a seruo tuo posse dari, cui osculum alieni serui beneficium est.

5 Quae est tanta animi discordia? eodem tempore seruos despicias, et colis. Imperiosus intra limen atque impotens, humilis foris: et tam contemptus, quam contemnens. Neque enim ulli magis abiiciunt animos, quam qui improbe tollunt: nullique ad calcandos alios paratiores, quam qui contumelias facere, accipiendo didicerunt.

XXIX. Dicenda haec fuerunt, ad contundendam insolentiam hominum ex fortuna pendentium, vindicandumque ius beneficii dandi a servis, ut a filiis quoque vindicaretur. Quaeritur enim, an aliquando liberi maiora beneficia dare parentibus suis possint, quam acceperint? Illud conceditur, multos filios maiores potentioresque exstitisse, quam parentes suos: aequè et illud, meliores fuisse. Quod si constat, potest fieri, ut meliora tribuerint, quum et fortuna

cat Böttiger in Sabina p. 448, qui canusinos i. e. rubris vestibus eiusmodi ornatos e Martial. IX, 23. XIII, 129 intelligit, laudatis Lipsio Elector. 1, 25 et Pignorio de servis p. 136. Egit quoque de paenulis militariis, quas super tunicam indutas et ipse putat et rufo colore, Salmaf. ad Scriptt. H. Aug. I. p. 774. 925 sq. ad ostium — officium i. ad domini potentis aut placentis domum hortosque, ubi villi seruo, ostiario, aut vi-

cario serui alterius adularis ad mollem accipiendum aditum. Ordinarius servus erat, qui certum aliquod ministerium in familia exercebat: hi interdum vicarios servos habebant. cf. Ep. 110, 1.

1. *hominum ex fortuna pendentium*, divitiis affluentium, et iis solummodo se suaque metientium. *ut a filiis*, quippe, qui sub patria potestate erant, ideoque servilis similes.

tuna illis maior esset, et melior voluntas. Quidquid, inquit, est, quod dat patri filius, utique minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet. Ita nunquam beneficio eius vincitur, cuius beneficium est ipsum, quod vincitur. Primum, quaedam initium ab aliis trahunt, et tamen initiis suis maiora sunt. Nec ideo aliquid non est ^a maius eo quo coepit, quia non potuisset in tantum procedere, nisi coepisset. Nulla non res principia sua magno gradu transit. Se-³mina omnium rerum causa sunt: et tamen minimae partes sunt eorum quae gignunt. Adspice Rhenum, adspice Euphratem, omnes denique inclytos amnes: quid sunt, si illos illic unde effluunt, aestimes? Quidquid est quo timentur, quo nominantur, in processu paraverunt. Tolle radicem, nemora non surgent; nec tanti montes vestientur. Adspice trabes, sive⁴ proceritatem aestimes, altissimas; sive crassitudinem spatiumque ramorum, latissime fufas: quantulum est his comparatum illud, quod radix tenui fibra completitur? Innituntur fundamentis suis templa, et illa urbis moenia: tamen quae in firmamentum totius operis

a. *maius eo quo coepit.* Sic omnes codd. et edd. Pinc. tamen coni. *a quo coepit.*

2. *cuius beneficium.* Vinci beneficio a patre manavit, quia ipse qui vincit, id est filius, a patre originem habet. *Vincitur* sc. pater.

3. *Quidquid est — paraverunt,* materiam timorem incutiendi, et famam sibi acquirendi nondum habuere *Euphrates* in montibus Armeniae, *Rhenusque* in montibus Helvetiae: nominasse videtur hos fluvios, quia tunc temporis imperii rom. termini erant.

4. *Trabes* i. magnas arbores: qua significatione praefertim poetis haec vox in usu fuit: quamobrem Nonius Marcell. c. 2, 845 fragmentum Varronis attulit. Usitatior vox fuit de lignis compactis, de columnis etc. *latissime fufas.* Cic. de Orat. I, 7 exprimit, Platonem X p. 286 bip. imitans,

operis iacta sunt, latent. Idem in ceteris evenit:
 5 principia sua semper sequens magnitudo obruit. Non
 potuissim quidquam consequi, nisi parentum benefi-
 cium antecessisset: sed non ideo quidquid consecutus
 sum, minus est eo, sine quo consecutus non essem.
 Nisi me nutrix aluisset infantem, nihil eorum, quae
 consilio ac manu gero, facere potuissim, nec in hanc
 emergere nominis claritatem, quam civili ac milita-
 ri industria merui: numquid tamen ideo maximis
 operibus praeferes nutricis officium? At quid inter-
 est, quum aequae sine patris beneficio, ^b quam sine
 nutricis fomento, non potuerim ad ulteriora pro-
 cedere?

XXX. Quod si initio meo, quidquid iam possum,
 debeo: cogita non esse initium mei patrem, ne avum
 quidem. Semper enim erit ulterius aliquid, ex quo
 originis proximae origo descendat. Atqui nemo di-
 cet me plus debere ignotis, et ultra memoriam posi-
 tis maioribus, quam patri: plus autem debeo, si hoc
 ipsum quod genuit me pater meus, maioribus debet.
 2 Quidquid praestiti patri, etiamsi magnum est, infra
 aestima-

b. *quam sine nutricis fomento.* Ultima vox, quae in Erasmica
 et antiq. edd. comparet, desideratur in Pinc. et Grut. codd.
 ideoque a Pinc. et Grut. eiecta est. Sed nexus sententiae
 eam poscit, et licet *beneficio* etiam huc trahas, tamen man-
 cum quid oratio sonat, non e more Senecae: fomentum de
 nutrimento apud nostrum quoque occurrit, Epist. 102, 26
 ex maternorum viscerum calido mollique fomento. Nat. Qu.
 IV, 13 med. Omnino de quacunque re dolores mitigante in
 usu erat, e. c. Horat. Epp. 1, 2, 52 ubi cave cum Buherio
fomenta podagram mutes in *tormenta*, quamquam Wake-
 fieldus temere in textum receperit.

tans, platanus — patulis est
 diffusa ramis.

5. *officium i. ministerium.*
 cf. supra c. 18, 1: nam nu-
 trices, *μαῖραι*, servilis fuere
 conditionis et apud Graecos
 et ap. Rom.

2. *Quidquid praestiti* etc.
 Sunt verba adversarii, quae
 Seneca ita adhibet, quasi ab
 eo accepta in suam perso-
 nam transferat. Signo in-
 terrogandi distinxi. At isto
 modo medicum remunerari
 satis

aestimationem paterni muneris est, quia non essem, si non genuisset? Isto modo, etiam si quis patrem meum aegrum ac moriturum sanaverit, nihil praestare ei potero, quod non beneficio eius minus sit. non enim genuisset me pater, nisi sanatus esset. Sed vide, ne illud verius sit aestimari, an id quod potui, et id quod feci, meum sit, mearum virium, meae voluntatis. Illud quod natus sum, per se intueri quale sit: 3 animadvertes exiguum et incertum, et boni malique communem materiam, sine dubio primum ad omnia gradum: sed non ideo maiorem omnibus, quia primum. Servavi patrem, et ad summam provexi dignitatem, et principem urbis suae feci: nec tantum rebus a me gestis nobilitavi, sed ipsi quoque gerendarum ingentem ac facilem, nec tutam minus, quam gloriosam dedi materiam. Honores, opes, quidquid 4 humanos ad se animos rapit, congesti, et quum supra omnes starem, infra illum steti. Dic nunc, Hoc ipsum, quod ista potuisti, patris munus est. Respondebo tibi, Est profus, si ad ista facienda nasci satis est. sed si ad bene vivendum minima portio est vivere, et id tribuisti, quod cum feris mihi et animalibus quibusdam minimis, quibusdam etiam foedissimis commune est; noli tibi asserere, quod non ex tuis 5 beneficiis, etiam si non sine tuis, oritur. Puta me vitam pro vita reddidisse. Sic quoque munus tuum
vici,

fatis numquam potero. *Sed*, sc. nasci, vivere. *ut mori vide ne*, fortasse aequius *possem*. Acute extenuat beneficium paternum et suum.

4. *sed si ad bene vivendum*. Noster Ep. 77, 17: Quomodo fabula, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. 101, 5 quam bene vivas referre, non quam diu. *et id tribuisti* auget. Sicut levius est mori, priusquam timeas mori, nempè in infantia aut pueritia, sic maius aestimandum retinere aliquem in vita, cuius sensum habet, quam dare eam non sentienti. L.

vici, quum ego dederim sentienti, ^a quum sentiens me dare: quum vitam tibi non voluptatis meae causa, aut certe per voluptatem dederim: quum tanto maius sit retinere spiritum, quam accipere, quanto levius mori ante mortis metum.

XXXI. Ego vitam dedi statim illa ufuro: tu nescituro, ^a an viveret: ego vitam dedi, mortem timentis: tu vitam dedisti, ut mori possem: ego vitam tibi dedi consummatam, perfectam: tu me expertem rationis genuisti, onus alienum. Vis scire, quam non sit magnum beneficium, vitam sic dare? ² exposuisses; nempe iniuria erat genuisse. Quo quidem colligo minimum esse beneficium, patris matrisque concubitum, nisi accesserint alia, quae prosequerentur hoc initium muneris, et aliis officiis ratum facerent. Non est bonum vivere, sed bene vivere. At bene vivo: sed potui et male: ita hoc tantum est ³ tuum, quod vivo. Si vitam imputas mihi per se, nudam,

a. *quum sentiens me dare* sc. dederim. Egregie contra Zinzerling. Pronull. c. 22. sinceritatem lectionis defendit Gronovius. Repetitio particulae, ait, est rhetorica, pueris nota. Eandemque scripturam iam antea probaverat Gruterus.

a. *an viveret* omnium codd. lectio est, non *viverem*. Mox *exposuisses* plerique codd. dant, probante Pinc. et Gronov. Antea: *Si exp.*

1. *onus alienum* matris Octav. 65. Calig. 5. Tacit. quae in utero gestavit. L. Hist. V, 5. Vide quae ex Ger. *exposuisses*. Liberos exponendi mos iam a Romulo Noodtii et Bynkershoekii scriptis hac de re retulit dicitur esse vetitus, nisi infantes monstrosi, debiles aut Heineccius in Antiq. rom. ad Institut. I, 9 p. 137. not. inliges ad deformitatem b. Parum humane itaque essent iudicati. cf. Dionys. non solum antiquos legumla- halic. II. p. 88. lipf. ed. anni tores hac de re statuisse con- 1691 fol. In Legg. XII tabb. stat: sed ipse Aristoteles Po- etiam fuit. Cic. de Legg. III, lit. VII, 16 vetat, ne quid- 8. Sub imperatoribus tamen quam orbatum natura (*πε- nihil hac expositione fuit πηρωμένον*) aleretur. frequentius: cf. Sueton.

dam, egentem confilii, et id ut magnum bonum iactas: cogitâ te mihi imputare muscarum ac vermium bonum. Deinde, ut nihil aliud dicam, quam bonis artibus me studuisse, ut cursum ad rectum iter vitae dirigerem: in ipso beneficio tuo, maius quam quod dederas, recepisti. Tu enim me mihi rudem et imperitum dedisti: ego tibi filium, qualem genuisse gauderes.

XXXII. Aluit me pater. Si idem praesto, plus reddo: quia non tantum ali se, sed a filio ali gaudet, et maiorem ex animo meo, quam ex ipsa re, percipit voluptatem. Illius alimenta ad corpus tantum meum pervenerunt. Quid si quis in tantum processit, ut aut eloquentia per gentes enotesceret, aut iustitia, aut bellicis rebus, et patri quoque ingentem circumfunderet famam, tenebrasque natalium suorum clara luce discuteret: non inaeſtimabile in parentes suos beneficium contulit? An quisquam Aristonem et Grylum, nisi propter Xenophontem ac Platonem filios, noſſet? Sophroniscum Socrates expirare non patitur. Ceteros enumerare longum est, qui vivunt ob nullam causam aliam, quam quod illos liberorum eximia virtus tradidit posteris. Utrum maius beneficium dedit M. Agrippae pater, ne post Agrippam quidem notus: an patri dedit Agrippa, navali corona insignis, unicum adeptus inter dona militaria decus? qui tot in 3 urbe

2. *Aristo* Platonis, *Grylus* Xenophontis pater fuit. Cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. p. 1. et p. 57. Harl. *ne post — notus*. De hac ignobilitate Agrippae cf. Seneca pater lib. II Controvers. IV (XII) p. 195. To. III. Gronov. *unicum* i. e. rarissimum, utpote quod solus praeter

Agrippam M. Varro accepit. Plin. H. N. 16, 4. Omnia quae de *M. Agrippa* noster retulit, historia tellatur, e. c. aquaeductus (Dio Cass. 54, 12), balneum laconicum, arcum Neptuni, Pantheon etc. Dio Cass. 53, 27. 54, 28 — 30. cf. ad Epist. 94, 46.

urbe maxima opera excitavit, quae et priorem magnificentiam vincerent, et nulla postea vincerentur? Utrum Octavius maius ullum beneficium dedit filio, an patri divus Augustus, quamvis illum umbra adoptivi patris abscondit? Quantam cepisset voluptatem, si illum, post debellata arma civilia, vidisset securae paci praesidentem, non agnoscens bonum suum, nec satis credens, quoties respexisset ad se, potuisse illum virum in domo sua nasci? Quid nunc ceteros persequar, quos iam consumisset oblivio, nisi illos filiorum gloria e tenebris eruisset, et adhuc in luce retineret? ^a Deinde quum quaeramus, non, quis filius patri maiora beneficia reddiderit, quam a patre acceperat: sed an possit aliquis maiora reddere: etiam si quae retuli exempla, nondum satisfaciunt, nec beneficia parentum suorum supermicant; capit tamen hoc natura, quod nondum ulla aetas tulit. Si singula paternorum meritorum magnitudinem exsuperare non possunt, plura in unum congesta superabunt.

XXXIII.

a. *Deinde quum quaeramus, non, quis omnes palatini et Naz. cum Colon. Deinde — num quis, non quaerimus debetur veteri codici Eralmi. Deinde non quaeramus num quis* ante Gruterum vulg. Gronovius servat veterem codd. lectionem, nisi quod *num* in *non* mutat, et ita distinguit, ut verba: *etiam si — supermicant* pro parenthesi habeat et *capit tamen* ad *Deinde quum* referat. Sequutus eum sum. Mox *supermicant* omnium edd. antiq. lectio est, codd. imprimis Naz., tamen servant, *superiniiciunt*, unde, Salmasio ad Solum auctore, Gronovius *superiaciunt* legendum suadet, tum ad Liv. X, 30. et 38, 58, tum ad h. l., collato usq. Graec. τῶν ὑπερακοντιζειν et ὑπερβαλλειν. Si vero nulla emendatione admissa codd. lectio bonum sensum funderet, libenter sequeretur: sed quum haec emendari prius debeat, quam illa uti possim, istam ab edd. oblatam eamque bonum sensum praebentem praeferam, nec quidquam mutem:

3. *umbra adoptivi patris*, gaudium magnum fuisse etc. Iulii Caesaris, qui verum imago arboris, qua modo et legitimum patrem Octavianum oblivioni fere tradidit. Nihilominus Octavii tatis celebres: Miraturque no-

XXXIII. Servavit in proelio patrem Scipio, et praetextatus in hostes equum concitavit: parum est, quod ut perveniret ad patrem, tot pericula maximos duces quummaxime prementia contempsit, tot oppositas difficultates: quod ad primam pugnam exiturus tiro per veteranorum corpora cucurrit; quod annos suos transilivit. Adiiice, ut idem patrem reum defendat, et conspirationi inimicorum potentium eripiat: ut alterum illi consulatum, ac tertium, aliosque honores etiam consularibus concupiscendos congerat, ut pauperi raptas belli iure opes tradat; et quod est militaribus viris speciosissimum, divitem illum spoliis etiam hostilibus faciat. Si adhuc parum est, adiiice ut provincias et extraordinaria imperia continuet: adiiice ut dirutis maximis urbibus, Romani imperii sine aemulo ad ortus occasusque venturi defensor et conditor, maiorem nobilitatem nobili viro adiiciat.

I 2

Dic

vas frondes et non sua poma, in memoriam revocavit.

1. De *P. Cornelio Scipione* Africano maiore idem narrat Liv. 21, 46, qui ait: Servati consulis (P. Corn. Scipionis patris huius filii celeberrimi) decus Coelius ad servum natione Ligurem delegat: malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit. Polyb. X, 3 memorat rem quoque ex ore Laelii intima cum Scipione amicitia iuncti. Actum hoc est a. u. 536 in proelio equestri cum Annibale ad Ticinum, Scipione annum decimum septimum agente, ideoque et *praetextato et li-*

rone, et si eum togam virilem iam assumpsisse verisimile fit, quod anno XV aut XVI aetatis factum constat.

2. *Adiiice, ut idem etc.* Noli credere, Scipionem filium haec pro patre gessisse. Nam historia docet, patrem consulatu deposito in Hispaniam abiisse cum supplemento copiarum et ibi a. u. 544 cum fratre periisse: vid. Polyb. III, 37 sq. X, 7 et 36. Liv. 25, 36. Animo, potius ait, fingas, eum omnia, quae pietas in patrem conferre posset, in patrem suum cumulavisse beneficia, et compares tunc cum eo patrem etc.

^a Dic Scipionis patrem: dubium est, quin generandi vulgare beneficium vicerit eximia pietas et virtus, ipsi urbi nescio utrum maius praesidium afferens, an decus?

XXXIV. Deinde, si hoc parum est, finge aliquem tormenta patris discussisse, finge in se transtulisse. Licet tibi in quantum velis extendere beneficia filii, quum paternum munus et simplex sit, et facile: ^a sed et danti voluptarium, quod necesse est, ille multis dederit etiam, quibus dedisse se nescit. In quo confortem habet, in quo spectavit legem patriam, praemia patrum, domus ac familiae perpetuitatem, omnia ² potius quam eum cui dabat. Quid si quis sapientiam confe-

^a. *Dic Scipionis patrem: dubium est — decus?* Sic optimi codd. Vulgatae tenent: *haud dubium — decus*. Recte Gronov. codd. sequutus, accipe, ait, an dubium est, dubiumne est? — *a. sed et danti voluptarium, quod necesse est, ille multis dederit etc.* Quum vulgata *nec dante voluptarium. Quid necesse est multis?* haberet, codd. autem darent, *sed dante voluptarium*, et deinceps *quod necesse est ille multis dederit etiam*: Pincianus egregie sensum Senecae perspicuus dedit: *sed et danti voluptarium, quod necesse est etc.*, eumque iure sequutus est Gronovius, qui praeclearum locum hunc interpretatus est.

1. *Sed et danti voluptarium, quod necesse est, ille multis dederit etiam, quibus dedisse se nescit.* Omnia haec eodem filo ducuntur ad minuendum beneficium paternum. Nihil impedit, inquit, quominus in immensum exaggeres beneficia, quae a filio potest accipere pater: nullum est enim tanti momenti, tam late patens, quod ab homine in hominem manare possit, quod non etiam patri expensum ferre queat filius, quum interim paternum illud generaturae sit unum, vulgare, obvium paratumque, praeterea lusus et iocus danti; tum eiusmodi, quod necessario (quotiens enim quisque in uxore primum virum se experitur?) multis dederit, quos non agnoscit, et quod non solum dedit, sed partem in eo consors tori vindicat; de quo ut cogitaret, invitatus est non commodo aut necessitate accepturi, sed poenis caelibum lege irrogatis et praemiis patrum, et deside-

consecutus, hanc patri tradiderit, etiam nunc disputabimus, an maius aliquid dederit, quam acceperat: quum vitam beatam patri reddiderit, acceperit tantum vitam? Sed patris, inquit, beneficium est, quidquid facis, quidquid praestare illi potes. Et praeceptoris mei, quod^b institutis liberalibus profeci. Ipsos tamen, qui tradiderunt illa, transcendimus; utique eos, qui prima elementa docuerunt. Et quamvis sine illis nemo quidquam assequi posset, non tamen quantumcunque qui assecutus est, infra illos est. multum inter prima ac maxima interest. Nec ideo prima maximorum instar sunt, quia sine primis maxima esse non possunt.

XXXV. Iam tempus est quaedam ex nostra, ut ita dicam, moneta proferri. Qui id beneficium dedit, quo est aliud melius, potest vinci: pater dedit filio vitam,

13

vitam,

b. *institutis*. Lipsium in *studiis* emendaturam repressit Gronovius initio nott. ad Ciceon. de Officiis.

desiderio propagandae gentis, denique omnibus aliis potius, quam respectu eius cui dabat. Gronovius. *Lex patria* est Lex Julia de maritandis ordinibus, quam pertulit Augustus. Sueton. Aug. 89. Praemia autem sunt lege Papia Poppaea promissa, e. c. ius liberorum trium, quatuor et quinque, quod omnium munerum personalium immunitatem haberet. Cf. Heineceii Antiq. rom. ad Instit. I, tit. 25.

dat laudatque: quum primumque illi qui prima elementa docerent, *γραμματοδιδάσκαλοι* et *γραμματισται* parvi aestimarentur. cf. Lucian. III p. 23 bip. not.

1. *ex nostra* — *moneta*. Stoica? an tua propria, o Seneca? Credo illum haec a se promere: priora ab Heratone aut Chrytippo fuerunt. Lipsio haec iudicanti iam praeverat Henr. Stephanus lib. 1. c. 1. Prood. consentiente Grut. Ceterum ut comparatio sermonis cum moneta est nota, ita et moneta m. l. pro copia, thesauro adhiberi apparet. Cf. Bentleyi. ad Horat. A. P. 59.

3. *Ipsos tamen* — *transcendimus*, superare solemus. Nam gratum in praeceptores animum commen-

vitam; est autem aliquid vita melius: ita pater vinci potest, quia dedit beneficium, quo est aliquid melius.

2 Etiam nunc, qui dedit alicui vitam, si semel et iterum liberatus est mortis periculo, maius accepit beneficium, quam dedit: pater autem vitam dedit: potest ergo, si saepius periculo mortis liberatus a filio fuerit, maius beneficium accipere, quam dedit. Qui beneficium accepit, maius accepit, quo magis eo indiget; magis autem indiget vita qui vivit, quam qui natus non est, ut qui ne indigere quidem omnino possit: maius ergo beneficium accipit pater, si vitam a filio accepit, quam filius a patre, quod natus est.

3 Patris beneficia vinci a filii beneficiis non possunt. quare? quia vitam accepit a patre: quam nisi accepisset, nulla dare beneficia potuisset. Hoc commune est patri cum omnibus, qui vitam dederunt alicui, non potuissent enim referre gratiam, nisi vitam accepissent. Ergo nec medico in maius gratia referri potest. solet enim et medicus vitam dare: nec nautae, si 4 naufragum sustulit. Atqui et horum et aliorum, qui aliquo modo nobis vitam dederunt, beneficia vinci possunt: ergo et patrum possunt. Si quis mihi beneficium dedit, quod multorum beneficiis adiuvandum esset, ego autem beneficium illi dedi, quod nullius adiutorio egeret, maius dedi quam accepi: pater filio vitam dedit perituram, nisi multa accessissent, quae illam tuerentur: filius patri si dedit vitam, dedit eam, quae nullius desideraret auxilium, in hoc, ut

2. *Etiam nunc* i. e. praeterea aliisque recentioris aetate. Quae nunc Seneca Stoae auctoribus, iis enim profert, non pro novis cen- Panaetius, Hecaton aliique feri possunt, sed sunt repetita ex antecessis, sed eo, adscribendi esse videntur, attulerat, vel refutaret disputo, consilio, ut firmaret sensu. Dialecticum autem suo assensu, quae ex Heca- agit, stoico more.

ut permaneret: ergo maius beneficium accepit a filio pater, qui vitam accepit, quam ipse illi dederat.

XXXVI. Haec non destruunt parentum venerationem, nec deteriores illis liberos faciunt, immo etiam meliores. naturá enim gloriosa est virtus, et anteire priores cupit. ^a Alacrior erit pietas, si ad reddenda beneficia cum vincendi spe venerit. Ipsis patribus id volentibus laetisque contigerit; quoniam pleraque sunt, in quibus nostro bono vincimur. Unde certamen tam optabile, unde tantam felicitatem parentibus, ut fateantur se ipsos filiorum beneficiis impares? Nisi hoc ita iudicamus, excusationem dāmus liberis: et illos legniores ad referendam gratiam facimus, quibus stimulos adiicere debemus, et dicere, Hoc agite, optimi iuvenes! proposita est inter parentes ac liberos honesta contentio, dederint maiora, an receperint. Non ideo vicerunt, quia occu-

I 4

pave-

a. *Alacrior erit pietas — venerit. Ipsis patribus id volentibus laetisque etc.* Sic constituit lectionem e codd. Gron., quum antea haberetur: *Id si patribus idem v. legibusque c.*

1. Hoc cap. in planam pietatis thesauro, existet atque orietur nobis tam optabile certamen? unde sperabimus eventuram tantam felicitatem? Deinde, his positus, Gronovius affert loca quaedam e Senec. IV de Benef. 6, 3. de Tranq. Anim. c. 3. Ep. 95. unde apparet, unde saepe cum accusat. alioque casu poni, subintellecto verbo quodam. Addi potest Horat. Serm. II, 7, 116. Unde mihi lapidem? quorsum est opus? unde sagittas?

1. Hoc cap. in planam pietatis thesauro, existet atque orietur nobis tam optabile certamen? unde sperabimus eventuram tantam felicitatem? Deinde, his positus, Gronovius affert loca quaedam e Senec. IV de Benef. 6, 3. de Tranq. Anim. c. 3. Ep. 95. unde apparet, unde saepe cum accusat. alioque casu poni, subintellecto verbo quodam. Addi potest Horat. Serm. II, 7, 116. Unde mihi lapidem? quorsum est opus? unde sagittas?

quam ex arcano quodam

paverunt. Sumite modo animum, qualem decet, ^b et deficere nolite, ut vincatis, optantes. Nec defunt tam pulchro certamini duces, qui ad similia vos cohortentur, ac per vestigia sua ire ad victoriam, saepe iam partam ex parentibus, iubeant.

XXXVII. Vicit Aeneas patrem, ipse eius in infantia leve tutumque gestamen, gravem lenio, per media hostium agmina, et per cadentis circa se urbis ruinas ferens, quum complexus sacra ac penates deos religiosus senex non simplici vadentem sarcina premeret: tulit illum per ignes, et, quid non pietas potest? pertulit, colendumque inter conditores Roman²i imperii posuit. Vicere Siculi iuvenes, quum Aetna maiore vi peragitata, in urbes, in agros, in
magnam

^b. *et deficere nolite, ut vincatis, optantes.* Sic edd. vet. et codd. nonnulli ap. Grut. Gronoviumque: nam cod. Naz. *nolite vincatis optates*, unde alterius manu factum erat *optantes*. H. e. destituere illos optantes, ut vincatis, deesse illis optantibus.

2. *deficere — optantes.* tana oriundi, Anapias et nolite, ut victoriam adipiscamini, parentibus vestris Amphinomus. Evenit autem hoc ipsum optantibus adversari, deesse, Stobaeo Eclog. Serm. 77 si- ve Serm. 198 fref. 1581. p. 676., ubi tamen fratres Philonomus et Callias appellantur: nam diversa nomina eduntur, quia fortasse diversa tempore res eadem acciderit. Aristoteles de mundo c. 6. et Lycurg. Orat. in Leocrat. c. 23 p. 199. To. IV Reisk., primi huius rei mentionem fecerunt, quos multi sequuti sunt. Sed cf. Excurf. VI. ad Lucilii Aetnam vers. 620. To. IV p. 369. Poet. min. lat., ubi

1. Quis de hac pietate Aeneae in patrem Anchisen, quam tot tantaque monumenta cuiuscunque generis celebrarunt, nihil ne sando quidem audiverit, aut hic notam expectaverit, cuius materia cuilibet obvia est? At minus nota est narratio de Siculis iuvenibus, repetita nostro lib. VI, 36. Fratres hi servantes suos parentes e flammis vocantur Catanenses, urbe quippe Ca-

Werns-

magnam insulae partem effudisset incendium, vexerunt parentes suos. ^a Discessisse creditum est ignes, et utrimque flamma recedente limitem adaperitum, per quem transcurrerent iuvenes dignissimi, qui magna tuto auderent. Vicit Antigonus: qui quum in-3
genti proelio superasset hostem, praemium belli ad patrem transtulit, et imperium illi Cypri tradidit. Hoc est regnum, nolle regnare, quum possis! Vicit patrem, imperiosum quidem, T. Manlius: ^b qui quum ante ad tempus relegatus esset a patre, ob adolescentiam brutam ac hebetem, ad tribunum plebis, qui patri suo dixerat diem, venit: petitoque tempo-4
re, quod ille dederat, sperans fore proditorem parentis invisum, et bene meruisse se de iuvene credebat,

15

cuius

a. *Discessisse*. Receptum ex mss. Gronovius, quum antea esset: *dissedisse*. — b. *qui quum ante ad tempus rel.* Sic Erasmus, al. Nec fere abeunt codd. Naz. enim dat: *quum antea ad tempus*, alii *quum ante ad tempus r.* Locum in mendo cubare nemo dubitaverit. Hinc Gruterus fecit: *qui quum antea in rus rel.* Lipsius *ante id tempus*, nempe diei dictae et rei iam narrandae. Gronovius: *calidam*, ait, divinationem timide proponam: *qui quum Antiate in rus rel. esset a p.* Sed quis dixit in Antiate villam Manlii fuisse? Etsi nos careamus, non necesse est, caruisse auctoribus Senecam. Ingeniola quidem est haec coniectura, sed valde incerta. Fuit, quum emendarem: *ante a Republica rel.* Sed meliores codd. expectandi sunt. Mox *actionis* e codd. inprimis Naz. et Col. receptum, cuius interpretamentum, *accusationis*, in vulgatis est.

Wernsdorf copiosissime de hac re exposuit, quam et Vir amiciss. Iacobs Exercitatt. crit. in scriptt. vet. To. II. p. 199 inscriptionem Cyzicenam erudite illustrans attigit.

3. Memoriae lapsu *Antigonus* memoratur, quum eius filius *Demetrius* poliorcetes hoc fecisse narretur Plat. vit. Demetr. c. 16 sq.

Hostis erat Ptolemaeus I rex Aegypti. *Manlius*: multi hoc idem narrat, e. c. Cic. de Off. III, 31, 5 sq. Liv. 7, 4 etc. M. Pomponius trib. pl. eum ad populum accusaverat, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset etc.: filius fuit ille Torquatus durus, qui filium securi occidi iussit, quod contra imperium pugnaverat

rat

cuius exsilium pro gravissimo crimine inter alia Manlio obiiciebat, nactus adolescens secretum, stringit occultatum sinu ferrum, et, Nisi iuras, inquit, te diem patri remissurum, hoc te gladio transfodiam. In tua potestate est, utro modo pater meus accusatorem non habeat. Iuravit tribunus: nec fefellit, et causam actionis remissae concioni reddidit. Nulli alii licuit impune tribunum in ordinem redigere.

XXXVIII. ^a Alia ex aliis exempla sunt eorum, qui parentes suos periculis eripuerunt, qui ex infimo ad summum protulerunt, et e plebe acervoque ignobili nunquam tacendos seculis dederunt. Nulla vi verborum, nulla ingenii facultate exprimi potest, quantum opus sit, quam laudabile, quamque nunquam a memoria hominum exiturum, posse hoc dicere: **2** Parentibus meis parui, cessi: imperio eorum, sive aequum, sive iniquum ac durum fuit, obsequentem submissumque me praebui: ad hoc unum contumax fui, ne beneficiis vincerer. Certate, obsecro vos, et fusi quoque restituite aciem. Felices, qui vicerint: felices, qui vincentur. Quid eo adolescente praeclarius, qui sibi ipsi dicere poterit: neque enim fas est alteri dicere: Patrem meum beneficiis vici? Quid eo fortunatius sene, qui omnibus ubique praedicabit, a filio se suo beneficiis victum? Quid autem est felicis, quam sibi cedere?

a. *Alia ex aliis exempla sunt.* Sic omnes codd. et edd. Rudolphus vero Agricola coniecit: *subeunt*, quod recentiores edd. invalit.

rat cum hoste, Livio tra- aetatem ab ineunte adole-
dente. *hoc est — possis.* Si- scientia Tuis servivi servitu-
milia exempla laudat Freins- tem imperiis et praeceptis,
hem. ad Curt. IV, 1, 18. pater. Pro ingenio ego me

1. *Posse hoc dicere.* Quod liberum esse ratus sum, pro
Lesbonicus ille apud Plau- imperio tuum. L.
tum (Trinum. II, 2, 20): 2. *quam sibi cedere.* Qua-
Semper ego usque ad hanc si filius, alter sit ille.

L. AN-

L. ANNAEI SENECAE
 AD AEBUTIUM
 LIBERALEM
 DE BENEFICIIS
 LIBER IV.

Argumentum et Ordo.

Arguta fere tractat, sed utilibus (ut semper) mixtis. Quaerit, an Beneficium et Gratia per se expetenda? asserit, contra Epicureos, qui omnia fructu metiebantur. Inter alia hoc argumento, quod etiam dii dent Beneficia: quod ipsum contra illos negantes ubertim docet. Obiectiones deinde removet, quae utilitatem versari in Beneficiis docere videantur. Tum ad Gratiam venit, et ostendit eam quoque referendam solius Honesti, non Utilis, adspectu. Tum quaerit, An, quem scias ingratum futurum, beneficium sit dandum? distinguit, et partim ait, partim negat. L.

I. Ex omnibus quae tractavimus, Aebutii Liberalis, potest videri nihil tam necessarium, aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum, quam quod in manibus est: An beneficium dare, et invicem gratiam referre,

I. Quaestionem, an beneficium dare et invicem gratiam referre, per se res extractatur. *Sallustius* Bell. ing.

ferre, per se res expetendae sint? Inveniuntur qui honesta in mercedem colant, quibusque non placeat virtus gratuita: quae nihil habet in se magnificum, 2^a si quidquam venale. Quid enim est turpius, quam aliquem computare quanti vir bonus sit: quum virtus nec lucro invitet, nec absterreat damno, adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut contra in se impendere iubeat, ac saepius in ultro tributis sit? Calcatis utilitatibus ad illam eundum est, quocumque vocavit, quocumque misit, sine respectu rei familiaris: interdum etiam, sine ulla sanguinis sui parsimonia vadendum, nec unquam imperium 3 eius detrectandum. Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc grate fecero? Quod feceris. Nihil tibi extra promittitur: si quid forte obvenerit commodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum pretium in ipsis est. Si honestum per se expetendum est, beneficium autem honestum est, non potest

a. *si quidquam venale.* Sic optimi codd. Alii tamen inferunt: *si quidquam habet v.* Mox *quum virtus nec lucro invitet, nec absterreat damno* optimi codd. dant, et Gruteri et Pinciani, qui tamen maluit: — *invitetur — absterreatur d.* Vulgg. habent — *quum virtutem nec lucrum invitet, nec absterreat damnum.*

jug. 54. Curtius p. 1010 in fragmentis ex Hist. VI collocavit hunc locum, nescio qua causa motus. Sallustius hac loquutione primus et saepius usus esse videtur; Livius tamen quoque usus est XXXV, 9: est i. q. ἀνεβώς. cf. de Provident. 5, 7. To. I. p. 318: vir cum cura dicendus: de Tranq. Anim. c. 14 extr. Tacito frequens haec loquutio. *Inveniuntur*, Epicurei,

2. *quanti i. quo pretio virtutem sequatur: quasi non ipsa sui pretium. ut contra — sit.* ut saepius dare quam accipere inbeat. *Ultro tributa* aliquoties apud Liv. 39, 44, 43, 16 occurrunt de impensis operum publicorum mancipibus et redemptoribus certa mercede locatorum. Significat itaque h. l. sumtum magnum impensasque virtutis causa saepe esse faciendas. cf. Heinecc.

potest alia eius conditio esse, quum eadem natura sit. Per se autem expetendum esse honestum, saepe et abunde probatum est.

II. In hac parte nobis pugna est cum Epicureorum delicata et umbratica turba, in convivio suo philosophantium: apud quos virtus voluptatum ministra est. Illis paret, illis deservit, illas supra se videt. Non est, inquit, voluptas sine virtute. Sed quare ante virtutem est? De ordine putas disputationem esse? De re tota, et de potestate eius ambigitur. non est virtus, si sequi potest. Primae partes eius sunt: 2
ducere debet, imperare, summo loco stare. tu illam iubes signum petere. Quid, inquit, tua refert? et ego sine virtute nego beatam vitam posse constare. Ipsam voluptatem, quam sequor, cui me mancipavi, remotâ illâ, improbo et damno. de hoc uno disputatur, utrum virtus summi boni causa sit, an ipsa summum bonum. Ut hoc unum quaeratur, ordinis 3
tantum existimas mutationem? ista vero confusio est et manifesta caecitas, primis postrema praeferre.

Non

nec. Antiq. rom. 3, 23, 10. Lipsius laudat Turnebi Adversar. I, 29. *calcatis*, contumeliose habitis. cf. ad Epistol. 31, 1.

3. *Per se — est.* Est enim praecipuum dogma, est principium Stoeae. cf. Cic. de fin. III, 11. Tiedemanni System der stoisch. Philos. III. p. 85 sq.; qui recte dogma exponit, perperam de fundamento eius iudicat. Similis est principium Kantii, quatenus aequè a ratione profectum est ac hoc stoicum.

II. Iam in libro de vita beata capp. 9—12, et Ep. 74 de hac re disputatum esse vidimus. Cf. egregium Kantii iudicium in Critik der prakt. Vernunft p. 198 sq. ed. II., quod laudavi ad Epist. 85, 15. Caeterum facilis erat disputatio Stoicorum contra Epicureos, in primis hosce, qui nonnisi in voluptatibus crassioribus felicitatem suam ponerent; perperam et contra Epicurum voluntatem *ἡδονὴν* felicitatem interpretantes. Vide Arriana. Diss. Epictet. III, 7, Cic.

Non indignor, quod post voluptatem ponitur virtus, sed quod omnino cum voluptate confertur. Contemtrix eius et hostis est, et longissime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, virilibus incommodis, quam isti effeminato bono.

III. Inferenda haec, mi Liberalis, fuerunt, quia beneficium, de quo nunc agitur, dare, virtutis est, et turpissimum, id causa ullius alterius rei dare, quam ut datum sit. Nam si recipiendi spe tribueremus, locupletissimo cuique, non dignissimo, daremus. ^a nunc vero diviti importuno pauperem praeferamus: non est beneficium, quod fortunam spectat. Praeterea, si ut prodessemus, sola nos invitaret utilitas, minime beneficia distribuere deberent, qui facillime possent, locupletes, et potentes, et reges, aliena ope non indigentes. Dii vero tot munera, quae sine intermissione diebus ac noctibus fundunt, non darent. in omnia enim illis natura sua sufficit, plenosque et tutos, et inviolabiles praestat. Nulli ergo beneficium dabunt,

a. *nunc vero diviti importuno pauperem praeferamus.* Sic cod. Naz. alique: *praeferimus* vulg. At sensus subiunctivum postulare videtur; et causa additur. Ceterum recte *importuno* praefertur a Gronov. emendationi Lipsii *opportuno*. Diviti importuno est impotenti, improbo, superbo, intolerabili.

Cic. de fin. II. et Baylium in Dictionn. hist. et crit. Epicure. Non multum dissimilis est rixa, quae inter rigidos Kantianismi et Eudaeonismi alleclas agitata est.

III. Gratiae itaque nulla est ratio habenda, quod nec Dii faciunt in beneficiis dandis: usque ad cap. IX.

1. *Diviti importuno* i. impotenti, improbo, superbo. Infra IV, 4, 10: Ideo locu-

pletem sed indignum praeteribo.

2. *Dii — fundunt* etc. e divite et pleno sinu. Egregia haec conspirant cum dictis Servatoris ap. Matth. V, 45. Luc. VI, 35 et Paulli Actorum Apost. XIV, 15 et 16. Nostro perquam familiaria fuisse docent de Benef. I, 1, 9. IV, 25 init. etc. Hymnus Cleanthis in Iovem ap. Brunck. Poet. gnom. graec. p. 141 sq. praeiverat.

dabunt, si una dandi causa est, se intueri ac commodum suum. Istud non beneficium, sed foenus est: circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quaesuosissime habeas, unde facillime tollas. Quod quum longe a diis remotum sit, ^b sequitur ut illi liberales sint. nam si una beneficii dandi causa sit dantis utilitas, nulla autem ex nobis utilitas deo speranda est, nulla deo dandi beneficii causa est.

IV. Scio quid hoc loco respondeatur. Itaque non dat Deus beneficia, sed securus et negligens nostri, averfus a mundo, aliud agit, aut, quae maxima Epicuro felicitas videtur, nihil agit, nec magis illum beneficia, quam iniuriae tangunt. ^a Hoc qui dicit, non ² exaudit precantium voces, et undique sublatis in coelum

^b. *sequitur ut illi liberales sint.* Sic cod. Naz. al. Antea: *liberales, sine illi.* — ^a. *Hoc qui dicit.* Sic omnes codd. et edd.: nec sollicitari debet, modo recte interpreteris. Gronov. exponit: Qui ita respondet, ille istis verbis hanc sententiam expromit: Deus non exaudit etc. At non opus est, ut cum eodem Gron. τὸ *qui* deleas. Videas not. Ceterum iam antiquis temporibus hic locus valde turbatus fuerit, quod videre licet e mira lectionis varietate: nam omnes codd. habent non *facientium*, sed *facientibus*, et inserunt multi *geri* post *privata*, nonnulli, τῶν *geri* omisso, addunt: *non attendit.* Hoc postremum pro glossa τῶν *non exaudit* habeo, et *facientibus* ortum e compendio scribendi.

1. *Itaque quia nulla Deo dandi beneficii causa est.* σφενεῖα καὶ Φόβῳ καὶ προσ-
Epicuro. Res nota est. δεήσει τῶν πλησίον ταῦτα
Conferas tamen Baylii Dictionn. γίνεται. ubi Menagius prae-
ter alia Lucretii I, 60 de na-
tura divina haec assert: Nam
der speculat. Philos. II p. privata dolore omni, seiun-
383 sq. Lipsius laudat ex cta periculis Ipsa suis pollens
Epicuri epistola ad discipu- opibus, nihil indiga nostri,
lum eundemque amicum Nec bene promeritis capi-
sum Herodotum (ap. Diog. tur, nec tangitur ira.
Laert. X, 77): οὐ γὰρ συμ- 2. *Hoc qui dicit* — pu-
Φωνοῦσι πραγματεῖαι καὶ blica. Qui hoc dicit, num-
Φροντίδες καὶ ὄργανι καὶ χά- quam audiverit necesse est
ριτες μακαριότητι, ἀλλ' ἀ- precantium voces etc. Con-
 tra

lum manibus vota facientium, privata ac publica. Quod profecto non fieret, nec in hunc furorem omnes mortales consensissent alloquendi furda numina et inefficaces deos, nisi nossent illorum beneficia nunc ultro oblata, nunc orantibus data, magna, tempestiva, ingentes minas interventu suo solventia.

3 Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato, et in poenam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Ipsos illos complorantes fortem suam, et querulos circumspice. invenies non ex toto beneficiorum coelestium expertes: neminem esse, ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manaverit. Parum est autem id, quod nascentibus ex aequo distribuitur? Ut quae sequuntur, inaequali dispensata mensura, transeamus, parum dedit natura, quum se dedit?

V. Non dat Deus beneficia! Unde ergo ista quae possides? quae das? quae negas? quae servas? quae rapis? unde haec innumerabilia, oculos, aures, animum mulcentia? unde illa luxuriam quoque instruens copia? Neque enim necessitatibus tantummodo nostris

tra omnem omnium hominum usum itaque Epicurus haec dixisse videtur, ille qui tamen ipse consensum hominum tanti fecerit in demonstratione sua, deum esse. *Exaudire* autem esse i. q. audire notum est, et hoc sensu infra occurrit IV, 21, 2. Nexus denique sententiarum hanc interpretationem postulat, quem non intellexerunt interpp., fortasse quia vim verbi *exaudidit* male ceperint.

3. Egregia sunt haec,

quorum multa similia vel ex ipso nostro afferri possent, si brevitatis notarum nostrarum pateretur. Multa similia Cicero quoque de Nat. D. habet. *duro fato* i. diis adversis natus et in miseria. *se dedit*. natura est mundus. Adspicimus naturam, passimur ab ea et varie oblectamur.

1. *usque in deliciis amamur*. Instar puerorum puellarumve amatorum amamur a natura. Ac primum digna est animadversio *Ruhnkenii*

nostris provifum est: usque in delicias amamur. Tot arbuta, non uno modo frugifera, tot herbae salutare, tot varietates ciborum per totum annum digestae, ut inertiquoque fortuita terrae alimenta praeberent! Iam animalia omnis generis, alia in sicco solidoque, alia in humido innascentia, alia per sublime dimissa: ut omnis rerum naturae pars tributum aliquod nobis conferret! Flumina haec amoenissimis flexibus campos cingentia, ^a illa praebitura commerciis viam, vasto et navigabili cursu vadentia, ex quibus quaedam statis diebus mirabile incrementum

a. *illa praebitura commerciis viam, vasto* etc. Erasmus sequor. Codd. non longe recedunt: *commerciana via vasto*. Pincianus vero e suis membranis castigat: *commerciana mari, vasto* etc. Ante versus Virgilii aliquid deesse putavit Lipsius, qui tamen non reputavit, Senecam impetu quasi poetico hic abripi, ut omisso τῶ *quid* aut *anne* aut simili, hos versus apponeret. Signum interrogationis e Virg. Ge. II, 160 apposui.

in praefat. ad Schelleri Lexicon Latino-batavum, quae hic apponatur: In hac praepositione illustranda, ait, fugit Lexicographorum diligentiam vis ea, qua pro *instar* ponitur. Antholog. Lat. To. I. p. 271: Dicitur in nitidum procubuisse bovem. Sic saepe Appuleius, ad cuius lib. III. p. 191 plura Oudendorpius. Eodem modo Graeci, non optimi illi quidem, sed certe fati boni loquebantur. Philostratus de vita Sophistar. II, 12 p. 593 ἐς λέοντα θυμουῦται, καὶ ἐς σὺν ὄρου. De *deliciis* sic Plutarch. vit. Anton. c. 59 Reisk. ὁ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶν Καίσαρος
Vol. IV.

παιγνίων παιδάριον, ἃ δελικία Ῥωμαῖοι καλοῦσι.

2. *ex quibus quaedam fati* — *irriget*, ut Nilus et quidam alii. Vide Nat. Quaest. III, 26. *de medicatis torr.* s. aquis, in quibus sulphur, alumen, ferrum etc., nos vocamus aquas minerales, de quibus egit Plin. H. N. XXXI. init., ubi de fonte Ciceronis oculis medente et de aliis bona affert. *aquarum calentium* e. c. Baiarum. cf. Ep. 89, 20. not. Versus sunt celebratissimi Virgilii Georg. II, 160 laudes Italiae complexi. In lacubus memorabiles sunt *Larius*, nunc Lago di Como, per quem Addua in Padum
K in-

tum trahunt, ut arida et ferventi subiecta coelo loca subita vis aestivi torrentis irriget! Quid medicatorum torrentium venae? quid in ipsis litoribus aquarum calentium exundatio?

— *Te Lari maxime, teque*

Fluctibus, et fremitu assurgens Benace marino?

VI. Si pauca quis tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium; immensa terrarum late patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donaverit, et arcam tuam, quoniam id tibi magnum videtur, impleverit, beneficium vocabis: tot metalla defodit, ^a tot flumina emisit terrâ, super quae decurrunt sola aurum vehentia; argenti, aeris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum, cuius investigandi tibi facultatem dedit, ac latentium divitiarum in summa terra signa disposuit: negas te accepisse beneficium? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid resplendeat, et tectum nitidius,

auro

a. tot flumina emisit terrâ. Sic scripsi codd. ducibus, qui emisitiera ad unum omnes praestant. Antea: *emisit in acra.*

influit, et *Benacus*, nunc Lago di Garda, per quem Mincius, paternus Virgilii Iluvius, in Padum fluit. At cf. interp. Virgilii.

1. *super quae.* Flumina quaedam aurum vehere notum est. Tagus olim, hodie flumina Americae, Rhenus etc. *super quae* i. praeter ea flumina, quae sola etc. *signa disposuit*, e terrae colore et natura, aliisque rebus, quas metallorum fossiles observare solent.

2. *marmoris aliquid:* intelligas de crustis aut se-

gmentis marmorum diversi coloris, quibus ad opus musivum utebantur in parietibus soloque ornandis. cf. ad Epist. 86, 5. *tectum* est lacunar, platfonds: auratis et pictura distinctis laminis striisque, quibus lacunaria constabant; similia fere ornamentis nostrorum cubiculorum diaetarumque, stucco appellatis, quod videre licet ex Iosephi Antiq. s. Archaeol. VIII, 3 descriptione. Cf. Propert. III, 1, 50 ibiq. Burmann.

χρυσόπασον, χρυσῶ κατὰ-πασον καὶ κατὰσιτον: vid.

Sal-

auro aut coloribus sparsum, ^b num mediocre munus vocabis? ingens tibi domicilium, sine ullo incendii aut ruinae metu struxit, in quo vides non tenues crustas, et ipsa qua secantur lamina graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas variae distinctaeque materiae, cuius tu parvula frustra miraris, tectum vero aliter nocte, aliter interdiu fulgens: negas te ullum munus accepisse? Et quum ista ³ quae habes magno aestimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas? Unde tibi istum, quem trahis, spiritum? unde istam, per quam actus vitae tuae disponis atque ordinas, lucem? unde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor? unde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra satietatem laceffentia? unde haec irritamenta iam lassae voluptatis? unde ista quies, in qua putrescis, ac marces? Nonne, si gratus es, dices,

— *Deus nobis haec otia fecit:* 4

*Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram
Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.*

Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum

Ludere quae vellem calamo permisit agresti.

Ille Deus est, non qui paucas boves, sed qui per ⁵
K 2 totum

b. *num mediocre.* Sic cum Erasmo scripsi. Codd. quidem omnes non habent; sed non et *num* saepissime confundi constat.

Salmaf. ad Scriptt. Hist. tibus. Vide Lipsii Manu-
Aug. I. p. 978 sq. *sine ullo* duct. in Phylol. Stoic. II, 21.
— *metu:* recessit Seneca à *lamina* sc. ferrae. Eodem
Stoicorum quorundam opi- sensu occurrit lamina ap.
nionibus, in ignem mun- Val. Flacc. I, 123.
dum recessurum esse: et 3. De hoc usu particulae
recte. Nam hoc metu qui- unde cf. ad III, 36, 1. Versus
libet liber est homo et esse sunt Virgilii Eclog. 1, 6 sq.
potest: Stoicis quippe ipsis 5. Egregius Cleanthis
de hac re valde discrepan- Hymnus in Iovem, quem
iam

totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique passim vagantibus pabulum praestat, qui pascua hibernis aestiva substituit, qui non calamo tantum cantare, et agreste atque inconditum carmen ad aliquam tamen oblectationem modulari docuit, sed tot artes, tot vocum varietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo, cantus edituros, commentus est. Neque enim nostra ista, quae invenimus, dixeris: non magis, quam quod crescimus, quam quod ad constitutum tempus sua corpori officia respondent. Nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem iam aetatem, et in robustiorem gradum transeuntem pubertas, et ultimus ille dens surgenti iuventae terminum ponens. Insita sunt nobis omnium aetatum, omniumque artium semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia.

VII. Natura, inquit, haec mihi praestat. Non intelligis te, quum hoc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud est natura, quam Deus, et divina

c. *tamen* omnes codd. et antiquae edd. Est melius, quam *tantum*, et significat, Gron. interprete, non exactam legem harmonicam, sed rudem et qualemcunque observationem modorum. Mox *ille deus*, non *dies*, et *surgenti iuventae*, non *urgenti* codd. optimi dant. In fine *aetatum* loco *virtutum* legi mavult Io. Clericus Silv. philol. p. 215 ad calcem edit. Aeschin. Socrat. Male.

iam supra ad c. III, 2 laudavi, contendi meretur. norum (sc. crinium) nondum natus infans habet: totius enim corporis et sequentis aetatis in parvo tempore iam surgit aetas et transit in robustiorem gradum, illa adest. *Insita sunt* extrinsecus dari. cf. Liplius in Physiol. III, 7.

6. *pubertas*, pubes ipsa, seu nota pubertatis: quo tempore iam surgit aetas et transit in robustiorem gradum, illa adest. *Insita sunt* — *ingenia*. Ipse noster in Quaes. nat. III, 29: in femine, ait, omnis futuri hominis ratio comprehensa est. Et legem barbae et can-

1. *Quam Deus*. Idem lib. II Quaes. nat. c. 45: Vis illum naturam vocare? non peccabis. Plin. H. N.

ratio, toti mundo et partibus eius inserta? Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare. et Iovem illum optimum ac maximum rite dices, et tonantem, et statorem: qui non, ut historici tradiderunt, ex eo quod post votum susceptum acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio eius omnia, stator, stabilitorque est: hunc eundem et fatum si dixeris, non mentieris. nam quum fatum nihil aliud sit, quam series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua ceterae pendent. Quaecunque voles illi nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque coelestium rerum continentia. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera.

VIII. Hunc et Liberum patrem, et Herculem, ac Mercurium nostri putant. Liberum patrem: quia

K 3

omnium

a. *auctorem rerum nostrarum c.* Sic plurimi codd. scripti et editi. Codex tamen Naz. et unus pal. dant: *actorem* i. e. inspectorem et curatorem. Saltem hae voces interdum confunduntur, de qua re monuit Gesner in Thesuro s. v. *auctor* et nuper Hulchke in Anal. crit. p. 141. Mox pro *stetit* Grut. legi mavult *stetit*: sed Charisio 3. Diomede 1. Priscianoque 10. auctoribus est *steti* idem q. cohibui, stare feci.

1, 7 fin. Lipsii Physiol. 1, 5. *nostrarum* quatenus omnia ad hominem retulerunt, cuius causa omnia essent creata. *statorem*. De Etymologia huius vocis haud dubie reicula cf. Gronov. Obsf. IV, 14 p. 698. Lips. et Ernesti clav. Cic. h. v. Est a sisto.

2. *Tot appellationes — munera*. Hinc illae precum formulae: sive talis, sive talis vocari malis, e. c. in Horatii Carmine saeculari. Cf. de hac *πολυωνυμία* Deo-

rum Spanhem. ad Callim. Hy. in Dian. 7. Hemsterhuf. ad Lucian. l. p. 92 bip. *munera* sunt γέρα, τιμαί, δῶρα: vide Valck. ad Euripid. Hippol. p. 78. Mitscherlich. ad Hymn. homeric. in Cerer. vers. 327.

VIII. Vides hic allegoricae interpretationis a Zenone aliisque insequentis Stoicis adoptatae specimen, quae tamen iam inde ab eo tempore, quum philosophari coepissent Graeci, obtinuerat.

omnium parens sit, quod^a ab eo primum inventa
feminum vis est, consultura per voluntatem. Hercu-
lem: quia vis eius invicta sit, quandoque lassata fue-
rit

a. *ab eo*. Etsi omnes codd. his vocibus careant et nonnisi uni mss. Erasmi debeantur, tamen nihil mutandum cenlui, quippe nexu sententiae eas postulante. Mox *ratio* non est sollicitandum: *oratio* enim; quod Gruterus hic fuisse suspicabatur, locum non habet: quamquam alias jungi solent *ratio* et *oratio* in Mercurio, e. c. 1, 3, 7.

nuerat. Quum enim primi
iam philosophiae conditores,
e. c. Anaxagoras, Metrodo-
rus al., quin adeo poetae,
e. c. Pindarus, ruditatem
mythologicarum narratio-
num plerarumque intelle-
xissent, tantum aberat, ut
Xenophanis Homerum im-
pietatis infimulantis exem-
plum. sequerentur (Sext.
Empir. contra Mathem. IX,
139 p. 503: adde Interpp.
ad Diog. Laert. IX, 18),
aut, quod sanius fuisset, Ari-
starchi exemplo, ex indole
et natura aevi, cui origi-
nem debent, interpretarentur,
ut plerique et in his
praesertim Stoici interpre-
tatione allegorica fabulas
nimis rudes crassasque miti-
gare studerent. Quas quid-
em Allegorias etiam eodem
fere tempore a Criticis qui-
busdam homericis, praeser-
tim a Cratete Mallota et ipso
Stoico, ad Homerum illu-
strandum esse adhibitas ma-
nifestum est. Cf. Cornutus,
Sallustius et Heraclides in
Opusc. mythol. a Thom.
Galeo Amstelod. ap. Henr.
Wetsten. 1688. 8. editis.

Vide Heynii V. III. Excurs.
III ad Iliad. Hom. ψ. To.
VIII p. 563 sq. Tiedemanni
System der Stoischen Philos.
II p. 238 sq. Hinc ille ver-
sus, quem Lipsius sub no-
mine Orphei laudat, εἰς
Ζεὺς, εἰς Ἄϊδης, εἰς Ἥλιος,
εἰς Διόνυσος, explicandus est,
quem haud dubie fictum
Stoici cuiusdam esse appa-
ret, nisi forte ad Aristobu-
lea, de quibus nuper Val-
ckenarii commentatio opera
Luzacii, cuius infelicissimum
obitum (d. XII Januar.
1807 Lugd. Bat.) Musae lu-
gent, edita exposuit, potius
pertinuerit. Ductus autem
hic versus est e Iustini Mar-
tyris Cohortat. ad gentes p.
78, 1 ed. Hutchins., et in
fragm. Orphei a Gesnero
sub nr. 4 p. 364 receptus.
Consultura, usui futura hu-
manitati. *Herculem* a Stoi-
cis in sapientem, quin adeo
in sapientiam ipsam esse
mutatum, saepius monui-
mus. Allegorice eius com-
bustio in monte Oeta ad in-
teritum mundi per ignem
refertur.

rit operibus editis, in ignem recessura. Mercurium: quia ratio penes illum est, numerusque, et ordo, et scientia. Quocunque te flexeris, ibi illum videbis² occurrentem tibi. nihil ab illo vacat: opus suum ipse implet. Ergo nihil agis, ingratiſſime mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturae: quia nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura; sed idem est utrumque, nec distat officio. Si quid a Seneca accepisses, Annaeo te diceres debere, vel Lucio: non creditorem mutares, sed nomen. quoniam sive praenomen eius, sive nomen dixisses, sive cognomen, idem tamen ille esset. Sic hunc naturam vocas, factum, fortunam: omnia eiusdem Dei nomina sunt, varie utentis sua potestate. Et iustitia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas, unius animi bona sunt: quidquid horum tibi placuit, animus placet.

IX, ^a Sed ne aliam disputationem ex obliquo habeam, plurima beneficia ac maxima in nos Deus confert sine spe recipiendi: quoniam nec ille collato eget, nec nos ei quidquam conferre possumus. Ergo beneficium per se expetenda res est, una spectatur in eo accipientis utilitas: ad hanc accedamus,

K 4

sepo-

a. *Sed ne aliam disp. ex o. habeam.* Sic omnes scr. et ed. libri: et bene dici disputationem habere docet Iul. Caes. B. G. v, 30. At Pincian. elegantiore, uti putabat, loquendi formam praetulit deditque e coni.: *Sed ne in aliam d. e. o. abeam.* Sed non dispiciendum esse critico et reponendum, quod elegantius sit, nunc inter omnes critices peritos constat, etsi vel sic non desint, qui hanc legem migrent. Prima omnium ac potissima lex critices est, videre et investigare, quid auctori scribere placuerit, nec temere in hac disquisitione agere, neque auctorem emendare sed libarium.

2. *Quocunque te flexeris* IX. Diligenter eligendos etc. Eadem egregie protulit esse, quibus beneficia de Cleanthes in Hymno laudato et noster plenus est huius sententiae, beneficia dare, expetendae, e. c. Epist. 41 petendam per se rem esse, init. 83 fin. Seneca apud docet: usque ad cap. XVI. Lactant. VI, 24.

2 sepositis commodis nostris. Dicitis, inquit, diligenter eligendos quibus beneficia demus, quia nec agricolae quidem semina arenis committant. Quod si verum est, nostram utilitatem in beneficiis dandis sequimur, quemadmodum in arando serendoque: neque enim serere, per se res expetenda est. Praeterea quaeritis, cui detis beneficium: quod non esset faciendum, si per se beneficium dare, expetenda res esset. ^b quae quocunque loco, et quocunque modo
3 daretur, beneficium erat. Honestum propter nullam aliam causam, quam propter ipsum, sequimur. Tamen etsi nihil aliud sequendum est, quaerimus quid faciamus, et quando, et quemadmodum: per haec enim constat. Itaque quum eligo cui dem beneficium, id ago, ut beneficium sit: quia si turpi datur, nec honestum esse potest, nec beneficium.

X. De-

b. *quae quocunque l.* Sicut praecedentia cum Gron. e mss. constitui: nam quum non *Praeterea quaeritis, cui dandum sit beneficium*, in ullo scripto aut olim edito compareant, sed Erasmi codex praestet: *Praeterea quaeritis, cui detis beneficium*, exprimi curavi, quamquam *quomodo detis* desint: ita non *quia enim* scripsi, sed *quae quoc. l.* cum Piniciani libris, quum hoc ipso in loco codex Naz. interpolatus sit, nec comicam loquendi formam, qua Seneca uti non solet, ex interpolato illo, alioqui praestantissimo codice, quamquam Grut. et Gronov. suadent, recipere audeam. Criticis autem saeculi decimi texti et septimi comicos, inprimis Plautum, nocturna diurnaue manu versantibus, quod e. c. e libris criticis istius temporis a Grutero in Lampade critica collectis videre licet, sollenne fuit, ubique aut archaïsmos aut comicas et eas elegantiores iis visas loquendi formas captare, et ubi vel nullus iis locus esset, infarcire. Cautè itaque agendum est nobis praestantissimorum istius temporis virorum commentarios evolventibus discutientibusve.

2. *inquit Epicurus.* Haec nestum complectitur, quod obiectio pertinet ad §. 3 ubi propter ipsum statuunt se-
verba: *Honestum propter* quendum Stoici: qui se
etc. responsionis initium comparantes cum agricola
faciunt. Obiectio prima in eligendis quibus benefi-
verbis quidem non refuta- cium daretur, non utilitatem,
tur, sed re, quam illud ho- sed scopum spectaverunt.

X. Depositum reddere, per se res expetenda est: non tamen semper reddam, nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest, utrum infitier, an palam reddam. Intuebor utilitatem eius, cui redditurus sum, et nociturum illi depositum negabo. Idem in beneficio faciam: videbo quando dem, cui dem, quemadmodum, quare. Nihil enim ² sine ratione faciendum est. non est autem beneficium, nisi quod ratione datur: quoniam ratio omnis honesti comes est. Quam saepe hominum, donationem suam inconsultam obiurgantium, hanc audimus vocem, Malletm perdidisse, quam illi dedisse? ^a Turpissimum genus damni est inconsulta donatio, multoque gravius, male dedisse beneficium, quam non recepisse. Aliena enim culpa est, quod non recepimus: quod cui daremus non eligimus, nostra. ³ In electione nihil minus, quam hoc quod tu existimas, spectabo, a quo recepturus sim: eligo enim eum qui gratus, non qui redditurus sit. Saepe autem et non redditurus gratus est; et ingratus, qui reddidit. Ad ⁴ animum tendit aestimatio mea. Ideo locupletem, sed indignum, praeteribo: pauperi viro bono dabo. Erit enim in summa inopia gratus, et quum omnia illi deerunt, supererit animus. Non lucrum ex beneficio capto, non voluptatem, non gloriam. Uni placere contentus, in hoc dabo, ut quod oportet, faciam. ⁵

a. *Turpissimum genus damni est.* Sic omnes codd. Ante Muretum: *Turpissimum genus perdendi est.*

1. Ut verbo moneam, pius obvenerunt, quum dixemplo sit homo, qui fanitate mentis utens rem nocituram, e. c. gladium, venenum, commiserit tibi, quam mente capto eidem reposcenti numquam reddideris. *Uni* i. e. honesto cum ratione coniuncto. *Oportet* i. e. honestum est.

3. Haec in antegressis saepe

ciam. Quod oportet autem, non est sine electione: quae qualis futura sit, interrogas?

XI. Eligam virum integrum, simplicem, memorem, gratum, alieni abstinentem, sui non avare tenacem, benevolam. Hunc vero quum elegero, licet nihil illi fortuna tribuat, quo referre gratiam possit, ex sententia res gesta erit. Si utilitas me et sordida computatio liberalem facit, si nulli profum, nisi ut invicem ille mihi profit: non dabo beneficium proficiscenti in diversas longinquasque regiones, non dabo abfuturo semper, non dabo sic affecto ut spes ei nulla sit convalescendi, non dabo ipse de-
 2 ficiens, non enim habeo tempus recipiendi. Atqui ut scias, rem per se expetendam esse, benefacere; advenis modo in nostrum delatis portum, et statim abituris, succurrimus. Ignoto naufrago navem, qua revehatur, et damus et instruimus. Discedit ille, vix satis noto salutis auctore, et nunquam amplius in conspectum nostrum reversurus, debitores nobis deos delegat, precaturque illi pro se gratiam referant: interim nos iuvat sterilis beneficii conscientia.
 3 Quid quum in ipso vitae line constitimus, quum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil pro-

1. *simplices.* Explicat Cicerone de Off. I, 30, 13: Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici. Opponuntur autem, recte observante Ernesti in Clav. Cic. h. v., simplices i. candidi et sinceri multiplicibus, quia idem dicunt, idem cogitant etc., quod multiplices non faciunt. *ex sententia* i. ex voto, uti mihi erat propositum, ἐκ γνώμης.
 2. *debitores* — *delegat.* Frequens iuris verbum, et significat, pro se vicarium dare, qui solvat. Vide infra VII, 19, 2. Epist. 18. 27 et passim. Hoc istud Symmachus imitatur lib. VI. Ago gratias, et meam vicem, quia solvendo par non sum, coelestibus deo quod virtutibus. L.

profutura dividimus? quantum temporis consumitur, quamdiu secreto agitur, quantum et quibus demus? Quid enim interest, quibus demus, a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis iudicia nostra torquemus, quam ubi remotis utilitatibus, solum ante oculos honestum stetit: tamdiu officiorum mali iudices, quamdiu illa 4 depravat spes ac metus, ac ^a inertissimum vitium, voluptas. Ubi mors interclusit omnia, et ad ferendam sententiam incorruptum iudicem misit, quaerimus dignissimos, quibus nostra tradamus: nec quidquam cura sanctiore componimus, quam quod ad nos non pertinet.

XII. Et mehercule tunc magna voluptas subit cogitantem, Hunc ego locupletiores faciam, huius dignitati, adiectis opibus, aliquid splendoris affundam. Si non damus beneficia, nisi recepturi, interest moriendum sit. Dicitis, inquit, beneficium creditum insolubile esse: creditum autem non est res per se expetenda. Quum creditum dicimus, imagine et

a. *inertissimum vitium.* Egregie hoc reduxit Gruter ex ora Erasmi edit., et suis ipsius codd., quum antea ederetur: *incertissimum v.*

4. *Ubi mors — tradamus.* 1. *creditum insolubile,* Si morte appropinquante quia semper obligamur, et affectibus purgemur, quaerimus tamquam praetores aut quaesitores in nostrum aut quaesitores in nostrum similem quodam et metaphoram; illa describit aliquid ita similitudine alterius rei, ut quasi in rem praesentem pervenias: haec adhibetur, si verbo proprio ad sententiam ferendam, aut in suffragia eliguntur. Senecae Epist. LIX, 4 sq. et Confert haec Hemsterhus. quem ibi laudavi Ernesti cum Lucian. in Nigrin. c. 30 Lexic. technol. lat. rhet. To. I, 278 sq. Imago et Translatio.

2 et translatione utimur. Sic et legem, iusti iniustique regulam esse: et regula non est res per se expetenda. Ad haec verba demonstrandae rei causa descendimus. Quum dico creditum, intelligitur tanquam creditum. Vis scire? adiicio insolubile, quum creditum nullum non solvi aut possit, aut debeat. Adeo beneficium utilitatis causa dandum non est, ut saepe, quemadmodum dixi, cum damno ac periculo dan-
 3 dum sit. Sic latronibus circumventum defendo, ut tuto transire permittatur: reum gratia laborantem tueor, et hominum potentium factionem in me converto, quas illi detraxero sordes, sub accusatoribus iisdem fortasse sumturus, quum abire in partem alteram possim, et securus spectare aliena certamina: spondeo pro iudicato, et suspensum amici bonis libellum deiicio, creditoribus eius me obligaturus: ut possim servare proscriptum, ipse proscriptionis
 4 periculum adeo. Nemo Tusculanum aut Tiburtinum

2. *quemadmodum dixi*: lege praedicatoria venalem e. c. I, 10 fin. At saepius haec similiaque iam dixerat. ubi cf. Ernesti not. Publice
3. *reum gratia laborantem*, qui parum gratosus est apud populum, aut iudices, cui gratia deest. Proprie laborare odio, fame etc. est fatigari, urgeri odio fameque: gratia itaque laborat is, qui premitur gratia, qua adversarius gaudet. *sordes* togam sordidam, signum reorum. Sic de Benef. II, 34, 3 detractae sordes. *suspensum* — *deiicio*. Bonis *iudicati* damnati, proscriptis titulus suspensus, ea vendi debere. Laudat Lipsius Sueton. de Claud. c. 9
4. *Nemo* — *disputat*. Etiamnunc *Tusculum* (Frascati) et *Tibur* (Tivoli) magno aestimantur a Romanis malum aërem (l'aria cattiva) vitaturis. cf. Meyers Darstellungen aus Italien p. 279 sq. Meminit quoque huius moris Büfching IV p. 352 sq. ed. octavae.

comparaturus, salubritatis causa, et aestivi secessus, quoto anno emturus sit disputat: quum emerit, tuendum est. Eadem in beneficiis ratio est. nam quum interrogaveris, quid reddat, respondebo, bonam conscientiam. Quid reddit beneficium? dic tu mihi, quid reddat iustitia, quid innocentia, quid magnitudo animi, quid pudicitia, quid temperantia? si quidquam praeter ipsas, ipsas non petis.

XIII. Mundus in quid vices suas absolvit? in quid sol diem extendit et contrahit? Omnia ista beneficia sunt: fiunt enim nobis profutura. Quomodo mundi officium est, circumagere rerum ordinem; quomodo solis, loca mutare, ex quibus oriatur, in quae cedat, et haec salutaria nobis facere sine praemio: ita viri officium est inter alia, et beneficium dare. Quare ergo dat? ne non det, ne occasionem bene-

a. *comparaturus* cum Grut. e cod. Col. recepi: etsi Gron. *paraturus* ut purius praefert. In usu tamen et pro: emendo sibi parare, Ciceronis tempore fuisse, certum est. Mox *quoto anno* omnium codd. et edd. ant. lectio est, quam pro sana habeo. Lipsius tamen haec verba suspecta sibi dixit, cui Gronov. assensus emendavit: *quota annua e. s. d.* Sensus est: ut si quis praedium tale emturus sit, statim hoc faciet, et emtum tuebitur: ita et ille, qui beneficia dare vult statim, haud cunctanter data tueri dando et sustinere studebit, nec magis interrogabit, quid reddat beneficium, quam ille emtor praedii, voluptatis causa paratum interrogare solet, quid reddat. Similitudo non explicata Lipsio Gronovioque ansam dedit, locum pro suspecto habendi. Sed ut noster assolet, priore comparisonis parte omissa, alteram arripere et ei immorari, sic h. l. illa verba: *quum emerit — est, et nam quum interrogaveris* etc. sibi respondent. Ceterum *annua emere* an bona latinitas patiatur, dubito: nec Gronovius evicit.

1. *Mundus* i. e. coelum est, naturam semper ordine cum astris volvens revolvensque, *κόσμος*: sic appellatum ab ornatu ordineque, quo deus omnia permeat regitque. Deum itaque sive quod unum idemque Stoa

agentem, imitemur. cf. Lipsii *Physiok. Stoic. II, 6. Sol diem.* laudat Lipsius Epictetum in Monumentis Epicteteae *Philos. To. III p. 95. n. 88.*

2 beneficiendi perdat. ^a Vobis voluptas est, inertis otii facere corpusculum, et securitatem sopitis simillimam appetere, et sub densa umbra latitare, tenerimisque cogitationibus, quas tranquillitatem vocatis, animi marcentis oblectare torporem, et cibis potionibusque intra hortorum latebram corpora ignaviâ pallentia saginare: nobis voluptas est, dare beneficia vel laboriosa, dum aliorum labores levent: 3 vel periculosa, dum alios a periculis extrahant: vel rationes nostras aggravatura, dum aliorum necessitates et angustias laxent. Quid mea interest, an recipiam beneficia? ^b etiam quum non recepero, danda sunt. Beneficium eius commodum spectat, cui praestatur, non nostrum: alioquin nobis illud damus. Itaque multa, quae summam utilitatem aliis afferunt, pretio gratiam perdunt. Mercator urbibus prodest, medicus aegris, mango vaenalibus: sed omnes illi, quia

a. *Vobis voluptas est, inertis otii facere corpusculum.* Sic Erasmus, cod. Naz. aliique apud Grut.; at Pinc., quem Muretus sequutus est, fecit: *Inerti otio assuefacere corpusculum*: marginalis lectio est, *farcire corp.* Burmann. ad Phaedri fab. III, 7, 5 emendat: *Inerti otio facere corp.* Sed vulgata bene habet. *soporis* est a Rud. Agricolae coniectura, et Mureti insitione. Sed *sopitis* bonum est. — b. *etiam quum non recepero.* Negatio necessaria est, ideoque vel codd. et edd. silentibus textui immisi.

2. *Vobis, Epicureis. inertes* — *corpusculum* i. e. Carm. I, 1, 19 depinxit: Est, qui nec veteris pocula Maslici, Nec partem solido demere de die Spernit, nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae. 5. *mango vaenalibus*, quos comit, ornat, format servos novitios, ut vendat, puerorum altor et negotiator. Describit Seneca vitam hominis inertis, quam Horat. vorum familiis effloruit his tempo-

quia ad alienum commodum pro suo veniunt, nec obligant eos quibus profunt.

XIV. Non est beneficium quod in quaestum mittitur. Hoc dabo, hoc recipiam: auctio est. Non dicam pudicam, quae amatorem ut incenderet reputavit; quae aut legem, aut virum timuit, ut ait Ovidius:

Quae, quia non licuit, non dedit, illa dedit.

Non immerito in numerum peccantium refertur, quae pudicitiam timori praestitit, non sibi. Eodem modo qui beneficium ut reciperet dedit, non dedit. Ergo et nos beneficium damus animalibus, quae aut usui, aut alimento futura nutrimus? beneficium damus arbutis quae colimus, ne siccitate, aut immoti et neglecti soli duritia laborent? Nemo ad agrum colendum ex aequo et bono venit, nec ad ullam rem, cuius extra ipsam fructus est. Ad beneficium dandum non adducit cogitatio avara, nec sordida, sed humana, liberalis, cupiens dare etiam quum dederit, et augere novis ac recentibus vetera, ^a unum habens pro-

a. *unum habens propositum, quanto ei, cui p.* Eruit hanc lectionem Grut. e suis codd. mss. Nam quum vulgatae habeant edd. pristinae: *et non habens p. q. ei qui*, eius codd. omitunt *et*, leguntque non *qui*, sed *cui*: sed non molestum erat: at cod. Naz. praestabat *num*, unde Grut. *unum feliciter divinabat*. Codex autem Col., et ipse alioqui bonae fidei,

temporibus mancipiorum gusto contra adulterium la-
mercatus fuitque proinde tam. Suet. Aug. 34. Versus
hoc e praecipuis quaestus Ovidii est Amor. III, 4, 4
opipari generibus, venaliter qui nunc in edd. sic legi-
tios advehere Romam et tur: Quae quia non liceat;
vendere, quod mangonum non facit, illa facit. Ex-
fuit. Cf. Reitemeyeri lib. de quisitior videtur esse Sene-
hac re doctissimum et Hey- cae lectio. *non sibi* i. e. non
nii Opusc. acad. Vol. IV. p. conscientiae s. virtuti suae.
120 sqq.

2. *ex aequo et bono* i. pro-

1. *Legem iuliam, ab Au-* pter honestum. *extra ipsam,*
quae

propositum, quanto ei, cui praestat, bono futura sit: alioquin humile est, sine laude, sine gloria, prod-
4 esse, quia expedit. Quid magnifici est se amare, sibi parcere, sibi acquirere? ab omnibus istis vera beneficii dandi cupido avocat: ad detrimentum, iniecta manu, trahit, et utilitates relinquit, ipso benefa-
ciendi opere laetissima.

XV. Numquid dubium est, quin contraria sit beneficio iniuria? Quomodo iniuriam facere, per se vitanda ac fugienda res est: sic beneficium dare, per se expetenda. Illic turpitudine contra omnia praemia in scelus hortantia valet: ad hoc invitat honesti per
2 se efficax species. Non mentiar, si dixerò, neminem non amare beneficia sua, neminem non ita compositum animo, ut libentius eum videat, in quem multa congestit: cui non causa sit iterum dandi beneficii, semel dedisse. quod non accideret, nisi nos ip-
sa

dei, dabat: *non h. p. nisi q.* etc., quae tamen lectio emendationi quam genuinae scripturae similior est.

quae nempe fructum aliquem propter se habet ac donat. Nullam rem colo, nisi quod utilitatem inde traham.

4. *iniecta manu.* Ritu iuris veteris, in vindicando vel asserendo, manus iniectio erat. Hinc de omni vi admota.

1. *turpitudine — valet.* Innata quali malignitas superat adeo omnia *praemia*, incitamenta ad malum perpetrandum.

2. *Amare beneficia sua.* Apposite laudat Lipsius Aristotelem, qui de hoc affectu

egregie, ut solet, egit lib. IX Ethic. ad Nicom. c. 7 toto, et in causas inquirat. Beneficos, ait A., magis eos quos beneficiis affecerunt, amare videri propterea quod illis debetur, deinde quod, vel nulla spe fore ut illi utiles fiant, illos pro opere suo habent, aequae ac artifices poetaeque opera sua, perinde ac filios, amantes, tandem quod vi et actione, illo sensu vivendi ac agendi acerrimo gaudemus etc. Hinc et Epicurei beneficio afficere quam affici suavius putabant. Plut.

sa delectarent beneficia. Quam saepe dicentem au-3
 dias: Non sustineo illum deferere, cui dedi vitam,
 quem e periculo eripui! Rogat me, ut causam suam
 contra homines gratiosos agam. Nolo: sed quid fa-
 ciam? iam illi semel, iterumque affui. Non vides
 inesse isti rei propriam quandam vim, quae nos be-
 neficia dare cogit? primum quia oportet, deinde quia
 dedimus. Cui initio ratio non fuisset praestandi, ali-4
 quid ei praestamus ob hoc, quia praestitimus. Ad-
 eoque nos ad beneficia non impellit utilitas, ut et in-
 utilia tueri ac fovere perseveremus, sola beneficii ca-
 ritate: cui etiam infeliciter dato, indulgere, a tam
 naturale est, quam liberis pravis.

XVI. Idem isti gratiam referre ipsos fatentur, non
 quia honestum est, sed quia utile: quod non esse ita,
 minore opera probandum est. Quia quibus argumen-
 tis collegimus beneficium dare, per se rem expeten-
 dam esse, iisdem etiam hoc colligemus. Fixum est
 illud, a quo in cetera probationes nostrae exeunt,
 honestum ob nullam aliam causam, quam quia hone-
 stum sit, coli. Quis ergo controversiam facere aude-2
 bit, an gratum esse, honestum sit? Quis non ingra-
 tum detestetur hominem, sibi ipsi inutilem? Quid
 autem?

a. *tam naturale est, quam liberis pravis.* Illud est e codd.
 Pinc. et Grut. admisi, sed *parvis*, quod etiam afferunt, re-
 pudio cum Grutero.

in libro: non posse suaviter virtute valet, etiam de re-
 vivi secundum Epicureos, liquis valere, stoico sensu,
 Opp. Vol. XIV. p. 107. c. manifestum est. Ergo et
 15. ed. Hutten. gratum esse poscit honestum

1. *Idem isti* sc. Epicurei. per se expetendum.
honestum est, a virtute po- 2. *sibi ipsi inutilem.* In-
 stulatur. Collegit, benefi- gratus quum a quolibet con-
 cium esse per se expetendam temnatur, nullam utilitatem
 rem, quia virtus est, ca sed damnum sibi inde con-
 dandi. Atqui quod de una ciliat, sibi ipsi noxius est.

autem? quum tibi narratur de eo, qui adversus summa beneficia amici sui ingratus est, quomodo id fers? utrum tanquam rem turpem fecerit, an tanquam utilem rem sibi et profuturam omiserit? Puto, nequam hominem exillimas; cui poena, non cui curatore opus sit: quod non accideret, nisi gratum esse per se expetendum, honestumque esset. Alia fortasse minus dignitatem suam praeferunt, et an sint honesta, interprete egent: hoc expositum est, pulchriusque, quam ut splendor eius dubie ac parum luceat. Quid tam laudabile, quid tam aequaliter in omnium animos receptum, quam referre bene meritis gratiam?

XVII. Ad hoc, dic mihi, quae causa nos perducit? Lucrum? quod qui non contemnit, ingratus est. Ambitio? et quae iactatio est solvise, quod debebas? Metus? nullus ingrato: huic enim uni rei non posuimus legem, tanquam satis natura cavisset. Quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis iubet: supervacuum est enim, in quod imus, impelli.

2 Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem

Docent hoc sequentia. *Quid ap. Ruhnken. ad Tim. p. autem? sc. dixeris.* 265.

3. *curatore.* Homines nequam sua disperdunt, id- 1. Apud Romanos quidem eoque bonis interdicti cura- *nulla lex* amare parentes etc. torem accipiunt. At hic de iusserat. Mosen tamen legem hac de re posuisse notum est, non ut hoc officium, alia nequitia sermo est, et in quod natura imus, iniungere debuisset, sed ut officia, quae poenam, magis quam in quibus respública quae- curam requirat. L. *Alia libet constare nequit, summa- officia. expositum est* publice tim formula legis completeretur.

2. *Quemadmodum* — *tra-* hit. Stoicum hoc esse, nec tamen Aristoteli incognitum (cf. Stobae. II p. 308 Heeren.)

usitata loquutione de purpura ad solem examinanda, ut splendor patefiat, egregie observante Hemsterhus.

^a quem adeo dum nascitur trahit; ita ne ad hoc quidem, ut honesta per se petat. Placet suapte natura: adeoque gratiosa virtus est, ut insitum sit etiam malis, probare meliora. Quis est, qui non beneficus videri velit? qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis quae impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti? ^b velitque etiam iis videri beneficium dedisse, quos laesit? Gratias itaque 3
 que agi sibi ab his, quos afflixere, patiuntur: bonosque se ac liberales fingunt, quia praestare non possunt. Quod non facerent, nisi illos honesti et per se expetendi amor cogeret, moribus suis opinionem contrariam quaerere, et nequitiam abdere, cuius fructus concupiscitur, ipsa vero odio pudorque est: nec quisquam tantum a naturali lege descivit, et hominem exuit, ut animi causa malus sit. Dic enim 4
 cuilibet ex istis, qui raptu vivunt, an ad illa quae latrocinii et furtis consequuntur, malint ratione bona pervenire? Optabit ille, cui grassari et transeuntes percutere quaestus est, potius illa invenire, quam eripere. Neminem reperies, qui non nequitiae praemiis sine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus naturae meritum, quod virtus in omnium ani-

L 2

mos

- a. *quem adeo dum nascitur trahit.* Est Modii (in Gruteri Lampad. crit. Vol. V. p. 230) emendatio, quum legeretur: *quem quum nascitur t.*, et codd. haberent, *quemadmodum n.*
 b. *velitque etiam.* MSS. omnes Gruteri et i inc. cum Gronovianis: *quoque etiam iis vel his.* Unde scribendum iudicat Gronov.: *velitque etiam iis.* Mox *animi causa* omnium librorum scriptura est. Pincianus emend. *ut inani causa m.*
 e. Sed non opus est: nam animi causa est: per iocum, per voluptatem, animi recreandi causa, Polybii *περιουσίας χάρις.* Deinde *Dic enim* e codd. Pinc. et Grut. quum vulg. *Dic ergo* haberent.

ren.) e Ciceronis de Offic. I, 20) video meliora proboque,
 4 manifestum sit. *probare* Deteriora sequor.
meliora. Quis nescit illa 3. *Gratias — patiuntur.*
 Medae (Ovid. Metam. VII, Exemplum in Tacit. Agricol.

mos lumen suum permittit: etiam qui non sequuntur illam, vident.

XVIII. Ut scias, per se expetendam esse grati animi affectionem, per se fugienda res est ingratum esse: quoniam nihil aequae concordiam humani generis dissociat ac distrahit, quam hoc vitium. Nam quo alio tuti sumus, quam quod mutuis iuvamur officiis? hoc uno instructior vita, contraque incursionem subitas munitior est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? praeda animalium et victimae, 2^a ac imbecillissimus et facillimus sanguis. Quoniam ceteris animalibus in tutelam sui satis virium est: quaecumque vaga nascuntur, et actura vitam legrem,

a. *ac imbecillissimus.* Erasmus *bellissimus*, alii *vilissimus*: male intellectis codd., qui per compendium scripta dabant, *becillissimus*, *bellicissimus*, *bellissimus*: unde facile fuit, veram scripturam, *imbecillissimus* eruere, quam Gronovio, nisi fallor, debemus. Mox *hominem imbecillitas*. Sic Erasmus. Quum vero codd. mss. darent *imbecilla*. Grutero placuit *imbellia*, quam vocem nonnisi apud Gellium Macrobiusque ex antiquo historico obviam, Festus *belli inscientiam* interpretatur, in textum inferre, sequacibus Lipsio et Gronovio, amore archaismorum, quibus tamen Senecan parum delectatum esse constat, haud dubie permotis. *Minutior* in antegressis est ed. Gron. sphaalma typogr., pro *munitor*.

42. est: quem quum Domitianus proconsulatu privasset, agi sibi gratias passus est, nec erubuit beneficii invidia. L. *animi causa* per iocum, per voluptatem, animi recreandi causa.

XVIII. Per se res fugienda est, ingratum esse, quoniam omne societatis humanae vinculum eo vitio disturbatur.

1. *Nam — commercio.* Saepe hoc Cicero in libris de Offic. e. c. I, 4, 7 etc. de Fin. III, 19 sq. tamquam stoi-

cum inculcat. Sic ait I, 7, 5 de Offic. Sed quoniam, ut praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat: atque ut placet Stoicis, homines hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint. — Si quis de miseria hominum quaedam conferre velit, is adeat Lucret. V, 201 sq. Plin. H. N. VII, init., et Orosum etc.

gem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium, terribilem ceteris fecit: nudum et infirmum societas munit. Duas res dedit, ^b quae illum obnoxium, validissimum facerent, rationem et societatem. Itaque qui par esse nulli posset, si seduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: societas terris genitum, in alienae naturae transmisit imperium, et dominari etiam in mari iussit. Haec morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit: haec fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle: et unitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes. tolletur autem, si efficies; ut ingratus animus non per se vitandus sit, sed quia aliud illi timendum est. Quam multi sunt enim, quibus ingratis esse tuto licet? Denique ingratum voco, quisquis metu gratus est.

XIX. Deos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria: nec quisquam amat, quos timet. Tu denique, Epicure, Deum inermem facis: omnia

L 3

illi

b. quae illum obnoxium, validissimum f. Sic Gron. dedit. Antea: qui illum obnoxium ceteris val. sed rō ceteris Erasmi coniectaneum est, nec in ullo cod. comparet. Cod. Naz. obnoxium, unde postrema litera omiſſa librorum plurium scriptura obnoxio. Minus esset ambiguum, si verbum in medio positum esset, sed et sic distinctione inserta facile intelligitur: exempla quaedam addit Gronov. cuique facile obvia. H. e. quae illum, obnoxium alioqui futurum, facerent valid.

3. haec fortes — advoca- fas: societas eas refarcit: re sc. eam, tamquam patro- auxilia itaque et solatia in- num atque defenforem. Con- felicibus praestat.

XIX. Ipsa Epicuri doctrina de Deo docet, hanc virtutem per se expetendam esse.

1. Epicure. Epicurum, Deum mundi auctorem non

illi tela, omnem detraxisti potentiam; et ne cuiquam metuendus esset, proiecisti illum extra^a mundum. Hunc igitur insep̄tum ingenti quodam et inexplicabili muro, divisumque a contactu et a conspectu mortaliū, non habes quare verearis: nulla illi nec tribuendi, nec nocendi materia est. In medio intervallo huius et alterius coeli desertus, sine animali, sine homine, sine re, ruinas mundorum supra se circaque se cadentium evitat, non exaudiens vota, nec nostri curiosus. Atqui hunc vis videri colere, non aliter quam parentem, grato, ut opinor, animo: aut si non vis videri gratus, quia nullum habes illius bene-

a. *mundum*. Ita Muretus. Recte, etiamsi omnes codd. et edd. habeant: *extra motum*. Nec abludit Lipsius, qui primum *extra metam* coniciebat, postea vero manum auctoris agnoscebat. cf. not. Mox *insep̄tum* dant codd. Grut.: vulg. *sep̄tum*.

non esse, sed atomorum motum concursumque motricis ratione habita; cogitare potuisse, quemcunque philosophiae studiosum, Epicureis exceptis, taeduit. Attamen docuit; etsi deus in intermundiis, i. e. in spatio inter plures, quos statuebat Epicurus, mundos sito, vitam beatissimam agat, nihil facientem nihilque rerum humanarum curantem, veneratione tamen dignissimum esse. Quae quum sibi manifesto advenfentur, fuere, qui hanc eum de Deo doctrinam modo animi aut securitatis causa commentum esse et expolivisse existimarent. Cf. Baylii Diction. h. v. et Tiedemanni Geist der specul.

Philos. II. p. 383 sq. 389 sq. muro i. intervallo, intermundio: est τὰ μεταπέσμια, ap. Cic. fin. II, 23 intermundia vocata. Quintil. VII, 3, 5 Gesner. Vide Bruckeri Hist. cr. Philos. To. I. p. 1291.

2. *Atqui — colis?* Epicurum piū et religionis amantissimum fuisse, et ipse librique eius, in quibus theologica tractabat, testantur, et Baylius l. I. not. G. et P. ubi eruditissimum et sagacissimum illum Criticum neque noster locus neque Cic. et Diogenes Laert. loca laetuerunt, egregie docuit. *micae*, atomi tenuissimi: ἄτομα καὶ ἀμετάβλητα. Diog. Laert. X, 41 sq.

beneficium, sed te atomi et istae micae tuae forte ac temere conglobaverunt, cur colis? Propter maiestatem, inquis, eius eximiam, singularemque naturam. Ut concedam tibi: nempe hoc facis nulla spe, nullo pretio inductus. Est ergo aliquid per se expetendum, cuius te ipsa dignitas ducit: id est honestum. Quid est autem honestius, quam gratum esse? huius virtutis materia tam late patet, quam vita.

XX. Sed inest, inquit, haec bono etiam utilitas aliqua. cui enim virtuti non inest? sed id propter se expeti dicitur, quod quamvis habeat aliqua extra se commoda, sepositis quoque illis ac remotis placet. Prodest gratum esse: ero tamen gratus, etiam si noceat. Qui gratus est, quid sequitur? ut haec res illi alios amicos, alia beneficia conciliet? Quid ergo, si quis sibi offensas concitaturus est? si quis intelligit, adeo per hoc se nihil consecuturum, ut multa etiam ex reposito acquisitoque perdenda sint: num libens in detrimenta descendet? Ingratus est, qui in refe-

L 4

renda

3. Nec *honestum* repudiabat Epicurus, quippe qui semper iactabat, non iucunde vivi, nisi et honeste vivatur: sed illud honestum non eo quo Stoici sensu intelligebat, quum prudentiam cum virtute s. honesto confunderet.

XX. In gratia referenda nulum lucrum, nulla utilitas spectetur: ne damnum quidem nos retineat, quin grati simus.

1. *Sed inest, inquit* Epicurus aut eius affecta, qui nihil nisi prudentia, quam

honestum vocat, motus facere vult, ideoque utilitatem e quacunque actionum suarum exspectat. Sublimior itaque atque durior est ista Stoeae postulatio, virtutem esse rem per se expetendam, quam ut sibi doctrinae huius veritate persuaderi patiatur. Hoc autem ita Epicureis accidere debebat, quippe qui omnia ad sensus felicitatemque inde proficiscentem referrent. Concedo, respondet S., inesse utilitatem, sed propter eam gratitudo non exercetur.

renda gratia secundum datum videt, qui sperat quum reddit. Ingratum voco, qui aegro affidet, quia testamentum facturum est, cui de hereditate, aut de legato vacat cogitare: faciat licet omnia, quae facere bonus amicus et memor officii debet, ^b si animo eius obversatur spes, si lucri captator est, et hamum iacit. Ut aves, quae laceratione corporum aluntur, lassae morbo pecora et caesura, e proximo speculantur, ita hic imminet morti, et circa cadaver volat.

XXI. Gratus animus ipsa virtute propositi sui capitur. Vis scire hoc ita esse, nec illum utilitate corrumpi? Duo sunt genera grati hominis. Dicitur gratus, qui aliquid pro eo quod acceperat, reddit. Hic fortasse ostentare se potest: habet quod iacet, quod proferat. Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium, bono debet. Hic intra conscientiam clu-
sus

b. *si animo eius obversatur spes, si lucri captator est.* E multis codd. et edd. adiecit Gron. vocem *lucri*. Grutero lectio haec sordida videbatur, et particulam *si* delere volebat: assensus est Lipsius. Recte autem loco huic Gron. suppetias tulit. Pars altera propositionis conditionalis, ait, pleniore et numerosiore periodo simul est similitudinis ἀπόδοσις.

2. *secundum datum*, alterum sequensque donum. L. hanc loquendi formulam esse inusitatam docuit Hemsterhus. ad Lucian. II. p. 440. bip. Similiter Plato To. IX p. 386. bip. voluptatem vocat δέλεαρ, quo loco Cicero de senectute c. 13 usus est, emendatus a Valckenar. in Diatribe ad Euripid. p. 195.

XXI. Solum animum in gratia referenda esse spectandum. — 1. *virtus*, praesentia consilii sui, cogitationis atque voluntatis, qua ani-

sus est. quae illi contingere potest utilitas ex affectu latenti? Atqui hic, etiam si ultra facere nihil potest, ²gratus est: amat, debet, referre gratiam cupit. Quidquid ultra desideras, non ipsi deest. Artifex est etiam, cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt, nec minus canendi peritus, cuius vocem exaudiri fremitus obstrepentium non sinit. Volo referre gratiam: post hoc aliquid superest mihi, non ut gratus, sed ut solutus sim. Saepe enim et qui gra- ³tiam retulit, ingratus est: et, qui non retulit, gratus. Nam ut omnium aliarum virtutum, ita huius, ad animum tota aestimatio redit. Hic si in officio est, quidquid defuit, fortuna peccat. Quomodo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compressis manibus, vel et alligatis: quomodo gubernator etiam qui in sicco est, quia consummatae scientiae nihil deest, etiam si quid obstat quo minus se utatur: ita gratus est, etiam qui vult tantum, nec habet hu- ⁴ius voluntatis suae ullum alium, quam se, testem. Immo amplius adiciam. est aliquando gratus, etiam qui ingratus videtur, ^a quem mala interpret opinio contrarium traducit. Hic quid aliud sequitur, quam ipsam conscientiam? quae etiam obruta delectat, quae concioni ac famae reclamant, et in se omnia reponit,

L 5

et

a. quem mala interpret opinio contrarium traducit. Sequor codicem Naz., qui in omittit ante *contr.* Traducere h. l. est contentui, risu exponere, παραδειγματίζειν. cf. Turnebi Advers. XVI, 5.

animus ad gratiam referendam agitur, delinitur animus gratus: bono animo debet beneficia, ὀφείλει. Aristot. Ethic. ad Nicom. IX, 7. Adag. 2121.

3. compressis manibus de otiosis dicitur, proverbii loco. cf. Liv. 7, 13. Lucan. II, 292. Attigit Erasmus distinctio: animo grati sumus, re solvimus. L. 4. et in se omnia — vincit. Quis h. l. non meminerit egregii carminis Horatiani

et quum ingentem ex altera parte turbam contra sententiarum adspexit, non numerat suffragia, sed una sententia vincit. Si vero bonam fidem perfidiae supplicii affici videt, non descendit e fastigio, sed supra poenam suam consistit.

XXII. Habeo, inquit, quod volui, quod petii. Non poenitet, nec poenitebit, nec ulla iniquitate me eo fortuna perducet, ut hanc vocem audiam, Quid mihi volui? quid mihi nunc prodest bona voluntas? Prodest et in equuleo, prodest et in igne. qui si singulis membris admoveatur, et paulatim vivum corpus circumeat: ^a licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet: placebit illi ignis, per quem bona ² fides collucebit. Nunc quoque illud argumentum, quamvis dictum iam, reducatur. Quid est quare grati

a. *licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet.* Redundat vox ultima, inquit Lipsius. Certe mendosa est. Utrum, *licet ipsum cor bona conscientia stillet?* an *pectus?* Gron. Repetitio nec mihi placet, occurrit tamen. Mox *memoria decernente* lectionem codd. Grut. praetero cum Gron. vulgatae *occurrente.* cf. not.

tiani III, 13 Iustum ac tenacem propositi virum Non civium ardor prava iubentium, Non vultus instantis tyranni Mente quatit solida? *una sententia*, quam fert, sua conscientia, et elatus supra malum de se iudicantem populum secure despicit in illum, qui *traducit* tamquam *contrarium* i. perfidum, i. poenis afficit. Similis est Demetrii sententia ap. Senec. Ep. VII, 8 unus mihi pro populo est etc. cf. Iacobs ad Brunckii Analect. Animadv. III, 2 p. 153.

XXII. Continuatio. 1. *inquit*

gratus. *stillet* liquefcat. Equuleus tormenti genus, cui lignae machinae rei pedes manusque fidiculis alligati, membraque machina erecta per cochleas tantopere extendebantur, ut saepe ossium compago resolveretur. cf. Stephani Thef. L. L. h. v. *placebit illi ignis* etc. Similia Ep. 66, 17 not.

2. *quamvis dictum iam.* IV, 11, 3 sq. *memoria decernente.* Etsi separatae sint animae facultates memoria et iudicium, tamen quia in tumultu illo obversantium totius, quae retro est, vitae actio-

grati velimus esse, quum morimur? quare singulorum perpendamus officia? quare id agamus in omnem vitam nostram memoria decernente, ne cuius officii videamur obliti? Nihil iam superest, quo spes porrigatur: in illo tamen cardine positi, abire e rebus humanis quam gratissimi volumus. Est videlicet magna in ipso opere merces rei, et ad alliciendas mentes hominum ingens honesti potentia: cuius pulchritudo animos circumfundit, et delinitos admiratione luminis ac fulgoris sui rapit. At multa hinc commoda oriuntur. Et tutior est vita melioribus, amorque et secundum bonorum iudicium, aetasque securior, quam innocentia, quam grata mens prosequitur. Fuisset enim iniquissima rerum natura, si hoc tantum bonum miserum, et anceps, et sterile fecisset. Sed illud intuere, an ad istam virtutem, quae b saepe e tuto

b. quae saepe e tuto ac facili: inferui τὸ ε, quod vetus liber Erasmi suppeditat: et sic loqui amat Seneca.

actionum utraque concurrat, *moda* utilitates praebet. Illa de pulchritudine e Platonis Phaedro X p. 329. d. bip. desumpta sunt, quae Cicero de Offic. I, 5 init. Senec. Ep. 89, 1. 115, 3 et alii certatim expressere. *tutior* ab externis hostibus. *securior* spectat ad animi tranquillitatem.

in illo cardine, in extremo limite. Sic Lucan. VII, 381 Ultima fata deprecator ac turpes extremi cardinis annos ne discam servire senex.

3. Sed non solum pulchra est, sed etiam multa com-

4. Sed illud — fueris iturus. Animo Senecae obversata fuisse videtur egregia imago primum apud Hesiod. Opp. et D. 265 sq. ed. Brunck. τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωτὰ θεὸν προπάροισεν ἔτηξαν Ἀθάναται etc. obvia, et a multis post expressa.

tuto ac facili aditur, etiam per saxa, et rupes, et feris ac serpentibus obfessum iter, fueris iturus.

XXIII. Non ideo per se non est expetendum, cui aliquid extra quoque emolumenti adhaeret. fere enim pulcherrima quaeque, multis et adventitiis comitata sunt dotibus: sed illas trahunt, ipsa praecedunt. Num dubium est, quin hoc humani generis domicilium circuitus solis ac lunae vicibus suis temperet? quin alterius calore alantur corpora, terrae relaxentur, immodici humores comprimantur, alligantis
2 omnia hiemis tristitia frangatur: alterius tepore efficaci et penetrabili rigetur maturitas frugum? quin ad huius cursum fecunditas humana respondeat? quin ille annum observabilem fecerit circumactu suo; haec mensem, minoribus se spatiis flectens? Ut tamen detrahas ista, non erat ipse sol idoneum oculis spectaculum, dignusque adorari, si tantum praeteriret? non erat digna suspectu luna, etiamsi otiosum sidus
3 transcurreret? Ipse mundus quoties per noctem ignes suos

XXIII. Uti id, quod imprimis pulchrum sit, etiam simul prodesse possit, ut astra. — 1. *Num dubium — temperet?* De ea temperie caloris humorisque, quam duo haec astra conciliant, et sic generent ac producant, praeter alios cf. Aristot. IV. de generat. Animal. cap. ult. L. Eadem quae Seneca de sole lunaque affert, Cicero tamquam stoica de Nat. Deor. II, 15 sq. attulit: nec aliter noster in Nat. Quaest. de iis loquitur. Sic II de Nat. Deor. 19 fin. multaue, ait Cic., ab ea (Luna) manant

et fluunt, quibus et animantes alantur anagescant-que et pubescant maturitatemque assequantur, quae oriuntur e terra.

2. *fecunditas humana:* ad lunares menses partuum ratio respondet. *haec luna mensem* etc. et inde annum quoque antiquioribus temporibus lunarem dictum etc. Cic. de Nat. Deor. II, 46. Male tamen creduli philosophi parum certa de hoc influxu explorataque nos docere possunt.

3. *Ipse mundus i. coelum deusque* Stoa. *Aspice*

suos fudit, et tantum stellarum innumerabilium refulsit, quem non intentum in se tenet? quis sibi illa, tunc quum miratur, prodesse cogitat? ^a Adspice ista tacito succentu labentia, quemadmodum velocitatem suam sub specie stantis atque immoti operis abscondant! Quantum ista nocte, quam tu in numerum ac discrimen dierum observas, agitur? quanta rerum turba sub hoc silentio evolvitur? quantam fatorum seriem certus limes educit? Ista quae tu non aliter, ⁴ quam in decorem sparsa consideras, singula in opere sunt.

a. *Adspice ista tacito succentu labentia.* Sic emendavit Gronovius lectionem mendosam omnium codd. Pinciani et Grut.: *tacito sub coetu*: unde Pinc. e Virgilii versu effinxerat *tacito labentia coelo*. Recepit primum Muretus, deinde alii. Erasmus: *tanto superne coetu*. Est oxymoron elegantissimum. cf. not.

ce ista tacito succentu labentia. Gronovius laudat Cic. Somnium Scipion. c. 5: quis est, qui complet aures meas tantus et tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui intervallis coniunctis imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis impulsu et motu ipsorum orbium conficitur, qui acuta cum gravibus temperans, varios aequabiliter concentus efficit etc. Sed quis est, qui de harmonia sphaerarum nihil fando audiverit? *limes*. Zodiacum dicit, per quem errantia sidera feruntur: et ex eorum positu haec inferiora ipsosque homines, ingenia et mores formari, Chaldaei censuerunt. Divinationum autem genera,

et id quod ex astris petitur astrologicum, coluerunt Stoici (cf. Cic. de Divinat. II, 49 et passim), nec id temere, quum astra iis essent dii. cf. Lipsii Phylol. Stoic. II, 14.

4. Quam egregie haec dicta sunt, posteriorum saeculorum duorum decora astronomica, a Copernico et Keplero usque ad Herschelium, Olbersium, Bodeonium al. ad oculum, quod aiunt, observationibus et inventionibus demonstraverunt. Quid nunc dixisset vir tali notitia et inspectione dignissimus, si licuisset ei esse tam felici, ut mirabilia, quae superiores aetates nostrae detexerunt in coelo, intelligere potuisset! Sed in libro Nat. Quaest. VII, 31 haec

sunt. Nec enim est, quod existimes septem sola discurrere, cetera haerere. paucorum motus comprehendimus: innumerabiles vero, longiusque a conspectu nostro seducti dii eunt, redeuntque. Et ex his qui oculos nostros patiuntur, plerique obscuro gradu pergunt, et per occultum aguntur. Quid ergo? non caperis tantae molis adspectu, etiam si te non regat, non custodiat, non foveat, generetque, ac spiritu suo rigeat?

XXIV. Quemadmodum haec quum primum usum habeant, et necessaria, vitaliaque sint, maiestas tamen eorum totam mentem occupat: ita omnis virtus, et in primis grati animi, multum quidem praestat, sed non vult ob hoc diligi: amplius quiddam in se habet, nec satis ab eo intelligitur, a quo inter utilia numeratur. Gratus est, quia expedit? ergo et quantum ²expedit. Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad illam sinu veniendum est. Ingratus hoc cogitat: Volebam gratiam referre, sed timeo impensam, timeo periculum, vereor offensam: faciam potius, quod expedit. Non potest eadem ratio et gratum facere, et ingratum. Ut diversa illorum opera, ita inter se diversa proposita sunt. Ille ingratus est, quamvis non oporteat, quia expedit: hic gratus est, quamvis non expediat, quia oportet.

XXV.

haec aliquando detectum iri Seneca quasi vaticinatus est.

XXIV. Ita et animum gratum esse quidem utilem, sed per se tamen iam expetendum.

1. Quemadmodum haec astra, etsi primum etc. vitaliaque, vitam dent, ad tuendam eam faciant.

2. *sordidum*, qui sinum suum, e quo dona promuntur, comprimit: oppositus illi, qui *soluto* i. aperto, ad dandum parato sinu, laxo, interprete Bentleio ad Horat. Serm. II, 3, 172. venit.

non oporteat, non honestum fit.

XXV. Propositum est nobis secundum rerum naturam vivere, et deorum exemplum sequi: dii autem quodcumque faciunt, in eo quid praeter ipsam faciendi rationem sequuntur? nisi forte existimas illos fructum operum suorum ex fumo extorere, et turis odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuunt, quantis terras fructibus impleant, quam opportunis et in omnes oras ferentibus ventis maria permoveant, quantis imbribus repente deiectis solum molliant, venasque fontium arentes redintegrent, et infuso per occulta nutrimento ^a novent. Omnia ista sine mercede, sine ullo ad ipsos perveniente commodo, faciunt. Haec quoque nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat, fervet, ne ad res honestas conducta veniat. Pudeat ullum venale esse beneficium: gratuitos habemus deos.

XXVI. Si deos, inquit, imitaris, da et ingratis beneficia. Nam et sceleratis sol oritur, et piratis patent

a. *novent* e cod. Naz. cum Gron. *reduxi*, quum antea *renovent* ederetur. Non alia de causa mutatum, ait Gron., quam quod nunc composita frequentius in ore vulgi.

XXV. Qua in re dii nobis sint imitandi. — 1. *no-* et Chrylippus in rationale, *bis* Stoicis. Nam semper cum addentes τῇ Φύσει, quod Seneca sequitur et explicat. Epicureis Senecae contentio est, quippe qui utilitatem in omnibus quaerunt. cf. Stob. II, 7 p. 133 sq. Caeterum dogma hoc est Heeren. Tiedemann System III p. 76. De sententia de diis cf. IV, 3, 2 not. XXVI. An et ingratis beneficia a bono viro ingratos eos esse sciente danda sint, inquiritur usque ad cap. 36. Hoc autem capite status qui dicitur controversiae constituitur. Quis, ex institutione Stoica, est ingratus? Duo eorum sunt genera,

aiunt, mutarunt Cleanthes et Chrylippus in rationale, addentes τῇ Φύσει, quod Seneca sequitur et explicat. cf. Stob. II, 7 p. 133 sq. Heeren. Tiedemann System III p. 76. De sententia de diis cf. IV, 3, 2 not. XXVI. An et ingratis beneficia a bono viro ingratos eos esse sciente danda sint, inquiritur usque ad cap. 36. Hoc autem capite status qui dicitur controversiae constituitur. Quis, ex institutione Stoica, est ingratus? Duo eorum sunt genera,

patent maria. Hoc loco interrogant, an vir bonus daturus sit beneficium ingrato, sciens ingratum esse? Permitte mihi aliquid interloqui, ne interrogatione insidiosa capiamur. Duos ex constitutione Stoica accipe ingratos: alter ingratus, quia stultus est. Stultus etiam malus est: qui malus est, nullo vitio caret: 2 ergo et ingratus est. Sic omnes malos dicimus, intemperantes, avaros, luxuriosos, malignos: non quia ista omnia singulis magna et nota vitia sint, sed quia esse possint: et sunt, etiamsi latent. Alter est ingratus, qui a vulgo dicitur, in hoc vitium naturam pronus et propensus. Illi ingrato, qui sic hac culpa non caret, quomodo nulla caret, dabit beneficium vir bonus; nulli enim dare poterit, si tales homines 3 submoverit. Huic ingrato, qui beneficiorum fraudator est, et in hanc partem procubuit animo, non magis dabit beneficium, quam decoctori pecuniam credet, aut depositum committet ei, qui iam pluribus abnegavit. Timidus dicitur aliquis, quia stultus est: et hoc quidem malos sequitur, quos indiscreta et

1. *interrogatione* i. con-
 clusione, ἐρωτήματι. cf.
 Hemsterhus. ad Lucian. II. p.
 402 bip. *Stultus*. Opponitur
 a Stoicis sapiens: omnem
 malum et omne vulgus sic
 appellat Stoa, quae et im-
 peritum scientiaeque caren-
 tem sic vocat. Cic. Tusc.
 III, 4: Omnes perturbatio-
 nes animi, ait, morbos phi-
 losophi appellant; negant-
 que stultum quemquam his
 morbis carere. Qui autem
 in morbo sunt, sani non
 sunt: et omnium insipienti-
 um animi in morbo sunt:

saniunt. Sanitatem enim
 animorum positam in tran-
 quillitate quadam constan-
 tiaque censebant: his rebus
 mentem vacuum appella-
 runt insaniam etc. cf. Stob.
 II p. 186 sq. Heeren. ed.
 Lipsii Manud. ad stoic. phil.
 III, 20.

2. *nulli* — *submoverit*.
 Nam sapientes, qui omni-
 bus istis vitiis carent, nus-
 quam sunt, etsi, ut siamus,
 omnibus viribus contendend-
 um est: nec οἱ προκόπτον-
 τες sive proficientes exi-
 mendi sunt.

et universa vitia circumstant. dicitur timidus proprie, natura etiam ad inanes sonos pavidus. Stultus omnia vitia habet, sed non in omnia natura pronus est. alius in avaritiam, alius in luxuriam, alius in petulantiam inclinatur.

XXVII. Itaque errant illi, qui interrogant Stoicos: Quid ergo? Achilles timidus est? Quid ergo? Aristides, cui iustitia nomen dedit, iniustus est? Quid ergo? et Fabius, qui cunctando restituit rem, temerarius est? Quid ergo? Decius mortem timet? Mucius proditor est? Camillus desertor? Non hoc dicimus, sic omnia vitia esse in omnibus, quomodo in quibusdam singula eminent: sed malum ac stultum nullo vitio vacare. nec audacem quidem timoris absolvimus: ne prodigum quidem avaritia liberamus. Quo-² modo homo omnes sensus habet, nec ideo tamen omnes homines aciem habent Lynceo similem: sic qui

XXVI. In fine: *inclinatur*, non *inclinantur*, praeter codd. legit quoque Vincent. bello. Spec. hist. VI, 28.

XXVII. Quum stultus, pugnanda. Nec negari potestico sensu, quisque malus est, difficile fuisse Stoicis, fit, ideoque et ingratus; nisi demendo et retrahendo, illi, ad hoc vitium inprimis laqueis hisce, in quos se propenso, nullum beneficium esse dandum. 1. Ab omnibus philosophorum lectis hoc Stoa dogma impugnatum esse constat. Videmus hic, quibus argumentis usi sint ad Stoicos refellendos, omnibus ex usu et experientia desumptis. Quatenus non sapientes isti viri notissimi erant, esse debebant stulti: quae quidem assertio pro paradoxo valere debuit, ideoque im-

2. *Lynceo*. Unus ex Argonautis, Aphareï filius, Idae fratris, acutissima oculorum acie praeditus (Λυγκεὺς δὲ ὀξυδερμὴν διήνεγκεν, ὡς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν θρωπεῖν. Apollodor. 3, 10, 3. cf. Burmanni Catalogus Argonaut. editioni Valerii Flacci p. 128 ed. Harl. praemissus): unde alii quoque acie oculorum valentes Lyncei vocati sunt, e. c. ille Strabo, quem

qui stultus est, non tam acria et concitata habet omnia, quam quidam quaedam. Omnia in omnibus vitia sunt: sed non omnia in singulis exstant. Hunc natura ad avaritiam impellit: hic libidini, hic vino deditus est: aut si nondum deditus, ita formatus, ut **3** in hoc illum mores sui ferant. Itaque ut ad propositum revertar, nemo non ingratus est, qui malus est: habet enim omnia nequitiae semina: tamen proprie ingratus appellatur, qui ad hoc vitium vergit. huic ergo beneficium non dabo. Quomodo male filiae consulit, qui illam contumelioso et saepe repudiato **4** collocavit: quomodo malus paterfamilias habebitur, qui negotiorum gestorum damnato, patrimonii sui curam mandaverit: quomodo dementissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum spoliatorem: sic pessime beneficia dare dicetur, quicumque ingratos eligit, in quos peritura conferat.

XXVIII. Dii quoque, inquit, multa ingratis tribuunt. Sed illa bonis paraverant: contingunt autem etiam malis, quia separari non possunt. Satius est autem, prodesse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. Ita, quae refers, diem, solem, hiemis aestatisque cursus, et media veris autumnique temperamenta, imbres, et fontium hau-

stus,

quem Plin. H. N. VII, 21, Cicerone teste, narrat pervidisse centum triginta miliarium passuum etc.

3. *contumelioso*, conviciorum amantissimo, malaque proinde tractatione utenti, cui saepe uxor repudium misit. *negottorum gest.* qui res litesque alienas administrant: inprimis autem ad pecuniariam tracta-

tionem negotia pertinere docuit Ernesti Clav. Cic. h. v. chargé d'affaires etc.

XXVIII. Nec ideo dii, hominesque aliquid boni publice dividentes, culpandi sunt.

1. *temperamenta*, mitiora quam aetatis tempora et lenior aura. *status status* etc. Favonius ineunte vere, etc. *et* aetate etc. cf.

Plin.

stus, ventorum flatos flatus pro universis invenerunt: excerpere singulos non potuerunt. Rex honores dignis dat, congiarium et indignis. Frumentum publicum tam fur quam periurus et adulter accipiunt, et, sine delectu morum, ^a quisquis incifus est, quidquid aliud est, quod tanquam civi, non tanquam bono datur, ex aequo boni ac mali ferunt. Deus quoque quaedam munera in universum humano generi dedit, a quibus excluditur nemo. nec enim poterat fieri, ut ventus bonis viris secundus esset, contrarius malis: commune autem bonum erat, patere commercium maris, et regnum humani generis relaxari. Nec poterat lex caluris imbris dici, ne in

M 2

mal-

a. *quisquis incifus est.* Sic omnes Pinc. et Grut. codd. mss. Recte. Unus Lipsius in suis libris mss., quorum fides tamen dubia est, *quisquis civis est*, invenerat, cuius quidem lectionis falsitas vel inde constat, quod adeo Iudaeos ad frumentarias donationes ab Augusto admissos Philo tradit in legatione ad Caium. Facile itaque est ad intelligendum, hanc lectionem codd. Lipsii nihil nisi glossema parum eruditum esse, quod genuinae lectionis locum immerito occupaverit. Mox *commune autem bonum erat* bona est lectio: quum tamen *bonum* scriptum forte esset, hinc *bono* scripserunt nonnulli, ut superius c. XVIII. b. erat *obnoxio* pro *obnoxio*, observante Gronovio contra Gruterum, qui *commune* (auferendi casu) *autem bono erat* praefere maluerat: at Seneca *communi bono* scripturus fuisset.

Plin. H. N. II, 47 sq. Nostri *quisquis incifus est*, in tanavigatoribus hi flatus flati bulis nomina eorum incidere appellantur alii the monbantur, insculpebantur, qui soons, les vents d'alifés: deinde telleras acciperent, alii the tradewinds. Cf. quibus monfratis oleum James Bruce's voyage to ant quidquid distribueretur Abyssinia II. c. 4. p. 431 ed. nacti sunt. Cf. Lipsius Eleangl. honores munera publica, e. c. consulatus. *congiarium*, donativum, constabat oleo, vino et pecunia, Attigit quoque erudite rem quae populo imprimis sub Salmaf. ad Scriptt. H. A. Caesaribus dividi solebant. To. 1. p. 776.

3 malorum improborumque rura defluerent. Quaedam in medio ponuntur. Tam bonis quam malis conduntur urbes: monumenta ingeniorum et ad indignos perventura publicavit editio: ^b medicina etiam sceleratis opem monstrat. Compositiones remediorum salutarium nemo suppressit, ne sanarentur indigni. In his exige censuram, et personarum aestimationem, quae separatim tanquam digno dantur: non in his, 4 quae promiscue turbam admittunt. Multum enim refert, utrum aliquem non excludas, an eligas. Ius et furi dicitur: pace etiam homicidae fruuntur: sua repetunt, etiam qui aliena rapuerunt. Percussores et domi ferrum exercentes murus ab hoste defendit: legum

b. *medicina etiam sceleratis opem monstrat.* Omnes codd. sic habent, quod cum Gronovio recepi, propterea quoque, quoniam et apud alios et apud nostrum usus verbi de medicina et remediis sollennis est, e. c. VI, 16, 3. Ep. XXII, 1. XXVII, 8. L, 5. LXXVIII, 4 etc. Vulgata erat: *ministrat*: sed de medicina, medico aut remediis hoc verbum, quantum equidem memini, non in usu fuit: etsi probe sciam, de servis usurpatum esse. Mox vulgata fuit ante Lipsium et Gruterum *Ius fori omnibus dicitur*. Codd. omnes *Ius et fori*, omissa voce *omnibus*: unde *Ius et furi dicitur* egregie eruit Claud. Puteanus, cuius notis, quos auctoribus a se lectis adscribere solitus est, edidit autem ipse nullas, (cf. Jöcheri Gelehrtenlexicon h. v.) interdum usus esse videtur Lipsius.

3. *Quaedam in medio* etc. Ferrum exercebant vasto Quaedam sunt communis Cyclopes in antro: nam ibi usus, ut urbes, libri recentes, qui apud Sofios Doros- erant. Sed uti poetis *exerce* ve librarios prostantur cui- *re* idem est quod lacerare, que. Non ut civi, sed ut fatigare, i. e. crebro move- homini haec parantur. re, frequenter usurpare,

4. *Percussores et domi ferrum exercentes.* Facile multum esse in aliqua re; ita h. l. rarior vis obtinet, in oculos incurrit, loquen- frequenter uti ferro, gladio di formam, *ferrum exerce* ad occidendos homines. At- re, non eodem sensu hic ad- tigit hunc verbi usum hibitam esse, quo apud alios, Wernsdorf. ad Poet. min. e. c. Virgil. Aen. VIII, 424: lat. V, 2 p. 1066, nostri ta- men

legum praesidio, qui plurimum in illas peccaverunt, proteguntur. Quaedam non poterant ceteris contingere, nisi universis darentur. Non est itaque quod de istis disputes, ad quae publice invitati sumus: illud quod iudicio meo ad aliquem pervenire debet, ei quem ingratum sciam, non dabo.

XXIX. Ergo, inquit, nec consilium deliberanti dabis ingrato, nec aquam haurire permittes, nec viam erranti monstrabis? an, haec quidem facies, sed nihil donabis? Distinguum istud: certe tentabo distinguere. Beneficium est opera utilis: sed non omnis opera utilis beneficium est. Quaedam enim tam exigua sunt, ut beneficii nomen non occupent. Duae res coire debent, quae beneficium efficiant. Primum, rei magnitudo: quaedam enim sunt infra huius nominis mensuram. Quis beneficium dixit, 2 quadram panis, aut stipem aeris abiecti, aut ignis accendendi factam potestatem? et interdum ista plus profunt, quam maxima: sed tamen vilitas sua illis, etiam ubi tempore facta sunt necessaria, detrahit pretium. Deinde quod potissimum est, oportet accedere, ut eius causa faciam, a ad quem volam pervenire beneficium: dignumque eum iudicem, et libens

M 3

id

a. *ad quem volam p.* Sic cod. Naz. Ceteri et edd. *volebam*, quod tamen e *volam* postea factum esse videtur.

men loci immemor. *Percussores*, qui ab aliis conducti, gli banditi, in viis etc. hominibus vim inferunt.

XXIX. Nec omnia, quae ingratis dantur, sunt beneficia vocanda.

1. *Beneficium — utilis.* Haec sunt pure stoica, in

definitione boni obvia. Bonum autem est, quod productum est, et quod omnia ratione praedita appetunt. Stobae. II, 7 p. 78. 94 sq., τὸ ὄλον ὠφέλειον. Opera utilis itaque est genus, cuius species est beneficium. *rei magnitudo* spectat ad momentum, dignitatem rei, quae in primum alicuius salutis consulit.

id tribuam, percipiensque ex munere meo gaudium. Quorum nihil est in istis, de quibus loquebamur. Non enim tanquam dignis illa tribuimus, sed negligerter tanquam parva: et non homini damus, sed humanitati.

XXX. Aliquando daturum me etiam indignis quaedam non negaverim, in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis, sed novis, praetulit. Non sine ratione sacra

2. *sed humanitati.* Ex multum, inquit, deliquistis, Aristotelis dicto ap: Stob. et nonnisi mortuis vitam Floril. 35 de bonitate p. 222 salutemque debetis. Dio (ed. Gesner. Tiguri 1543 ex Cass. 43, 14. *Ciceronem Trincavell. expressae*) haustum, qui culpatus, quod *Cicero hic iunior a. u. 724* improbo aliquid dedisset, *ού τῷ ἀνθρώπῳ, ἔφη, ἀλλὰ τῷ ἀνθρώπῳ.* Ipsa haec *magni fecit. Dio Cass. 51,* verba Seneca reddidit: at *19. Middleton in the life of* Herodes Atticus apud *Cicero fin. defendit eum ab* Aulum Gellium IX, 2 pulchre *iniuriis, quibus multi eum* immutavit in re pari: *affecerint et veterum et re-* *centiorum (Version. germanicae Duschii Vol. III. p.* Demus, inquit, huic aliquid *538 — 555.). cf. J. H. L.* aeris, cuiuscumodi est, tanquam homines, non tanquam *Meierotto de rebus ad au-* *ctores quosdam classicos per-* *tinentibus dubia, Berolini* homini. L. *1785, in quo egregio libro*

XXX. Indignis tamen quaedam esse danda in honorem aliorum.

1. *Novis hominibus*, qui primi e familia sua ad honores pervenerunt, e. c. Cato censorius, Cicero, Marius. *Non sine ratione — eadat.* Hac sententia motus ignovit Iulius Caesar Atheniensibus, qui Caleno tradere se noluerant ante proelium pharsalicum, post illud demum se tradentibus: *inde a p. 171 quaestio haec:* cur M. Tullius M. F. Cicero bene natus a tanto patre minus bene institutus, erudite tractatur. *Cinnam et ipsum Cn. Pompeii ex filia nepotem. Vid. de Clement. 1, 9. Fuit vero iste Cn. Cornelius Cinna magnus ordinarius consul a. u. 758. Dio Cass. 55, 22. quae Sextum*

facra est magnarum virtutum memoria, et esse plures bonos iuvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quae res consulem fecit, nisi pater? Cinnam nuper quae res ad consulatum recepit ex hostium castris? quae Sextum Pompeium, aliosque Pompeios, nisi unius viri magnitudo? tanta quondam, ut satis alte omnes suos etiam ruina eius attolleret. Quid nuper Fabium Perficum, ^a cuius osculum etiam impediret viri vota boni, sacerdotem non in uno collegio fecit, nisi Verrucosi, et Allobrogici, et illi trecenti, qui hostium incurfioni pro republica unam domum obiecerant? Hoc debemus virtutibus, ut non praesentes solum illas, sed

M 4 etiam

a. *cuius osculum etiam impediret viri vota boni.* Haec est vulgata usque ad Muretum, qui Pinciani coniecturam, *cuius osculum etiam impuri vitabant, s.* in textum recepit. Codd. autem mss., ac primus omnium, codex Naz.: *cuius osculum etiam inpodiri devota boni: alii inrodiri, impediri.* Scripti quidam assentiuntur vulgatae, quam tueor, ut sit sensus: impuritas hominis tanta est, ut adeo osculum eius votis vim demat precantium virorum bonorum. Non solum profanis (βεβήλοις) praesentibus vim precum suarum minui putabant, quare illud notum: Odi profanum vulgus et arceo Horat. III Carm. I, 1; sed adeo hoc osculo. Aptior itaque est vulgata quam illa altera: nam haec vulgata etiam respicit ad sacerdotium, quo hic Fabius Perficus fungebatur.

tum — attolleret. Sextum Pompeium Sexti filium, qui consul fuit a. u. 718, quo nomine et alius item consul Sext. Appulejo anno quo Augustus obiit 767. Plures ex duabus aut tribus Pompeiorum familiis consulles suffecti fuere, quorum a Suetonio, Tacito, Dione Cassio etc. mentio fit. nota sunt. *Hoc debemus — colamus.* Paulo aliter Horat. III Carm. 24, 31 sq. Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quaerimus invidi, et Vellej. Pat. II, 92 Praesentia invidia, praeterita veneratione persequimur: his nos obrui, illis instrui credimus. Colorem orationis ex Horatio duxisse noster videtur, iudice etiam Mitscherlichio, qui multa similia attulit

2. *Quid nuper Fabium Perficum — obiecerant.* Cf. ad II, 21, 4. Juvenal. VIII, 13. De gente fabia omnia larga, ut solet, manu.

3 etiam ablatas e conspectu colamus. Quomodo illi id egerunt, ut non in unam aetatem prodesent, sed beneficia sua etiam post ipsos relinquerent: ita et nos non una aetate grati sumus. Hic magnos viros genuit, dignus est beneficiis, qualiscunque est: dignos dedit. Hic egregiis maioribus ortus est: qualiscunque est, sub umbra suorum lateat. Ut loca sordida repercussu solis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendeant.

XXXI. Excusare hoc loco, mi Liberalis, deos volo. Interdum enim solemus dicere: Quid sibi voluit providentia, quae Aridaeum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri eius datum est, et fratri. Quare C. Caesarem orbi terrarum praefecit, hominem humani sanguinis avidissimum, quem non aliter fluere in conspectu suo iubebat, quam si ore ex-
2 pturus esset? Quid? ergo tu illi hoc datum existimas? patri eius Germanico datum, datum avo, proavoque, et ante hos aliis non minus claris viris, etiam si privati paresque aliis vitam exegerunt. Quid? Tu,
quum

XXXI. At Dii, qui indignis beneficia dant, excusari debent. Etsi pleraque laudabilia, ait Lipsius recte, et notanda in nostro, hic tamen locus una cum seq. capite, inter eximios et sapientiae altae est.

1. *Aridaeus*, notus Alexandri M. frater, matre impari Philinna, saltatrice Iarissaeae. Cf. Ptolemaeum Athenaei XIII. p. 578. a. Curtius X, 7 sq. Fuit homo imbecillus et bibax. *Caium Caesarem* Caligulam. Eius avus Drusus Germanicus,

Tiberii frater, quem Tacitus breves et infaultos Populi Romani amores appellat. *proavoque* ad maiores Claudiae gentis spectat: nam Tib. Claudius, Liviae maritus prior, recte Lipsio observante, neque fama, neque fatis nimis illustris fuit.

2. *Quid? Tu, quum — faceret*, sc. providentia. Tunc ignorabas illum fuisse hominem probrosissimum? fortuna tamen in illo Scaurum illum senatus principem, cuius Cicero tanta laude

quum Mamercum Scaurum Col. ^a faceret, ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum hiante expectare? Numquid enim ipse dissimulabat? numquid purus videri volebat? Referam dictum tibi eius in se, ³ quod circumferri memini, et ipso praesente laudari. Pollioni Afinio iacenti, obsceno verbo usus, dixerat se facturum id quod pati malebat. et quum Pollionis attractiorem vidisset frontem: Quidquid, inquit, mali dixi, mihi et capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palam obscenum, ad fasces, et ad tribunal admisisti? nempe dum veterem illum Scaurum, senatum principem cogitas, indigne fers sobolem eius iacere.

XXXII. ^a Deos verisimile est, ut alios indulgentius tractent, propter parentes avosque, alios pro-

M 5

pter

- a. *faceret*. Sic emendaveram, quum et Lipsium in hanc parvulam mutationem τοῦ *faceres* in *faceret* incidisse viderem. Illud enim nullum sensum fundit idoneum: quid autem durius, quam haec omnia ad fortunam? Praestat tamen τὸ *tu* retinere: h. e. Liberalis, tu ipsum consulem factum videbas.
a. *Deos verisimile est* etc. Omnium codd. et edd. lectio ante Muretum, qui emendavit textum, aut potius Senecam ipsum: *Deos videre, ut* — nulla mutationis ratione reddita. cf. not.

laude saepe meminit, re- de quo cf. Manutius ad Cic.
spexisse videtur. De hoc Epist. ad famil. X, 31: qui
Mamerco Scauro laudat Li- hic memoratur, occurrit
psius Taciti Annal. VI, 29: interdum apud Tacitum.
Mamercus Scaurus, insignis *Pati πῶσχειν* est obscenum
nobilitate et orandis caussis, verbum nequitiae, cuius
vita probrosus: III, 66 op- exemplum habes ap. Sueton.
probrium maiorum vocatur. Tib. 45. *Quidquid* —
Impurissimus ille homo sub *meo*. cf. ad III, 27, 2.

1. *Deos verisimile est, ut* — tractent. Est enallage, qua Latini Atticorum more noto accusativis uti interdum amant, per ellipsin, quod ad exponendis:
de

pter futuram nepotum pronepotumque, ac longe sequentium posterorum indolem. Nota est enim illis operis sui series: omniumque illis rerum per manus suas iturarum scientia in aperto semper est: nobis ex abdito subit. et quae repentina putamus, illis pro-

2 visa veniunt ac familiaria. ^b Sint hi reges, quia maiores eorum non fuerunt, quia pro summo imperio habuerunt iustitiam, abstinentiam, quia non rempublicam sibi, sed se reipublicae dicaverunt. Regnent hi, quia vir bonus quidam proavus eorum fuit, qui animum supra fortunam gessit, qui in dissensione civili, quoniam ita expediebat reipublicae, vinci

3 quam vincere maluit. Referri illi gratia tam longo spatio non potuit. in illius respectum iste populo praesideat: non quia scit aut potest, sed quia alius pro eo meruit. Hic corpore deformis est, adpectu foedus, et ornamenta sua traducturus. iam me homines accusabunt, caecum et temerarium dicent, nescientem quo loco, quae summis ac excellentissimis debentur, ponam. At ego scio, alii me istud

4 dare, alii olim debitum solvere. Unde isti norunt
illum

b. *Sint hi reges, quia — quia.* Hanc omnium codd. et edd. lectionem mutandam putavit Gruterus: *quia maiores e. n. f. qui pro — qui non* etc. Sed cf. not. In fine: *reipublicae meae facultas* omnium codd. et edd. lectio est, non *utilitas.*

de quo more nunc satis noto Viri docti saepius monuere, e. c. ad Liv. II, 57, 3. ed. Drakenb. et Henfinger ad Cicer. de offic. I, 32, 2 qui et nostri loci memor fuit.

2. Sequuntur verba Fortunae. *Sint hi reges — dicaverunt.* Exemplo sit Medorum primus rex apud Herodot. I, 98: addatur Gelo, Hiero Syracusis, Nuna Pom-

pilius Romae aliique. *Regnent hi — maluit:* ad Iulium Caesarem fortasse respexit.

3. *Hic corpore deformis est.* Respexisse videtur ad Caligulam. cf. Sueton. Calig. 50. *ornamenta sua traducturus* i. risui expofiturus, παραδειγματίσων.

4. *Unde — nescitis?* Haec non ad Germanicum, quod

illum quendam, gloriae sequentis fugacissimum, eo vultu ad pericula euntem, quo alii ex periculo redeunt? nunquam bonum laum a publico distinguentem? Ubi, inquis, iste, aut quis est? unde? nescitis. apud me istae expensarum acceptorumque rationes dispunguntur. Ego quid cui debeam, scio. aliis post longam diem repono, aliis in antecessum: ac prout occasio, et reipublicae meae facultas tulit.

XXXIII. Ingrato ergo aliquando quaedam, sed non propter ipsum dabo. Quid si, inquit, nescis, utrum gratus sit, an ingratus? expectabis donec scias, an dandi beneficii tempus non amittes? Expectare longum est. nam, ut Plato ait, difficilis humani animi coniectura est: non expectare, temerarium est. Huic respondebimus, nunquam expectare 2

nos

quod nuper virum doctum quendam censuisse vidi, pertinere possunt, quippe quem omnibus notissimum fuisse constat; sed haud dubie ad Agrippam spectant, quem et modestissimum et fortissimum scimus fuisse (Dio Cass. 54, 29) et cuius pater ne illis quidem temporibus notus fuit. cf. supra III, 32, 2. Epist. XCIV, 46. apud me — dispunguntur. Ego fortuna supputo expensam acceptaque accuratissime.

2. Huic respondebimus — expectare nos Stoicos — comprehensio. Ita explicat Cic. Acad. Qu. IV, 6: cognitio aut perceptio, aut si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam κατάληψις illi vocant. Κατάληψις autem eas perceptiones complectebatur, quae tam certae sint, ut pro veris agnoscantur; itaque φαντασίαι καταληπτικαί sunt impressiones ab externis rebus in sensibus nostris excitatae, quae accuratissime respondent rebus illis extra

XXXIII. Itaque ingrato danda esse beneficia, sed praesertim ei, qui verissimiliter gratus fuerit.

1. Nam — est. Difficile est, animi consilia explorare. Saepius haec Plato-

nos

nos certissimam rerum comprehensionem: quoniam in arduo est veri exploratio: sed ea ire, qua ducit veri similitudo. Omne hac via procedit officium. sic ferimus, sic navigamus, sic militamus, sic uxores ducimus, sic liberos tollimus: quum omnium horum **3** incertus sit eventus. Ad ea accedimus, de quibus bene sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur ferenti proventum, naviganti portum, militanti victoriam, marito pudicam uxorem, patri pios liberos? Sequimur qua ratio, non qua veritas trahit. Expecta, ut nisi bene cessura non facias, et nisi comperta veritate nihil moveris: relicto omni actu vita consistit.

nos fitis, nobiscum diligentissime proprietates illarum communicant et nonnisi inde proficisci possunt. cf. Heynium ad Epicteti Manual. c. 45. Tiedemanni System I. p. 118 sq., qui tamen locum laud. Ciceronis, ubi Zenonis definitio affertur, perperam cepit. Hinc facile colligas, Senecam Academicorum sententiae hac de re accessisse: sed res aliter se habet. Nam, quum notum sit, veteres Stoicos omnino rerum comprehensionem contra Academicos mascule defendisse, scientiae tamen neminem nisi sapientem compotem esse obtinebant: unde facile apparet, nostrum h. l. comprehensionem proprie sic dictam non intelligere, sed scientiam illam (cf. Cic. Acad. Qu. IV, 47. de Finibus III, 5) quam certissimam rerum comprehensionem

vocat. *Officium*, non virtus. *Officium* oritur e primis naturae, et quidem ita, ut amore sui, socialitate, sciendique cupidine exortis, sensus pulchri et decori nascatur, quo fit, ut aestimatione rerum instituta, regulae constituentur actionum nostrarum. *Officia*, τὰ καθήκοντα, comprehendunt itaque omnes actiones, quae nos decent, ideoque et beneficia, tamquam aestimabilia.

3. *Ad ea accedimus eadem via. Sequimur — trahit:* quod ratione asserente et iudicante, ideoque ratiocinatione ducente futurum videtur, non quod liquido futurum constet. *moveris*, aggrediaris. *Dum verisimilia, non vera; ei beneficium dabo, quem* etc. Alibi quoque hoc epitheto gaudet noster Epist. XIII, 9.

liffit. Dum verifimilia me in hoc aut in illud impellant, non ^a vera; ei beneficium dabo, quem verifimile erit gratum effe.

XXXIV. Multa, inquit, intervenient, per quae et malus pro bono furrepat, et bonus pro malo displiceat: fallaces enim funt rerum fpecies, quibus credimus. Quis negat? fed nihil aliud invenio, per quod cogitationem regam. His veritas mihi veftigiis fequenda eft: certiora non habeo. Haec ut quam diligentiffime aeffimem, operam dabo, nec cito illis affentiar. Sic enim in proelio poteft accidere, ut telum meum in commilitonem manus dirigat, aliquo errore decepta; et hofti, tanquam meo, parcam. Sed hoc et raro accidet, et non vitio meo: cui propofitum eft hoftem ferire, civem defendere. Si fciam ingratum effe, non dabo beneficium. At obrepfit, at impofuit. Nulla hic culpa tribuentis eft, quia tanquam grato dedi. Si promiferis, inquit, te daturum ³ beneficium, et poftea ingratum effe fcieris, dabis, an non? Si facis, fcienf peccas: das enim cui non debes. fi negas, et hoc modo peccas, quia non das ei, cui promiffi. ^a Conftantia veftira hoc loco titubat, et

a. vera; ei beneficium dabo etc. cum Gron. veterem lectionem: non vere, una litera mutata, reposui. Antea: non verebor beneficium dare ei, quem etc. — a. Confcientia veftira. Omnes codd. mff. vacillant inter *confcientia noftira* et *veftira*. Vincent. bello. Spec. hift. VI, 31 habet: *c. noftira hoc modo tit.*, et deinceps *fapientem confiliis fuis p.* Vnde autem *fecta veftira* edd. nonnullas occupaverit,

XXXIV. Hunc verifimilitudinem fequi fas eft; nec fapientem aliter agere decet, ut in promiffis. rodotus 1, 43 verbi gr. Adraftum narrat interfeciffe contra fuam voluntatem Croefi filium Atyn.

2. Sic — meo amico parcam. Exempla etfi rara tamen hiftoria fervavit. He- 3. Conftantia. Sibi nunquam adverfari, femper tibi constantes effe bonos, Stoici ftatue-

et illud superbum promissum, nunquam sapientem facti sui poenitere, nec unquam emendare quod fecerit, nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quae erant, quum sumeret. Ideo nunquam illum poenitentia subit: quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quam quod factum est: nihil melius constitui, quam quod constitutum est. Ceterum ad omnia cum exceptione veniet: si nihil inciderit, quod impediat. Ideo omnia illi succedere dicimus, et nihil contra opinionem accidere, quia praesumit animo, posse aliquid intervenire, quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est, fortunam sibi spondere: sapiens utramque partem eius cogitat. scit quantum liceat errori, quam incerta sint humana, quam multa consiliis obstant. ancipitem rerum ac lubricam sortem suspensus sequitur, et consiliis certis incertos eventus. Exceptio autem, sine qua ^b nihil destinatur, nihil ingreditur, et hic illum tuetur.

XXXV.

rit, nescio: esse glossam scio. Sed *constantia*, quae est Lipsii coniectura egregia, praefenda et in textum revocanda erat. cf. not. — ^b. *nihil destinatur, nihil ingreditur*. Omnium codd. lectio est. non, quod Muret. dedit: *aggreditur*. *Ingreditur* est incipit.

statuebant: de constantia potestate humana positae autem hic agitur, et stoico sunt, constantiam tribui, et isto dogmate, quod sapiens nonnisi cum exceptione, in decretis suis nihil mutet. quam noster deinceps attulit (*μεθ' ὑπεξαίρεσως*, cf. Gatak. ad M. Antonin. IV, XXXV, 2. Si quis plura de hoc *sapiente* stoico scire velit, 1. Arriani Diss. Epict. III, 4); verendum est, ne speciem sapientis huius falsam animo tuo informes. Sapiens Stoeae fuit exemplar ethicum. Nisi autem reputes sapienti tantum in iis rebus, quae in

XXXV. Promisi beneficium, nisi si quid incidisset, quare non deberem dare. Quid enim, si quod illi pollicitus sum, patria sibi me dare iusserit? Si lex lata erit, ne id quisquam faciat, quod ego me amico meo facturum promiseram? Promisi tibi filiam in matrimonium. postea peregrinus apparuisti: non est mihi cum externo connubium. Eadem res me defendit, quae vetat. Tunc fidem fallam, tunc inconstantiae crimen audiam, si, quum omnia eadem sint, quae erant promittente me, non praestitero promissum: alioquin quidquid mutatur, libertatem facit de integro consulendi, ^a et me fide liberat.

Pro-

a. *et me fide liberat.* Omnium codd. et edd. lectio ante Erasmus, qui Tulliana phrasi coniecit, *et meam fidem liberat.* *Fides* est interdum promissum, quatenus *fides* est id cui confidas, confidere soleas possisque; deducitur autem ab aeol. *πίστις, πίστις*, cum aspiratione, ut sit idem quod *πίστις*. Salmal. de Ulur. 2. p. 22. Graev. ad Cic. de Off. 1, 7.

XXXV. Continuatio. — stat. Corduba autem, unde 1. *non est mihi — connubium.* Seneca oriundus fuit, erat Cives romanos tantum cives colonia patricia (Plinio testae N. H. III, 1.), ideoque romanas in matrimonium ducere potuisse, notissima colonia civitatis romanae, res est. Concessio tamen qua quidem relicta coloni iustarum nuptiarum cum Romam reduces ius suffragii et honorum petendorum peregrino vel peregrina post exercuerunt. Quamobrem Senecae demum tempora Seneca se ipse novum hominem apud Tacit. XIV Annal. 53 appellavit. Hactenus contendit, Senecam etiam assentior Fergufono lib. 1. fuisse peregrinum, in eo desidero eius indicium, quum, histor. incrementi et excidii Reip. Rom. interpretat. quod senex ille alioqui venerandus probe scivit, German. p. 17 et 102: nam Seneca muneribus et honoribus de omnibus coloniis, (de quibus cf. Heinecc. Antiq. officiisque civilibus rom. ad Instit. Append. I, LXXVI sq. p. 393 sq.) haec affirmare non ausim.

Promisi advocacionem: postea apparuit, per illam causam praeiudicium in patrem meum quaeri. promisi me peregre una exiturum: sed iter infestari latrociniis nuntiatur. in rem praesentem venturus fui: 3 sed aeger filius, sed puerpera uxor tenet. Omnia esse debent eadem, quae fuerunt quum promitterem, ut promittentis fidem teneas. Quae autem maior fieri mutatio potest, quam si te malum virum et ingratum comperi? quod tanquam digno dabam, indigno negabo, et irascendi quoque causam habebo deceptus.

XXXVI. Inspiciam tamen, et quantum sit de quo agitur: dabit mihi consilium promissae rei modus. Si exiguum est, dabo: non quia dignus es, sed quia promisi. nec tanquam munus dabo, sed verba mea redimam, et aurem mihi pervellam: damno castigabo promittentis temeritatem. Ecce ut doleat, ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus,
lin-

2. *in rem praesentem* — aure ima memoriae locus, *fui*. Proprie veniebant in quam tangentes antestamur. rem praesentem olim, quum Virgil. Eclog. VI, 4: Cyn- locum de quo controversia thius aurem Vellit et ad- esset, oculo ac digito de- monuit. Noster iterum in- signare vellent. Sed hic fra V, 7. et Epist. 94. L. sermonem esse de advocato, *Linguarium* multam depen- qui alioqui in iudicio patro- dam et quasi vectigal pro- cinium clienti aut amico lingua temere loquuta. cf. erat praestiturus, apparet. Gronov. ad libr. IV de pecunia vetere cap. 4. *Sesertio centies*. Lipsius monet: Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v.

XXXVI. Errori tamen in argute Maecenatem loquutum, nolle se obiurgari promissis non indulgendum est.

1. *Aurem mihi pervellam* i. e. ipse me admonebo, ad cautionem in posterum adhortabor. Nam aurem vellere commonefacientis et memoriam item excitantis. Frideric. aur. Plin. H. N. XI, 45: est in

linguarium dabo. Si maius erit, non committam, quemadmodum Maecenas ait, ut festertio centies obiurgandus sim. Inter sese enim utrumque comparabo. Est aliquid, in eo quod promiseris, perseverare: est rursus multum in eo, ne indigno beneficium des. Hoc tamen quantum sit, attendendum. si leve, conniveamus: si vero magno mihi aut detrimento, aut rubori futurum, malo semel excusare, quare negaverim, quam semper, quare dederim. Totum, inquam, in eo est, quanti promissi mei verba taxentur. Non tantum quod temere promisi, retinebo, sed quod non recte dedi, repetam. Demens est, qui fidem praestat errori.

XXXVII. Philippus Macedonum rex habebat militem manu fortem, cuius in multis expeditionibus utilem expertus operam, subinde ex praeda aliquid illi virtutis causa donaverat, et hominem vaenalis animae crebris auctoramentis accendebat. Hic naufragus in possessiones cuiusdam Macedonis expulsus est. ^a qui, ut nuntiatum est, accucurrit, spiritum eius

^a. *qui, ut nuntiatum est, a.* Scholium *Macedoni illi*, quod codd. quosdam et edd. invaserat, Gronovius plurium codd., imprimis cod. Naz. auctoritate recte delevit, et *qui* e suis mss. pro *quod* posuit: quem sequimur. Mox *affectum* bene habet: scholium est, quod Lipsii codd. praestabant, *afflictum semivivumque*.

XXXVII. Probat exemplo Alexandri M. dici, non pen- ultimum aut alium regem
 roris suo intellecto fidem Macedoniae cognominem.
 non praestitit. Ceterum Seneca unus hanc

1. *Philippus.* Ex memoravavit. *militem*, non gregari-
 ratione *Pausaniae*, qui post- rium, sed centurionem, or-
 ea Philippum interfecit (cf. dinis ductorem: sic *miles*,
 Arrian. Exped. Alexandri *σπατιώτης* saepe de iis qui
 I, 20, 25 ed. Schmiederi et militibus praesunt usurpa-
 Diodor. Sic. XVI, 91) colli- tur. *austoramentis*,¹ donis,
 gamus necesse est, patrem praemiis.

eius recollegit, in villam illum suam transtulit, lectulo suo celsit, affectum semianimemque recreavit, diebus triginta impensâ suâ curavit, refecit, viatico instruxit, subinde dicentem: Gratiam tibi referam: videre tantum mihi imperatorem meum contingat! Narravit Philippo naufragium suum, auxilium tacuit, et protinus petiit, ut sibi praedia cuiusdam donaret. Ille quidam erat hospes eius, is ipse, a quo receptus erat, a quo sanatus. Multa interim reges, in bello praesertim, opertis oculis donant. non sufficit homo iustus unus tot armatis cupiditatibus. non potest quisquam eodem tempore et bonum virum, et bonum
 3 ducem agere. Quomodo tot millia hominum insatiabilia satiabuntur? quid habebunt, si suum quisque habuerit? hoc Philippus sibi dixit, quum illum induci in bona quae petebat iussit. Expulsus bonis suis ille, non ut rusticus iniuriam tacitus tulit, contentus quod non et ipse donatus esset: sed Philippo epistolam strictam ac liberam scripsit: qua accepta ita exarsit, ut statim Pausaniae mandaret, bona priori domino
 4 restitueret: ceterum improbissimo militi, ingrattissimo hospiti, avidissimo naufrago; stigmata inscriberet, ingratum hospitem testantia. Dignus quidem fuit, cui non inscriberentur illae literae, sed insculperen-

2. *homo iustus*, sc. hac in dis exemplis historicis, no-
 re. Nam alias eius iustitia tum est, e. c. ex iudicio de
 male audit apud Demosthe- Alexandro M. cf. ad I de Be-
 nem et Theopompum Athe- nef. 13, 1. II, 16, 1. Ep.
 naei IV p. 166 f. 167. Cice- XCI, 17.
 ro tamen laudat eum pro- 4. *stigmata*, iniustas fron-
 pter facilitatem et humani- ti notas literasque. De hoc
 tatem de Off. I, 26. cf. Ae- more, sive una litera sive
 lian. V. H. VIII, 15. Iustin. pluribus iisque ingentibus
 IX, 4. Unde Seneca hanc frontem implendi malefico-
 historiolum desumerit, di- rum, multa collegit Liplius
 cere non habeo: criticum in Elect. II, 15 p. 488 sqq.
 autem non egisse in deligen- Opp. To. I.

perentur, qui hospitem suum, nudo et naufrago similem, in id in quo iacuerat ipse litus expulerat. Sed videbimus, quis modus poenae servandus fuerit: auferendum utique fuit, quod summo scelere invaserat. Quis autem poenâ eius moveretur, qui id commiserat, ^b propter quod nemo miserari miseris posset?

XXXVIII. Dabit tibi Philippus quia promisit, etiam si non debet, etiam si iniuriam, etiam si scelus facturum est, etiam si uno facto praeclusurus est naufragis litora? Non est levitas, a cognito et damnato errore discedere; et ingenue fatendum est: „Aliud putavi: deceptus sum.“ Haec vero superbæ stultitiæ perseverantia est: „Quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratumque sit.“ Non est turpe, cum remutare consilium. Age, si Philippus possessorem illorum eorum litorum reliquisset, quæ naufragio ceperat, nonne omnibus miseris aqua et igni interdixerat? Potius est, inquit, intra fines regni mei, ^a te

N 2

litteras

b. *propter quod nemo miserari miseris posset?* Defendit hanc lectionem Lipsius e sequentibus C. XXXVIII, 2 nonne omnibus miseris aqua et igni interdixerat? Plerique tamen scripti, *pro quo nemo miserari misericors posset.* Vulgatum præfero ut Senecæ magis consentaneum. — a. *te litteras istas oculis i.* Lipsius ait: Quid? ipsis oculis inscriptæ notæ? nec potuit nec solet etc. Emendat adeo vel *foculis*, vel *ocius*. Sed bene habet. cf. not.

Quis autem — posset? qui, omni actione ingratorum reiecta, nec poenam probat ullam.

1. Num *dabit tibi*, superbissime latro, *Philippus* etc. Haec quidem sunt rhetorici coloris Senecæ familiaris propria, ut nimirum interrogationibus conversionibusque subitis eiusmodi utatur: uti sæpe iam vidimus.

2. *Potius est*, præstat, *te*

litteras istas oculis inscribendas, durissima fronte circumferre. ostende quam sacra res sit mensa hospitalis: praebe in facie tua legendum istud decretum, quo cavetur, ne miseros tecto iuvare capitale sit. Magis ista constitutio sic erit rata, quam si illam in aes incidissem.

XXXIX. Quare ergo, inquit, Zeno vester, quum quingentos denarios mutuos cuidam promississet, et illum parum idoneum comperisset, amicis suadentibus ne daret, perseveravit credere, quia promiserat? Primum alia conditio est in credito, alia in beneficio. Pecuniae etiam male creditae exactio est. appellare debitorem ad diem possum: et si foro cesserit, portionem feram: beneficium et totum perit, et statim.

2 Praeterea hoc mali viri est, illud mali patris familiae. Deinde ne Zeno quidem, si maior fuisset summa, credere perseverasset. Quingenti denarii sunt, illud, quod

te litteras istas oculis inscribendas etc. Bene Huetus in notis mss. locum hunc sic exposuit: non fronti solum, sed oculis ipsis, si fieri posset, inscribendas. Lipsius h. l. expedire se non potuit. *ostende — hospitalis.* Institutis antiquissimis hospitalitatem attribuendam et sanctitatem eius moribus firmatam esse instar decreti, constat. Hinc Graecis ἄλλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν proverbialis fuit loquendi forma. cf. Jacobs ad Brunckii Analect. Animadv. I, 2 p. 241 et Addend. Vol. III eiusdem operis P. 2 p. 436. Nec Arabibus incognitum

morem dicendique rationem docet Schulz Leitungen des Höchsten V, p. 247. *in aes incidissem*, ut legem.

XXXIX. Promissa autem beneficia multum distant ab aliis promissis.

1. Zeno auctor Stoicae sectae notissimus. *quingentos denarios*: aequant fere 15 Frideric. aur. *si foro cesserit*: proprie de argentariis, qui non amplius solvendo pares ideoque forum ubi argentariam faciunt, deserere coguntur: deinde quoque de debitoribus, quorum bona sub titulum ivere. cf. ad XII, 3.

quod dici solet, in morbo consumat: fuit tanti, non revocare promissum suum. Ad coenam quia promisi, ibo, etiam si frigus erit: non quidem, si nives cadent. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamvis non concoxerim: sed non, si febricitavero. Sponsum descendam, quia promisi: sed non si spondere in incertum iubebis, si fisco obligabis. Subest, inquam, tacita ³ exceptio, si potero, si debebo, si haec ita erunt. Effice, ut idem status sit, quum exigitur, qui fuit, quum promitterem. Desituere levitas non erit, si aliquid intervenit novi. quid miraris, quum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? eadem mihi omnia praesta: et idem sum. ^a Vadimonium promittimus. tamen deseris: non in omnes datur actio deserentes. vis maior excusat.

N 3

XL.

1. *Vadimonium promittimus. tamen deseris: non in omnes datur actio deserentes.* Hanc lectionem ope cod. Naz. loco veteris reposui. Hic codex, cuius apices singuli, ait Gron., consideratione digni sunt, cum quatuor aliis dabit *deserit*, unde Gron. fecit: *deserti*. Simplicior autem emendatio mihi esse videbatur: *deseris*. Antea: *Vad. prom. tamen deseritur: non in omnes datur actio deserentem vis maior* etc. Iam Liplius *deserentes* dat, quam voeem ad *omnes* retulit, recte legens ac distinguens.

2. *in morbo consumat.* ad III de Benef. 27, 2. *in Morbum* dici de quovis animi vitio notum est, ideoque *incertum*, summa non expressa. *fisco* in fiscum reditus influxisse, qui ex triangulari animi, la caprice, butis provinciarum Caesaris manarent et ad imperatores pertinerent, constat. cf. Ep. VII, 1 et Mitscherlich. ad Horat. Carm. I, 37, cf. Heinecii Antiq. rom. I, 10. Inprimis huc pertinet 25, 105 sq.

Epist. 79, 4. Concedo tamen, sumi quoque proprie maiorem parare exceptionem, quominus quis se iudicio promissa statutaque die sistant: huiusmodi sunt in forum et ad tribunal. cf. grandiores labes, tempestates.

XL. Idem etiam illa in quaestione responsum existima, an omnimodo referenda sit gratia, et an beneficium utique reddendum sit. Animum praestare gratum debeo: ceterum aliquando me referre gratiam non patitur mea infelicitas, aliquando felicitas eius, cui debeo. ^a Quid enim regi, quid pauper diviti reddam? utique quum quidam recipere beneficium, iniuriam iudicent, et beneficia subinde aliis beneficiis ² onerent. Quid amplius in horum personam possum, quam velle? nec enim ideo beneficium novum reicere debeo, quia nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter, quam dabitur: et praebebo me amico meo exercendae bonitatis suae capacem materiam. Qui nova accipere non vult, acceptis offenditur. Non refero gratiam. quid ad rem? non est per me mora, si aut occasio mihi deest, aut facultas. Ille praestitit mihi, nempe quum occasionem haberet, ³ quum facultatem. Utrum bonus vir est, an malus? apud bonum virum bonam causam habeo: apud malum non ago. Ne illud quidem existimo faciendum, ut referre gratiam, etiam invitis his quibus refertur, properemus, et instemus recedentibus. Non est referre gratiam, quod volens acceperis, nolenti reddere. Quidam, quum aliquod illis missum est munusculum, subinde aliud intempestive remittunt, et nihil

a. *Quid enim regi, quid pauper diviti r.?* Mureti haec coniectura est, quam ceteris praefero. Nam omnes codd. et ceterae edd. habent: *Quid enim regi, quid pauperi, quid diviti r.?* Unde Pinc. facere voluit: *Quid e. regi, quid principi, quid d. r.?* Reges enim et principes frequenter copulat noster. Fuit, quum opinarer, voces duas *quid pauperi* margini a male sedulo appictas et sic in textum immittas esse.

tes, incendia, terrae motus, XL. Animus gratus tamen vis aquarum, et alia id genus, quae humano consilio sit. praestandus est, si fieri possit.

provideri non queunt. L.

1. *Quid enim regi* etc.
Haud

nihil se debere testantur. ^b Reiciendi genus est, pro-
tinus aliud invicem mittere, et munus munere ex-
pungere. Aliquando et non reddam beneficium,
quum possim; quando? si plus mihi detracturus ero,
quam illi collaturus: si ille non erit sensurus ullam
accessionem recepto eo, quo reddito, mihi multum
abscessurum erit. Qui festinat utique reddere, non
habet animum grati hominis, sed debitoris. Et ut
breviter, qui nimis cito cupit solvere, invitus debet:
qui invitus debet, ingratus est.

b. *Reiciendi genus.* Sic cod. Naz. et ceteri. Nec quidquam
mutes. Vincent. bello. l. l. IX, 108 habet: *Reiciendi si-
gnum, et mox munus munere expugnare.*

Haud dubie noster de Nero- ab eo reddituro tot tanta-
ne h. l. cogitavit, qui bene- que recipere noluit. Tacit.
ficia quae Senecae dederat, Annal. XIII, 53.

L. ANNAEI SENECAE
 AD AEBUTIUM
 LIBERALEM
 DE BENEFICIIS
 LIBER V.

Argumentum et Ordo.

Absolutis duabus praecipuis partibus, Quomodo dandum beneficium, Quomodo accipiendum: transire se dicit ad quaedam non tam in ipsa materie, quam ex ipsa et vicina ac connexa. Quaestiunculas subserit, primo istam: An turpe beneficiis vinci? negat vinci posse, et parem semper esse, qui grate meminit, qui cupit animo referre, si re non potest. Quaestiuncula secunda: An aliquis sibi beneficium donet? item negat, et in utramque tamen partem argutatur. Tertia Quaestiuncula: An aliquis ingratus Stoice dici possit? ait, et docet. Quarta: An non omnes ingrati sint? minime, etsi plurimos fatetur. Deinde ex atextu: Quousque, et an alius pro alio obligemur? ut filius pro patre, et talia. Distinctione respondet, et magis negat. Quinta Quaestiuncula: An triste beneficium, et invito etiam dari possit? potest. Ultima denique: An repeti beneficium possit? L.

I. IN prioribus libris videbar consummasse propositum, quum tractassem, quemadmodum dandum esset

I. Quum potissimae offi- sint, ad quaestiones proce-
 cii huius partes absolutae dit connexas quidem sed
 non

set beneficium, et quemadmodum accipiendum. hi enim sunt huius officii fines. Quidquid ultra moror, non servo materiae, sed indulgeo: quae quo ducit, sequendum est, non quo invitat. Subinde enim nascetur, quod laceffat aliqua dulcedine animum, magis non supervacuum, quam necessarium. Verum² quia ita vis, perseveremus, peractis quae rem continebant, scrutari etiam ea, quae, si vis verum, connexa sunt, non cohaerentia: quae quisquis diligenter inspicit, nec facit operae pretium, nec tamen perdit operam. Tibi autem homini natura optimo, et ad beneficia propenso, Liberalis Aebutii, nulla eorum laudatio satisfacit. Neminem unquam vidi tam³ benignum etiam levissimorum officiorum aestimatorum. Iam bonitas tua eousque prolapsa est, ut tibi dari putes beneficium, quod ulli datur. paratus es, ne quem beneficii poeniteat, pro ingratis dependere. Ipse usque eo abes ab omni iactatione, usque eo statim vis exonerare quos obligas, ut quidquid in aliquem confers, velis videri non praestare, sed reddere. Ideoque plenius ad te sic data revertuntur.⁴ nam fere sequuntur beneficia non repolcentem: et

N 5

ut

non cohaerentes, ut Liberalis, cuius laudes sequuntur, gratificetur. pervacua, tamen non necessaria.

3. *pro ingratis dependere.*

1. *Quidquid — invitat.* Pendet e prioribus: quia Potissimis officii partibus tibi inscribis et imputas aliis consummatis non opus amplius est, ut materiam illustrem ordine accurato, sed tibi inscribis et imputas aliis benefacta, sequitur ut gratus pro iis sis et solvas.

4. *et ut gloria fugientes* sc. eam, modestos. Sic Agrippam IV, 32, 4 appellat noster gloriae sequentis fugacissimum. Epist. LXXIX, 11 ait: Gloria umbra virtutis est, etiam invitos comitabitur. *si illa hoc scito odisse*

ut gloria fugientes magis sequitur, ita fructus beneficiorum gratius respondet illis, per quos etiam esse ingratis licet. Per te vero non est mora, quo minus beneficia qui acceperunt, ultro repetant: nec recufabis conferre alia, et fuppreffis difsimulatisque plura ac maiora adiciere. Propofitum optimi viri, et ingentis animi eft; tam diu ferre ingratum, donec feceris gratum. Nec te ifta ratio decipiet. fuccumbunt vitia virtutibus, fi illa a hoc fcito odiffe properaveris,

II. Illud utique unice tibi placet, velut magnifice dictum: Turpe eft beneficiis vinci. Quod an fit verum, non immerito quaeri folet: longeque aliud eft, quam mente concipis. Nunquam enim in rerum honeftarum certamine fuperari turpe eft: dummodo arma non proicias, et victus quoque velis vincere. Non omnes ad bonum propofitum eadem afferunt vires, eadem facultates, eandem fortunam; a quae opti-

a. hoc fcito. Codd. mff. et vulgatae edd. habent: *fi illa cito odiffe properaveris*, unde Muretus fecerat: *fi illa non cito odiffe prop.* In qua tamen lectione illa: *non cito properaveris* male congruunt. Iam vero quum *con* et *hoc* in codd. faepe confundantur, cf. Heynii Obff. ad Tibull. IV, 2, 32, legendum puto: *hoc fcito*, i. e. hac ratione, quam fequeris. Quae verba quidni eodem iure in textum reponam, quo Muretus illa *non cito* reponenda putavit? *Scitum* autem idem efle quod decretum, *δόγμα*, ipfe nofter docet Ep. 95, 9. Nec *properaveris* stare potuit, quum magis de mora, quam de properatione h. l. fermo fit. Proinde e cod. Naz, *prosperaveris* revocandum erat, in quo verbo nescio quis obelo in codice confixerat, Grutero narrante, *τὸ f*, ut inde fieret *properaveris*. — a. quae optimorum quoque confilio.

odiffe prosperaveris i. e. fi ficiis vinci, demonftrat ufque ifta, quam tibi praefcripifti, que ad cap. VII.

norma legeque oderis atque 1. Quod — quaeri folet, ita profpera feceris, five in haud dubie in fcriptis fcholisque Stoicorum, e. c. Hecatonis rel. rer. honeftar. id-

II. Non turpe efle, bene- catonis rel. rer. honeftar. id- coque

optimorum quōque consiliorum dumtaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum petens, laudanda est, etiam si illam alius gradu velociori antecessit: non, ut in certaminibus, ad spectaculum editis, meliorem palma declarat: quamquam in illis quoque saepe deteriorē praetulit casus. Ubi de officio agitur, quod³ uterque a sua parte esse quam plenissimum cupit, si alter plus potuit, et ad manum habuit materiam sufficientem animo suo, si illi, quantum conatus est, fortuna permisit; alter autem voluntate par est, etiam si minora quam accepit reddidit, aut omnino non reddidit, sed vult reddere, et toto in hoc intentus est animo: hic non magis victus est, quam qui in ar-⁴mis moritur; quem occidere facilius hostis potuit, quam avertere. Quod turpe existimas, id accidere viro bono non potest, ut vincatur: nunquam enim succumbet, nunquam renuntiabit: ad ultimum usque diem

litorum dumtaxat exitus temperat. Dumtaxat erat vox Lipsio suspecta, et quum eius codex divisim scriberet *dum taxat*, hoc praetulit. At Gronovio assentior, nihil suspecti h. l. esse iudicanti. Nam *dumtaxat* hic non est *tantummodo*, sed *saltem*, ad minimum; si nihil aliud, certe exitus. Sic saepe occurrit, e. c. Sueton, Aug. 66. Noster habet Ep. 58, 33. Plin. Epp. 5, 6.

eoque officiorum, quae inde pendent.

2. *Voluntas ipsa rectum, virtutem petens — laudanda est.* Notum est illud Ovidii Pont. III, 4, 79: ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Haud multum abludit Kantii dogma: bonam voluntatem in consiliis nostris magni esse faciendam et principii loco habendam. *non ut — casus:* ibi non voluntas, sed factum

ipsum vincit: *casus* tamen, e. c. fractio currus, decidere potest. Exempla dat Pausanias in historia Arrhachionis et Creusae, lib. VIII, 40. Alia vide ap. P. Fabrum in Agonistic. lib. 3 passim.

3. *Ubi de officio agitur.* cf. ad IV, 33, 2. *quantum conatus est*, quantum velit.

4. *renuntiabit* conditioni huic, aut amico certamini. Laudat Ernesti in Clay. Cic. h. v. Cicero, Verr, I, 54; renun-

diem vitae stabit paratus, et in hac statione morietur; magna se accepisse prae se ferens, paria voluisse.

III. Lacedaemonii vetant suos pancratio aut cestu decernere, ubi inferiorem ostendit victi confessio. Curfor^a cretam prior contingit: velocitate alium, non animo, antecessit. Luctator ter abiectus perdit palmam, non tradidit. Quum invictos esse Lacedaemonii cives suos magno aestimarent, ab his certaminibus

a. *cretam*. Sic optimi codd. Alii: *metam*, quae est explicatio antiquae lectionis, et e margine in textum, ut in talibus fit, translata.

renuntiabit illam decisionem, h. e. nunciat illam pacationem, quam fecissent, ratam non esse, improbari ab eo, cuius in ea re voluntas maxime spectanda sit.

1. *Lacedaemonii vetant* etc. in usu tamen fuisse apud eos hoc *pancratium* live pugilatus et luctae coniunctionem, antequam referente Plutarcho in Lycurg. c. 19. et plenius Apophthegm. Lacon. p. 228. ed. fref. veta-retur, noli dubitare. cf. praeter Fabrum Agonist. I, 12. Burmann. ad Propert. III, 12. Pancratiales est, Lipsio recte observante, qui nudis manibus pugnisque nexus miscet, sed etiam pedibus et toto corpore certat. Inde nomen Graecis, quod viribus et omni robore advocato, sicut et eosdem *παμάχους* vocant. *cestu*, segmento loreo, gravi bullis s. nodis e ferro, aere, plumbo interfecto manus bra-

chiaque armabantur: deinde arte fuisse factas, coriis confutis, chirothecas, ut indui possent manibus, constat: hoc pondere caput, genae, collum pectusve adversarii quatiebantur. cf. Homeri II. ψ, 352 sq. Virgil. Aen. V, 362 sq. et viroque loco Heynii nott. *creta* i. meta. Plin. H. N. VIII, 42. XXXV, 17: alias linea exterior est: ultima linea Horatii Epist. I, 16 fin. inde ducta est. *ter abiectus*, *τριαχθεις*, qui ter ab adversario deiicitur, aut qui tribus certaminibus, *σαδίω*, *διαύλω* et *δολίχω* vincitur. Hinc Eurip. Orest. 436 *διὰ τριῶν δ' ἀπόλλυμαι* prorsus perii. cf. Ez. Spanhem. ad Iuliani Orat. I. p. 40. Salmaf. ad Solin. p. 206. *in quibus victorem — iubentis*. Apud Plutarch. Apophthegm. Lacon. p. 228 d. fref. ipse Lycurgus hanc eandem causam huius legis addit: *ὅπως, ἔφη, μηδεὶς*

taminibus removerunt, in quibus victorem facit non iudex, non per se ipse exitus, sed vox cedentis, et tradere iubentis. Hoc quod illi in civibus suis custo-² diunt, virtus ac bona voluntas omnibus praeliat, ne unquam vincantur, quoniam quidem etiam ^b inter superantia animus invictus est. Ideo nemo trecentos Fabios victos dicit, sed occisos; Et Regulus captus est a Poenis, non victus; et quisquis alius saevientis fortunae vi ac pondere oppressus, non submittit animum. In beneficiis idem est: plura aliquis accepit,³ maiora, frequentiora; non tamen victus est. Beneficia fortasse beneficiis victa sunt, si inter se data et accepta computes: si dantem et accipientem comparaveris, quorum animi et per se aestimandi sunt, penes neutrum erit palma. Solet enim fieri, ut etiam quum alter multis vulneribus confossus est, alter leviter quidem saucius, pares exisse dicantur, quamvis alter videatur inferior.

IV. Ergo nemo vinci potest beneficiis, si scit debere, si vult referre, si quod rebus non potest, animo aequat. Hic, quam diu in hoc permanet, quam diu tenet voluntatem, gratum animum signis approbat: quid interest, ab utra parte munuscula plura numerentur? Tu multa dare potes; at ego tantum accipere possum: tecum fiat fortuna; mecum bona voluntas. tamen tam par tibi sum, quam multis armatissimis nudi, aut leviter armati. Nemo itaque be-² neficiis vincitur: quia tam gratus est quisque, quam
voluit,

b. *inter superantia*. Sic omnes codd. Gruteri. Pincianus tamen ingeniose emendavit: *in ter superatis a*.

μηδεις αὐτῶν ἐν τῷ ποιεῖν 2. *quam voluit*, quam ἀπαυδάμ ἐδίξηται. *tradere* i. eius bona voluntas patet manum, quae porrigebatur: valetque. *A principibus* hinc loquendi ratio prover- etc. Hic Seneca ad suam ip- bialis, manum dare, de sus conditionem et relatio- victo. nem

voluit. Nam si turpe est beneficiis vinci, non oportet a praepotentibus viris accipere beneficium, quibus gratiam referre non possis. A principibus dico, a regibus: quos eo loco fortuna posuit, ex quo largiri multa possent, pauca admodum et imparia datis recepturi. Reges et principes dixi, quibus tamen potest opera navari, et quorum illa excellens potentia per minorum consensum ministeriumque constat.

5 Sunt quidam extra omnem subducti cupiditatem, qui vix ullis humanis desideris continguntur: quibus nihil potest praestare ipsa fortuna. necesse est a Socrate beneficio vincari: necesse est a Diogene, qui per medias Macedonum gazas nudus incessit, calcatis regiis

4 opibus. ^a O nae ille tunc merito et sibi et ceteris, quibus ad dispiciendam veritatem non erat offusa caligo, supra eum eminere visus est, infra quem omnia iacebant. Multo potentior, multo locupletior fuit omnia tunc possidente Alexandro. plus enim erat, quod hic nollet accipere, quam quod ille posset dare.

V.

a. *O nae* e quatuor codd. Grut. receptum. Olim: *Noune ille.*

nem ad Neronem respexisse videtur; de qua Tacit. Ann. XIV, 53 exponit: ubi ait Seneca: se tot tantisque muneribus obniti debuisse etc.

3. *Sunt quidam* etc. quos post ipse appellat, *Socrates, Diogenesque* sinopenis: de hoc posteriore omnia nota sunt, imprimis illud, quo Seneca h. l. respexit, responsum Alexandro M. roganti, ut diceret si quid sibi opus esset: Nunc quidem,

paullulum a sole. Cic. Tusc. V, 32 ubi plura de Diogene occurrunt memoratu digna. *Infra quem omnia iacebant*, quatenus rex Macedoniae rerum Graeciae potitus erat. Id autem tunc temporis agebat, ut bellum contra Darium Codomannum aggrederetur: itaque necdum fastigium potentiae ascenderat. Cf. Plut. vit. Alexandri p. 671 frcf. Proprie omnia demum possidebat rege Persarum subacto.

V. Non est turpe, ab his vinci. neque enim minus fortis sum, si cum invulnerabili me hoste committis: nec ideo ignis minus urere potest, si in materiam incidit inviolabilem flammis: nec ideo ferrum secandi vim perdidit, si non recipiens ictum lapis solidus, invictaeque adversus dura naturae, dividendus est. Idem tibi de homine grato respondeo. Non turpiter vincitur beneficiis, si ab his obligatus est, ad quos aut fortunae magnitudo, aut eximia virtus aditum redituris ad se beneficiis clausit. A parentibus a fere vincimur. ^a nam tam diu illos habemus, quam diu graves iudicamus, et quam diu beneficia illorum non intelligimus. Quum iam aetas aliquid prudentiae collegit, et apparere coepit, propter illa ipsa eos amari a nobis debere, propter quae non amabantur, admonitiones, severitatem, et inconsultae adole-

a. *nam tam diu illos habemus.* Cum Lipsio illam vocem *odio* post *illos* insertam in edd. vulgg., sed in nullo codice mss. comparentem expunxi: nec cum Grutero *illos insuper habemus* admittendum putavi. Lipsius recte exposuit. cf. not.

1. *si cum invulnerabili me hoste committis.* Committi, componi quis dicitur, qui cum quodam certare debet. *invulnerabili* propter arma, clipeum, thoracem etc. *dividendus est* in plures partes, qui in lamellas dissecari nequit.

2. *nam tam diu illos habemus.* Spectant haec ad severitatem patriae potestatis plerumque liberis graviter incumbentis. Parentes, ait Lipsius ad h. l., tamdiu in vita habemus, atque iis fruimur, quamdiu in adolescentia eos fere gravamur. Ubi firmior aetas firmius iu-

diciam dedit, tunc abeunt et moriuntur. Itaque grati non sumus, quia, quum possumus, non intelligimus: quum hoc et volumus, ferum est, et iam fuerunt. Sequitur, nos ab eorum beneficiis vinci. Vitio temporum parentumque hoc tribuendum est, quod Seneca de suis temporibus narrat, an, quod interdum in eo observamus, nimis generale ab eo hoc dictum esse putemus? *onere* non beneficio. Educandi, monendi, dirigendi laborem habere: fructum, nisi in tacita spe et gaudio, vix ullum.

adoleſcentiae diligentem cuſtodiam, rapiuntur nobis. Paucos uſque ad verum fructum a liberis percipiendum perduxit aetas: ceteri liberos onere ſenſerunt.

3 Non eſt tamen turpe, vinci beneficiis a parente. quidni non ſit turpe, quum a nullo turpe ſit? Quibusdam enim et pares, et impares ſumus: pares animo, quem ſolum illi exigunt, quem nos ſolum promittimus; impares fortunâ, quae ſi cui obſtitit quominus referret gratiam, non ideo illi tanquam victo
4 erubescendum eſt. Non eſt turpe, non conſequi, dummodo ſequaris. Saepe neceſſe eſt, ante alia beneficia petamus, quam priora reddidimus. Nec ideo non petimus, aut turpiter petimus, quia non redditori debemus: quia non per nos erit mora, quominus gratiſſimi ſimus. Sed interveniet aliquid extrinſecus, quod prohibeat. nos tamen nec vincemur animo, nec turpiter his rebus ſuperabimur, quae non ſunt in noſtra poteſtate.

VI. Alexander Macedonum rex gloriari ſolebat, a nullo ſe beneficiis victum. Non eſt quod nimius animi

3. *Quibusdam* rebus. Moneo hoc, quia vidi, fuiſſe, qui poſt *quibusdam* hominibus aut parentibus ſupplerent. Quod fieri non poteſt. *Animo* enim et *fortuna* ad *quibusdam* referuntur. *illi* parentes.

1. *Alexander* — *iudicet*. Superbus Alexander gloriatus eſt; ſe multa beneficia contuliſſe in Macedonas etc., nec ab iis victum eſſe beneficiis: ſed non cogitavit, his iſtis populis ſibi praeſtitum eſſe immenſum ſuum regnum, ideoque ſe iam hac

ratione ab iis victum eſſe beneficiis. Macedonas autem, Graecos, Caras (cf. Arriani Exped. Alexandri I, 20 etc.) et Perſas cum exercitu ſuo ſibi ſubiecit, vel beneficiis maximis aſſecit, alias vero nationes *ſine exercitu*, ſolo metu et gloria ſua *diſtrinxit*, i. e. ligavit, ſubjugavit, ſive, ſeparavit, divulſit ab imperio Perſarum ſuoque adiunxit. Iam quum ſecuros hos populos praestaret, et de ſalute eorum ſollicitus eſſet; beneficiis eos ſe cumulaviſſe ideo-

animi Macedonas, et Graecos, et Caras, et Persas, ^a et nationes districtas sine exercitu suspiciat! ne hoc sibi praestitisse regnum, a Thraciae angulo porrectum usque ad litus incogniti maris, iudicet! Eadem re gloriari Socrates potuit, eadem Diogenes, a quo utique victus est. Quidni victus sit illo die, quo homo supra mensuram humanae superbiae tumens, vidit aliquem, cui nec dare quidquam posset, nec eripere? Archelaus rex Socratem rogavit, ut ad se veniret. dixisse Socrates traditur, Nolle se ad eum venire, a quo acciperet beneficia, quum reddere illi paria non posset. Primum, in ipsius potestate erat, non accipere: deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, et id dabat, quod utique ille non erat Socrati redditurus. Etiamnunc
Arche-

a. et nationes districtas sine exercitu. Lipsius con. suo exercitu. Gronovius autem ait: videtur legendum: nationes descriptas in exercitus, et deinde ne hos, quum sit, ne hoc, h. e. a nationibus, quas in exercitus descripserat, victum beneficiis eum non esse etc. Sed nulla emendatione opus est. cf. not.

ideoque vicisse putavit Alexander. Eadem re potius etc. sc. se a nullo beneficiis esse victos. Quidni — eripere: spectant haec ad Diogenem: cf. supra ad c. IV, 3.

2. Archelaus, Macedonum rex, qui eodem anno a Cratero, amasio suo interfectus est, quo Socrates obiit, docente Diodor. Sic. XIV, 37 ibique Wesseling. Testatur veritatem rei Aristot. Rhetor. II, 23, 8 ed. bip. To. IV. p. 276: attigit et Diogen. Laert. II, 25 ubi Menagius nostri loci memor

fuit. Nolle se ad eum — possset. Aristoteles l. l. haec lic extulit: ὕβριν γὰρ, ἔφη, εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι ὁμοίως εὐπαρόντα, ὥσπερ καὶ κληῖς. Exornarunt alii hanc Socratis responsionem, e. c. Epictet. To. III. p. 212 ed. Schwgh., et auctor primae epistolarum, quae, docente Bentleio Opusc. phil. p. 47 sq. ed. Lipsf., Socrati falso tribuuntur. cf. Baylii Dict. hist. et crit. Archelaus l. fines quatenus et quomodo vivere et mori oporteret.

Archelaus daturus erat aurum et argentum, recepturus contemptum auri et argenti. Non poterat ergo Archelao referre Socrates gratiam? et quid tantum erat accepturus, quantum dabat, si ostendisset hominem vitae ac mortis peritum, utriusque fines timentem? Si regem, in luce mediâ errantem, ad rerum naturam admisisset, usque eo eius ignarum, ut quo die solis defectio fuit, regiam cluderet, et filium, quod in luctu ac rebus adversis moris est, tonderet? Quantum fuisset beneficium, si timentem e latebris suis extraxisset, et bonum animum habere iussisset, dicens: Non est ista solis defectio, sed duorum siderum coitus, quum luna humiliore currens via, infra ipsum solem, orbem suum posuit, et illum obiectu sui abscondit: quae modo partes eius exiguas, si in transcurso strinxit, obducit; modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit; modo excludit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrasque media successit? Sed iam ista sidera huc et illo diducet velocitas sua. iam recipient diem terrae, et hic ibit ordo per secula: quae dispositos ac praedictos dies habent, quibus sol intercurso lunae vetetur omnes radios effundere. Paulum expecta; iam emerget, iam istam velut nubem relinquet, iam exsolutus impedimentis, lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao referre non posset, si illum docuisset regnare? parum scilicet magnum beneficium a Socrate accipiebat, si ullum dare potuisset Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit? Vir factus,

3. *In luce mediâ*, quae Archelao sumferit, dicere non tunc illuminabat Graeciam. habeo. At quae Plato in *moris*, sc. graeci, non Gorgia, Vol. IV p. 53 sq. romani. cf. Aelian. V. H. Opp. bip. de Gorgia narrat, VII, 8 ibiq. not. Sueton. firmare haec possunt. Calig. 5. Unde haec de Ar-

tus, et cuius per figuras sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium, maluit illi^b nasute negare, quam contumaciter ac superbe. Dixit, se nolle beneficia ab eo accipere, cui non posset paria reddere. Timuit fortasse, ne cogere⁶ accipere quae nollet: timuit, ne quid indignum Socrate acciperet. Dicit aliquis: Negasset, si nollet. Sed instigasset in se regem insolentem, et omnia sua magno aestimari volentem. Nihil ad rem pertinet, utrum dare aliquid regi nolis, an accipere a rege: in aequo utramque ponit repulsam: et superbo fastidiri acerbius est, quam non timeri. Vis scire, quid vere noluerit? Noluit ire ad voluntariam servitutem is, cuius libertatem civitas libera ferre non potuit.

VII. Satis, ut existimo, hanc partem tractavimus, an turpe esset beneficiis vinci: quod qui quaerit, scit non solere homines sibi ipsos beneficium dare. manifestum enim fuisset, non esse turpe a se ipso vinci. Atqui apud Stoicos quosdam et de hoc ambigitur, an possit aliquis sibi beneficium dare? an

O 2 debeat

b. *nasute*. Sic omnes codd. *astute* sive *vafre* pro scholiis habeas.

5. *per figuras* i. oblique, Pompeii vit. c. 78 Aegyptum intrans eiusdem argumenti.

genus, in quo aliquid *εὐφάσσεως* et *εἰρωνείας* inesset. Cf. Ernesti Lexic. technol. Latin. rhet. h. v. *derisor* spectat ad notam Socratis ironiam, de qua cf. Tiedemanni Geist der specul. Philosophie II p. 15 sq. et Wielandi Aristippus.

6. *Noluit ire* — *potuit*. Respexit ad iambica Sophoclis, quibus et Pompeius usus esse narratur ap. Plut.

VII. Neque beneficia quemquam sibi ipsi dare neque gratiam referre posse: usque ad cap. XI.

1. *Atqui apud Stoicos quosdam*. Quinam hi fuerint, ignoramus: nec in tanta Stoicorum librorum iactura quidquam habemus, unde haec aut alia multo graviora colligendo sciamus.

debeat referre sibi gratiam? Quod ut videretur quae-
 2 rendum, illa fecerunt: solemus dicere, Gratias mihi
 ago, et, De nullo queri possum alio, quam de me:
 Ego mihi irascor, et, Ego a me poenas exigam,
 et, Odi me. multa praeterea huiusmodi, per quae
 unusquisque de se, tanquam de altero loquitur. Si
 nocere, inquit, mihi possum: quare non et benefi-
 cia mihi dare possum? Praeterea quae, si in alium
 contuliffem, beneficia vocarentur: quare si in me
 contuli, non sint? Quod si ab altero accepiffem, de-
 3 berem: quare, si mihi ipse dedi, non debeam? Qua-
 re sim adversus me ingratus: quod non minus tur-
 pe est, quam in se sordidum esse, et in se durum ac
 saevum, et sui negligentem? Tam alieni corporis
 leno male audit, quam sui. Nempe reprehenditur
 assentator, et aliena subsequens verba, paratus ad
 falsa laudator: non minus placens sibi, et se suspi-
 ciens, et, ut ita dicam, assentator suus. Vitia non
 tantum quum foris peccant, invisâ sunt, sed quum in
 se retorquentur. Quem magis admiraberis, quam
 qui imperat sibi, quam qui se habet in potestate?
 4 Gentes facilius est barbaras, impatientesque alieni
 arbi-

2. *solemus dicere* etc. Et in Dei honorem hoc vitio
 recte sic dicere videmur, laborent.

quippe nos nunc pro diver-
 sa quadam persona habentes,
 quam fuimus tum, quum
 illa vel bona vel mala facie-
 bamus.

3. *quam in se* — *negli-
 gentem*. Exemplo sit ille
 Heautontimorumenos Te-
 rentii, qui ob duritiem, qua
 filium affectisse sibi videba-
 tur, sordidus durusque in
 se fuit. Nec postea desue-
 re, nec nunc desunt, qui

4. *Gentes facilius* — *sibi*.
 Sententia haec saepissime
 apud antiquos occurrit. Pri-
 ma eius stamina orsus est
 Homer. II. IX, 254 sq.: ubi
 sensus est: victoriam tibi
 (Achilli) Minerva et Iuno
 dabunt, si velint, tu vero
 animum magnum i. e. bo-
 num et mitem habere me-
 mento, nam placabilis ani-
 mus hic melior est illâ vi-
 ctoriâ. Comparatio autem
 ibi

arbitrii, regere, quam animum suum continere, et tradere sibi. Plato, inquit, agit Socrati gratias, quod ab illo didicit: quare Socrates sibi non agat, quod ipse se docuit? M. Cato ait: Quod tibi deest, a te ipso mutuare. quare donare mihi non possum, si commodare possum? Innumerabilia sunt, in quibus consuetudo nos dividit. Dicere solemus: Sine⁵ loquar tecum: et, Ego mihi aurem pervellam. Quae si vera sunt, quemadmodum aliquis sibi irasci debet, sic et gratias agere: quomodo obiurgare se, sic et laudare: quomodo damno sibi esse, sic et lucro potest. Iniuria et beneficium contraria sunt. si de aliquo dicimus, Iniuriam sibi fecit: poterimus dicere, Beneficium sibi dedit.

VIII. ^a Naturá sibi debet? Naturá prius est, ut quis debeat, deinde ut gratiam referat. debitor non

O 3

est

- a. *Naturá sibi debet* etc. Sic omnes fere codd., nam in correctioribus codd. Pincian. ait, haec verba omnino desiderari. Muretus Agricolae coniecturam: *Nemo sibi debet* in textum recepit, reliquis editoribus sequacibus. Erasmus vulgatum tenuit. Ceterum Lipsius ad h. l. ait: „Caput hic novum feci, nam res tota alia et orditur iam refutare. Abrupte satis, fateor; si tamen haec plena.“ Apud Erasmus initium huius capituli est a verbis: *Aliquis dare debet* etc. Equidem puto, refutationem incipere a verbis: *Naturá prius* etc., et illa: *Naturá sibi debet* ad praecedentia pertinere. Ad refutationem tamen quoque pertinere possunt, si post *debet* puncta interrog. ponas.

ibi est ita instituenda, ut *πρώτος* et *Φιλοφροσύνη* sibi opponantur. cf. Horat. Serm. II, 7, 83 ibique Bentley. *M. Cato* maior, in cuius vita et Plutarchus huius praeccepti meminit, quod nec in eius libro de re rust. adhuc superstite deest.

VIII. Refutare incipit illam opinionem, nobis beneficium nos ipsos dare etc. posse.

1. *Naturá* etc. Lipsium, quem ipsum parum concise et concinne scripsisse constat, haec abrupte posita esse pronuntiare, mireris. Nec abrupte esse posita quis intelliget, modo reputet, quae Stoicis propria fuerit ariditas in argumentando, eam interdum nostro haerere.

est sine creditore, non magis quam maritus sine uxore, aut sine filio pater. Aliquis dare debet, ut aliquis accipiat: non est dare, nec recipere, in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat, quamvis corpus suum moveat et transferat: quomodo nemo, quamvis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, nec statuum sibi tanquam patrono ponit: quomodo, si aeger cum cura sua convaluit, mercedem a se non exigit: sic in omni negotio, ^b etiam quum aliquid prodesse sibi fecerit, non tamen debet referre gratiam sibi, quia non habebit, cui referat. Ut concedam aliquem dare sibi beneficium: dum dat, et recipit. ut concedam aliquem a se accipere beneficium, dum accipit, reddit. *Domi*, quod aiunt, versura fit, et velut lusorium nomen statim transit. Neque enim alius dat quam qui accipit, sed unus atque idem. Hoc verbum *Debere*, non habet nisi inter duos locum: quomodo ergo in uno consistit, qui se obligando liberat? Ut in orbe ac pila nihil est imum, nihil summum, nihil extremum, nihil primum, quia motu ordo mutatur, et quae se-

que-

b. *etiam quum aliquid prodesse sibi fecerit.* Omnium codd. est lectio. Erasimus tamen alique: *etiam quum aliquis probe sibi f.* Lipsius inde facere maluit: *aliquid probe sibi f.* Sed codd. lectio bene habet, nec quidquam mutes.

2. *patrono* quod liberti nobismetipsis mutuamur, aut clientes, Lipsio recte ob- non ab argentario versuram servante, ad quos spectat, facimus. Plin. H. N. XIX, sollenniter solent. Et ba- 4. cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. ses cum eiusmodi titulis s. *lusorium* quatenus qui dat in ludo e. c. pilae, mox est acceptor; qui nunc victor, flant.

3. *Domi* — *transit.* Versuram facere, ait Donatus mox victus. Alias est inanis nec verus, ut arma lusoria, spectaculum lusorium est, creditorem mutare et apud nostrum.

foenus foenore dissolvere. 4. *quia motu* etc. Lipsius *Domi* autem fit, quum a laudat Aristot. de Coelo II,

quebantur praecedunt, et quae occidebant oriuntur, omnia quomodocunque ierint, in idem revertuntur; ita in homine existima fieri: quum illum in multa mutaveris, unus est. Caecidit se: iniuriarum cum 5 quo agat non habet. alligavit et clausit: de vi non tenetur. beneficium sibi dedit: protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quidquid illi avellitur, ad illam redit: nec perire quidquam potest, quod quo excidat non habet, sed eodem revolvitur unde discedit. Quid simile, inquit, 6 habet hoc exemplum propositae quaestioni? dicam. Puta te ingratum esse; non peribit beneficium: habet illud qui dedit. puta te recipere nolle: apud te est, antequam redditur. Non potes quidquam amittere: quia quod detrahitur, nihilominus tibi acquiritur. Intra te ipsum orbis agitur. accipiendo das: dando accipis.

IX. Beneficium, inquit, sibi dare oportet: ergo et referre gratiam oportet. Primum illud falsum est, ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi benefi-

O 4 cium

2 monetque opinione nostra tale aliquid fieri posse. *quum illum*, quamvis multas in personas eum indueris, tamen ille unus, quem noveras, erit.

5. *iniuriarum* — *agat* tamquam accusator. *de vi non tenetur* propter vim illatam non excusari potest: nam *teneri* sic usurpari notum est vel ex Ernesti Clav. Cic. li. v. Hunc sensum malim, quam illum, non violenter alligatus est: et nexus sententiae illum postulat. *Rerum natura* etc. Egit noster

de hac re Epist. 36, 10 ibiq. not., e recentioribus *Reimarus* in libro egregio: Wahrheiten der natürl. Religion, *Jacob* allgemeine Religion etc.

IX. Nemo sibi beneficium dat, sed naturae suae paret, si sibi prodest, si se amat.

1. In primis naturae, quibus homo, secundum Stoicos, praeditus nascitur, sive quae natura homini nascenti ut maxime aestimabiles res conditionesque commendat, potissimum locum obtinent omnia, quae ad *caritatem sui*,

cium dat, sed naturae suae paret, a qua ad caritatem sui compositus est: unde illi summa cura est nocitura vitandi, profutura appetendi. Itaque nec liberalis est, qui sibi donat: nec clemens, qui sibi ignoscit: nec misericors, qui malis suis tangitur.

2 Quod aliis praestare liberalitas est, clementia, misericordia: sibi praestare, natura est. Beneficium res voluntaria est: at prodesse sibi, necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. Quis unquam laudatus est, quod sibi ipse fuisset auxilio? quod se eripuisset latronibus? nemo sibi beneficium dat, non magis quam hospitium. nemo sibi donat,

3 non magis quam credit. Si dat sibi quisque beneficium, semper dat, sine intermissione dat: inire beneficiorum suorum non potest numerum. Quando ergo gratiam referet, quum per hoc ipsum, quo gratiam refert, beneficium det? Quomodo enim discernere poterit, utrum det sibi beneficium, an reddat, quum intra eundem hominem res geratur? Liberavi me periculo: beneficium mihi dedi. iterum me periculo libero: utrum do beneficium, an reddo? Deinde ut primum illud concedam, dare nos beneficium nobis: quod sequitur, non concedam. nam etiam si damus, non debemus. quare? quia statim recipimus. Accipere beneficium nos oportet, deinde debere, deinde referre. Debendi locus non est, quia sine ulla mora recipimus. Dat nemo, nisi alteri: debet

nemo

sui; Φιλανθρίαν, pertinent, ut se, vitam corpusque tueatur, declinetque ea, quae nocitura videantur, omniaque, quae ad vivendum necessaria, anquirat et paret etc. Cic. de off. 1, 4.

2. *necessarium*, quia sine

eo ne vivere quidem potest, et natura hominem eo compellit, velit nolite. Quo — est: addas: sed homo, qui sibi vel maxime profuit, numquam dicitur sibi beneficentissimus fuisse.

nemo, nisi alteri: reddit nemo, nisi alteri. Id intra unum non potest fieri, quod toties duos exigit.

X. Beneficium est, praestitisse aliquid utiliter: verbum autem Praestitisse, ad alios spectat. Numquid non demens videbitur, qui aliquid vendidisse sibi se dicet? quia venditio alienatio est, et rei suae, iuris-que in ea sui, in alium translatio. Atqui quemadmodum vendere, sic dare aliquid, a se dimittere est, et id quod tenueris, habendum alteri tradere. Quod si est, beneficium nemo sibi dedit: quia nemo dat sibi. ^a Alioqui duo contraria in uno coeunt, ² ut idem sit dare, et accipere. Etiamnunc multum interest, inter dare, et accipere: quidni? quum ex diverso ista verba posita sint. atqui si quis sibi beneficium dat, nihil interest inter dare et accipere. Paulo ante dicebam, quaedam ad alios pertinere, et sic esse formata, ut tota significatio illorum discedat a nobis. Frater sum, sed alterius. nemo est enim suus frater. Par sum, sed alicui; quis est enim par sibi? Quod ³ comparatur, sine altero non intelligitur: quod iungitur, sine altero non est. Sic et quod datur, sine altero non est: et beneficium sine altero non est. Id ex ipso vocabulo apparet, in quo hoc continetur, benefecisse. Nemo autem sibi benefacit, non magis

O 5

quam

a. *Alioqui duo contraria in uno c.* Bene sic distinxit Gruterus, quum antea distingueretur: *quia nemo dat sibi alioqui.* Duo — et *in uno* restituit pro vulg. *in unum*, e codd.

X. Beneficia proprie non dantur nisi alieno: desiderant secundam personam. etat. cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *translatio*, legitima definitio, ait Lipsius, et

1. *Praestare* est verbum imperatoriae illi consonans: juris, et rerum quae publice fiunt, e. c. in sponcionibus, in fide facienda rem alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur.

2. *Paullo ante*, initio canon eventuram, vel pitis: praestitisse ad alios tenus semper ad alios spectat. spectat.

4quam sibi favet, quam suarum partium est. Diutius hoc et pluribus exemplis licet profequi. quidni? quum inter ea sit habendum beneficium, quae secundam personam desiderant. Quaedam quum sint honesta, pulcherrima, summae virtutis, nisi cum altero non habent locum. Laudatur, et inter maxima humani generis bona, fides colitur. num quis ergo dicitur sibi fidem praestitisse?

XI. Venio nunc ad ultimam partem. Qui gratiam refert, aliquid debet impendere, sicut qui solvit pecuniam: nihil autem impendit, qui gratiam sibi refert, non magis quam consequitur, qui beneficium a se accepit. Beneficium et gratiae relatio, ultro citroque ire debent: intra unum hominem non est vicissitudo. Qui ergo gratiam refert, invicem prodest ei, a quo consecutus est aliquid: qui sibi 2 gratiam refert, cui prodest? sibi. Et quis non alio loco relationem gratiae, alio beneficium cogitat? Qui gratiam sibi refert, sibi prodest. et quis unquam ingratus hoc noluit facere? immo quis non ingratus fuit, ut hoc faceret? Si gratias, inquit, nobis agere debe-

XI. Denique notioni beneficii adversatur, si beneficia nobis ipsi dare dicimur.

1. *ultimam partem.* An alteram? Intelligit hoc quod obiectum erat initio cap. IX: Beneficium sibi dare potest, ergo et referre gratiam. Prius membrum de beneficio resutavit: nunc hoc alterum de gratia. L.

2. *Et quis non — cogitat*
i. e. quis non de referente gratiam diverse ab illo qui beneficium dedit, cogitat. *alio loco esse, alio loco;*

duas esse personas. *immo aut potius, au contraire. et gratiam referre debemus.* Substantivum *gratiam* hic omittere noster potuisset: nam et si, Lagomarsino ad Pogium Epist. To. III. p. 305 monente et Ruhnkenio in praefat. ad Schelleri Lexicon latino-batav. comprobante, Latini non dicant, *gratias referre*, at gratiam referre, gratiam habere, tamen gratias referre et habere dicere solent, si quando cum *agere gratias* coniungantur.

debemus, et gratiam referre debemus. Dicimus autem Ago gratias mihi, quod illam uxorem nolui ducere, et cum illo non contraxi societatem. Quum hoc dicimus, laudamus nos: et ut factum nostrum comprobemus, gratias agentium verbis abutimur. Beneficium est quod potest, et quum datum est, non reddi: qui sibi beneficium dat, non potest non recipere, quod dedit: ergo non est beneficium. Alio tempore beneficium accipitur, alio redditur. In beneficio hoc est probabile, et suspiciendum, quod alteri ut aliquis prodesset, utilitatis interim suae oblitus est: quod alteri dedit, ablaturus sibi. hoc non facit, qui beneficium sibi dat. Beneficium dare, socialis res est, aliquem conciliat, aliquem obligat: sibi dare, non est socialis res, neminem conciliat, neminem obligat, neminem in spem inducit, ut dicat: Hic homo colendus est! illi beneficium dedit: dabit et mihi. Beneficium est, quod quis non sua causa dat, sed eius, cui dat. Is qui sibi beneficium dat, sua causa dat: non est ergo beneficium.

XII. Videor tibi iam illud, quod in principio dixeram, mentitus? Dicis me abesse ab eo qui operae pretium facit: immo totam operam bona fide perdere? Expecta: etiam hoc verius dices, simul ac te ad has latebras perduxero: a quibus quum evaseris,

XII. Excusat se, quod Stoicorum, quorum disputationes ideo spinosae vocantur, constat. Cf. Brucker Hist. Crit. To. I. p. 904 sq. Laudat Lipsius Aristippi in iis lepidum dictum (apud Diogen. Laert. II, 70): Proponente quodam captiunculam

1. *Dicis me — perdere?* Spectant haec ad c. 1, 2 ubi haec ipsa verba posuerat. *Quid enim — fueris?* Hunc tamen morem fuisse veterum ligatum exhibet negotium?

ris, nihil amplius affecutus eris, quam ut eas difficultates effugeris, in quas licuit non descendere. Quid enim boni est, nodos operose solvere, quos ipse ut solveres, feceris? Sed quemadmodum quaedam in obiectamentum ac iocum sic illigantur, ut eorum solutio imperito difficilis sit, quae ille qui implicuit, sine ullo negotio separat, quia commiffuras eorum et ^a moras novit; et nihilominus illa habent aliquam voluptatem, tentant enim acumen animorum et intentionem excitant: ita haec quae videntur callida et insidiosa, securitatem, ac segnitiam ingenii auferunt: quibus modo campus in quo vagentur, sternendus est, modo creperi aliquid et confragosi obiciendum, per quod erepant, et sollicitate vestigium faciant. Dicitur nemo ingratus esse: id sic colligitur. Beneficium est quod prodest: prodest esse

a. *moras*. Vulgo *mores*. Illud aptius. Et tamen aptius vellem. An fuit *ex more*? L. At Gronov. docuit, et hic et in diatribe ad Staium cf. Drakenborch. ad Silium VIII, 33) de nexu nodoque bene dici *moram*, neque aptius quidquam posse dari. Quae antecedunt, *quae ille — separat*, mendosa esse videbantur, quia cod. Naz. cum aliis habebat: *quae illi qui explicuit — spirat*, alius, *quae illi qui impl. f. u. n. patet*: sed haec scholii faciem praebent, illa e vulgata videntur esse corrupta. Mox *creperi* i. e. obscuri. Omnes libri *crebri* unde Pinc. fecit *scabri*. Nostram lectionem debemus ingenio Lipsii.

2. *Sed quemadmodum* — excitant. Respicit aenigmata et griphos s. scirpos, quibus quaevis aetas, imprimis rudior gavisata est. Quae eorum ex antiquitate restant, ea Brunck. Analect. To. III. p. 318 et Lectt. p. 308 collegit 39 aenigmata graeca, Wernsdorf in Poet. min. lat. VI, 2. p. 473 centum Caelii Symposii aenigmata latina. Locus classicus de his ludicris est Athenaei X p. 448 sq. quo egregie usus est Meiners in Geschichte der Wissenschaften in Griechenland etc. Vol. I. p. 55 sq.

3. *Beneficium est quod prodest*. Nam est bonum, quod quidem ita desiniverunt Stoici, ut dicerent, esse id quod profit, *ὠφέλημα*. Cic. de fin. III, 10. *hominini malo, Φύλαξ*, qua tali: ad

esse autem nemo homini malo potest, ut dicitis Stoici: ergo beneficium non accipit malus: itaque nec ingratus est. Etiamnunc beneficium honesta et probabilis res est. Apud malum nulli honestae rei aut 4 probabili locus est; ergo nec beneficio: quod si accipere non potest, nec reddere quidem debet. et ideo non fit ingratus. Etiamnunc, ut dicitis: Bonus vir omnia recte facit, Si omnia recte facit, ingratus esse non potest. Bonus beneficium reddit: malus non accipit. quod si est, nec bonus quisquam ingratus est, nec malus: ^b ita ingratus in rerum natura est nemo. At hoc inane. Unum est apud nos bonum, honestum: id pervenire ad malum non potest; desinet enim malus esse, si ad illum virtus intraverit. Quamdiu autem malus est, nemo illi dare beneficium potest: quia bona malaque dissentiunt, nec in unum eunt. Ideo nemo illi prodest, quia quidquid ad illum pervenit, id pravo usu corrumpit. Quemad- 6 modum stomachus morbo vitiatus, et colligens bilem, quos-

b. ita ingratus in rerum natura est nemo. At hoc inane. Una modo literula mutata scripturam codd. repraesentat, qui omnes lectionem hanc habent. Hinc Erasmus fecit coniectando: *ita ingr. i. r. n. est nomen, et hoc inane*, quem Muretus, Lipsius, Gronovius aliique sequuti sunt. At male interpretati sunt Senecam. *At hoc inane* sc. est *h e*. At haec obiectio contra Stoicorum dogma nihil valet. Refutat illas adversariorum conclusiones: etsi mali qua tales uno apud nos bono, honesto carere debent, ideoque beneficia nec dare nec accipere possunt, tamen ingrati esse possunt etc. Mutavi itaque *et in at*: quo refutationis initium declaratur.

ad quem bonum pervenire et sequenti capite, et non potest. Etiamnunc praeterea est beneficium honesta beneficia similia sint; quibus non redditis, fore demum ingratum. Hoc postremum addere et defendere

5. *At hoc inane.* Hic incipit refutatio posterioris his non positae nulla ad syllogismi, minorem impugando. Docet itaque hoc erat,

quoscunque accepit cibos, mutat, et omne alimentum in causam doloris trahit: ita animus caecus, quidquid illi commiseris, id onus suum, et perniciem et occasionem miseriae facit. Felicissimis itaque opulentissimisque plurimum aestus subest, minusque se inveniunt, quo in maiorem materiam incidere, qua fluctuantur. Ergo nihil potest ad malos pervenire, quod proficit: immo nihil quod non noceat. Quaecunque enim illis contigerunt, in naturam suam vertunt, et extra speciosa, profuturaque si meliori darentur, illis pestifera sunt. Ideo nec beneficium dare possunt: quoniam nemo potest quod non habet, dare: hic benefaciendi voluntate caret.

XIII. Sed quamvis haec ita sint, accipere tamen malus potest, quae beneficiis similia sint: quibus non redditis, ingratus erit. Sunt animi bona, sunt corporis, sunt fortunae. Illa animi bona, a stulto ac malo submoventur: ad haec admittitur, quae et acci-

6. *materiam*, divitias: divisio, quae apud Ioannem sic VI, 29, 1. Quo ditior quis sit, eo difficilius est virtuti ad eum intrare. Res per se patet. *Stobensem* p. 98 To. II. lib. 2. c. 7. ed. Heeren. etiam occurrit: alia bona esse animi, alia externa, alia neutra. Complectitur has divisiones Epictetus Manual. I. et Diff. I, 22 dicens: alia esse in nostra potestate, alia non esse. Nec mirum est, quod idem iam sequutus sit Aristotel. Moral. Nicom. I, 8, quum tota divisio e schola socratica petita sit, uti notum est. *Animi bona* sunt virtutes, probi habitus et laudabiles functiones, officia. Haec sunt vera bona, illa non item. cf. Lipsii *Man-*

7. *Ergo — proficit*, nihil boni honestive, nulla virtus. *extra*, extrinsecus. Ne nimis durum hoc esse putes, ita cogites quaeso, malis, ut fiant proficientes, quorum Seneca tres classes constituit Epist. LXXV, non totam lucem esse aperiendam, sed sensim ad virtutem eorum mentem esse deducendam.

XIII. Malus etiam ingratus esse potest.

1. *Sunt animi bona — fortunae*. Haec est ea fere nuduct. ad Phil. stoic. II, 22.

accipere potest, et debet reddere: et si non reddit, ingratus est. Nec hoc ex nostra constitutione tantum. Peripatetici quoque, qui felicitatis humanae longe lateque terminos ponunt, aiunt, minuta beneficia perventura ad malos. haec qui non reddit, ingratus est. Nobis itaque beneficia esse non placet, quae non sunt animum factura meliorem: commoda tamen illa esse, et expetenda, non negamus. Haec et viro bono dare malus potest, et accipere a bono: ut pecuniam, vestem, honores, et vitam. quae si non reddet, in ingrati nomen incidet. At quomodo ingratum vocas, eo non reddito, quod negas esse beneficium? Quaedam etiamsi vera non sint, propter similitudinem eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem, et argenteam et auream dicimus: sic illiteratum, non ex toto rudem, sed ad literas altiores non perductum: sic qui male vestitum et pannosum

2. *Peripatetici* etc. Quum aurea mediocritate omnem philosophiam ethicam fundasset Aristoteles, non mirum est, quod et corporis fortunaequae bona pluris faceret quam Stoici, quandoquidem quilibet istius decreto bene i. e. neque nimium neque parum utendo, ad summum bonum pervenire potest, ideoque bona appellat omnia quae ad beate vivendum, ad felicitatem pertineant. Cic. fin. III, 12. *commoda*, εὐχρησα, aestimabilia, neque per se bona neque mala. cf. ad Epist. LXXXVII, 24.

3. *Quaedam etiamsi* etc. Similia sunt IV, 12, 2. Saepae hac, ut ita dicam, cavillatione usi sunt Stoici, ut in interpretatione operum quaerere vexati, quae a vulgari loquendi usu abiret. Sic res a natura hominibus commendatas vocarunt prima naturae propterea, ut videtur, ne cogerentur ea vocare bona, quibus non annumerari malebant.

4. *Pyxidem*: proprie enim vasa e buxo tornata designant pyxides, πυξίδες a πύξος. *illiteratum*: usus exempla apud auctores Latinos nunc superstites desidero, nisi Plin. Epist. I, 10, 9 eo traxeris. *nudum*. Exempla quaedam dedit Cuperus Obs. I, 7 nostro tamen loco non usus, et Interpp. ad Sueton. Caes. c. 41.

sum vidit, nudum se vidisse dicit. Beneficia ista non
 5 sunt: habent tamen beneficii speciem. Quomodo
 ista sunt tanquam beneficia: sic et ille tanquam ingra-
 tus est, non ingratus. Falsum est; quia illa benefi-
 cia, et qui dat appellat, et qui accipit. Ita et qui
 veri beneficii specie fefellit, tam ingratus est, quam
 veneficus, qui soporem, quum venenum crederet,
 miscuit.

XIV. Cleanthes vehementius agit. „Licet, in-
 quit, beneficium non sit quod accipit, ipse tamen in-
 gratus est: quia non fuit redditurus, etiam si accepis-
 set. Sic latro est, etiam antequam manus inquinet:
 quia ad occidendum iam armatus est; et habet spo-
 2 liandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur et
 aperitur opere nequitia, non incipit. Ipsum quod
 accepit, beneficium non erat, sed vocabatur. Sacri-
 legi dant poenas, quamvis nemo usque ad deos ma-
 nus porrigat.“ Quomodo, inquit, adversus malum
 ingratus est quisquam, quum malo dari beneficium
 3 non possit? Ea scilicet ratione, quia accepit ab illo
 aliquid ex his, quae apud imperitos ^a bona sunt:
 quorum

a. *bona* in codd. mss. non comparat, sed emendatio est Pinc.,
 quam Muretus in textum recepit: nec voce hac bene carere
 posse

5. *soporem*, medicamen- lo ac successore et Chryssippi
 tum soporiferum, ὑπνωτικόν, magistro cf. praeter Brucke-
 ut ille Domitii medicus su- rum Tiedemannumque, Fa-
 pra III, 23 dedit. Senec. Ep. bricii Biblioth. Gr. III p.
 83, 25: licet colligas, nec 550 sq. E quo eius libro
 veneno potio moriturum, nec haec desumpta sint, certo
 sopore sumto dormiturum. dici non potest. Locum tamen

XIV. Malus quamvis il- habere optime potuerunt
 lud, quod beneficium Stoi- in libro *περὶ χάριτος*, cuius
 co sensu non sit, acceperit, meminit Diogenes Laertius
 tamen ingratus est. VII, 175.

1. *Cleanthes*. De hoc prae- 2. *quamvis nemo* — por-
 stantissimo Zenonis discipu- rigat. Cf. VII, 7 et de Con-
 stant.

quorum si malis copia est, ipse quoque in simili materia gratus esse debet: et illa qualiacunque sunt, quum pro bonis acceperit, pro bonis reddere. Aes alienum habere dicitur, et qui aureos debet, et qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedaemonios fuit, quod ulum numeratae pecuniae praestat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exsolve.

XV. Quid sint beneficia, an et in hanc sordidam humilemque materiam deduci magnitudo nominis clari debeat, ad vos non pertinet: ^a in alios quaeritur verum. Vos ad speciem veri componite animum: et dum honestum dicitis, quidquid est id, quod nomine honesti iactatur, id colite. Quomodo, inquit, nemo per vos ingratus est, sic rursus omnes ingrati sunt.

possumus. Mox *quorum si malis copia est* plurimorum codd. lectio est: alii, *cui tamen est malus est*. Muretus Var. Lecti. XI, 17 *Cui tamen est m.* emendat. — a. *in alios quaeritur verum*. Sic plerique codd.: alii, *ad alios spectat verum — in aliis quaeritur verum*. Lipsius illud primum praefert, nec immerito, i. e. veritas aliis, non vobis vilibus stultisque.

stant. Sapient. c. 4, 2. Voluntatem tamen habebat et furandi Deos ipsos, si attingere potuisset: et ideo puniuntur.

3. *Aes alienum*, quia olim omnis pecunia apud Romanos in aere fuit. Vox igitur retenta est, etsi aurum et argentum successit. L. *et qui copiam praestat*. Singulare hoc est: ferream enim monetam Spartaе fuisse, at auri argentique illationem Spartam esse interdictam lege, atque observatam hanc legem usque ad Lyfandri tempora notum est. Mone-

tae coriaceae apud Lacedaemonios Seneca meminit, et paullo ante eum Nicolaus Damascenus, ex cuius historia universali fragmenta quaedam asservata sunt. In uno autem, *Λακεδαιμόνιοι* inscripto, habetur: *Νομισματι δὲ χρῶνται συντίνω· ἐὰν δὲ παρα τινὶ εὐρεθῆ χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, θανάτω ζημιούται.*

XV. An omnes ingrati sint? — 1. *Quid sint — verum*. Sententia quidem est, vos viles et e turba, vos stulti frustra de vero beneficio quaeritis, eius non capaces: ad speciem et imagi-

2 sunt. Nam, ut dicitis, omnes stulti mali sunt: qui autem habet vitium unum, habet omnia: omnes autem stulti et mali sunt; omnes ergo ingrati sunt. ^b Quid ergo? non sunt? non undique humano generi convicium fit? non publica querela est, beneficia perisse, et paucissimos esse, qui de benemerentibus 3 non invicem pessime mereantur? Nec est quod hanc tantum nostram murmurationem putes, pro pessimo pravoque numerantium, quidquid citra recti formulam cecidit. ^c Ecce nescio qui non ex philosophorum domo clamat: ex medio conventu populos gentesque damnatura vox mittitur,

— — *Non hospes ab hospite tutus,*

*Non socer a genero. fratrum quoque gratia
rara est:*

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Hoc

b. *Quid ergo? non sunt? non undique.* Sic distinguit Gruter. sequutus codicem Naz., probante Gronovio. Seneca respondet ad contradictionem praemissam per concessionem etc. — c. *Ecce nescio qui non ex philosophorum domo clamat: ex medio* etc. Sic codex Naz., a quo nec ceteri multum differunt, quem cum Gron. sequor. Antea: *Ecce nescio quae — domo clam, sed* etc. cf. not.

nem eius ite: veritas aliis five *Ἄγρομος* vocabatur, tequaeritur. L. Haec *fordida humilisque materia*, i. e. IV. praef. fin. illa, quae speciem beneficiorum gerunt. 3. *Ecce nescio qui non — domo clamat: ex medio* etc.

2. *Nam, ut dicitis — sunt.* Non solum omnes philosophorum sectae, sed circuli omnes populi hoc clamant. *Domum* autem philosophorum perinde ut familiam prosecta in usu fuisse, patet e Ciceronis Academ. I, 4. Senec. Ep. 29, 9. Versus Ovidii sunt *Metamorph. I, 144* sq. quos iam de *Ira II, 8, 5* laudaverat simili occasione.

Hoc iam amplius est. beneficia in scelus versa sunt: 4
 et sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis
 fundendus est. Gladio ac venenis beneficia sequi-
 mur: ipsi patriae manus afferre, et fascibus suis illam
 premere, potentia ac dignitas est. Humili se ac de-
 presso loco putat stare, quisquis non supra rempubli-
 cam stetit. Accepti ab illa exercitus in ipsam con- 5
 vertuntur, et imperatoria concio est. Pugnate con-
 tra coniuges, pugnate contra liberos: aras, focos,
 penates, armis incessite. Qui ne triumphaturi qui-
 dem intrare urbem iniussu senatus deberetis, quibus-
 que exercitum victorem reducentibus curia extra mu-
 ros praeberetur: nunc civibus caesis, perfusi cruore
 cognato, urbem subrectis intrate vexillis. Obmute- 6
 scat inter militaria signa libertas: et ille victor paca-
 torque gentium populus, remotis procul bellis,
 omni terrore compresso, intra muros obsessus, aqui-
 las suas horreat.

XVI. Ingratus est Coriolanus: sero et post sceleris
 poenitentiam pius. posuit arma, sed in medio patri-
 cidio

P 2

cidio

4. Satis vivido colore de- ram usque inhabitantem, se-
 pingit horrorem belli inte- ditiosum, in partes suas tra-
 stini s. civilis, et ambitio- cturum, ab eorum legatis
 nem, causam eius praeci- esse proditum notum est. *ac*
 puam, cuius instar Franco- *diu debitas — persolverint,*
 galli nuper formidolofissi- ut duces romani mactaren-
 mum repraesentabant. Prae- tur, ad exemplum XII iu-
 misit autem haec, ut dein- venum ab Achille, ut infe-
 ceptis exemplis magis illu- riarum (*ποινῆς*) causa, in
 strandi rem copia sit. rogo Patrocli mactatorum

XVI. Ingratorum exem- apud Hom. II. 21, 26 sq.:
 pla adversus patriam. — 1. in honorem vindictamque
Coriolanus. Cf. Plutarch. Gallorum Brenno duce Ro-
 in eius vita et Liv. 2, 35. mam expugnantium et mox
Catilinam, Allobroges, Gal- magna ex parte a Camillo
 liae populum circa Rhoda- caesorum, quorum sepul-
 num a lacu Iemano ad Ita- crum inde *busta gallica* no-
 mina-

cidio posuit. Ingratus Catilina: parum est illi capere patriam, nisi ^a verterit, nisi Allobrogum in illam cohortes immiserit, et trans Alpes accitus hostis vetera et ingenua odia satiaverit, ac diu debitas inferias Gallicis ² bustis duces Romani persolverint. Ingratus C. Marius, ad consulatum a caliga perductus: qui nisi Cimbricis caedibus Romana funera aequaverit, nisi civilis exitii et trucidationis non tantum dederit signum, sed ipse signum fuerit, parum ^b multatam ac repositam in ³ priorem locum fortunam suam sentiet. Ingratus L. Sulla: qui patriam durioribus remediis, quam pericula

a. *verterit*. Gruter. et Gron. in hoc quoque recte cod. Naz. sequuntur: alii *everterit*. — b. *multatam*. Sic omnes mss. Pinc. et Grut. quod reposui pro vet. lect. *mutatam*. *Mutare* et *mutare* saepe confunduntur in codd. Hoc loco autem *mutatam* praefero, quoniam de vicissitudinibus, quibus vexabatur, sermo est, et fortunam ut fingi, ornari, adfligi in usu fuisse constat, ita et multari ac castigari.

minatum (Liv. 22, 14. Varro L. L. IV, 32) et in tertio quartave regione urbis situm. cf. Adleri ausführliche Beschreibung der Stadt Rom, Altonae, 1781. p. 161. 190. Caeterum per se patet, Livio duce in hac Romae a Gallis captae mentione usum esse nostrum, non Polybio I, 6, 2. II, 18, 2.

2. De Caio Mario exstat vita Plutarchi, quae videatur. Cf. Epist. 94, 66 etc. quem a caliga i. e. ex infima conditione et loco, nam caliga gregarii militis fuit calceus, Suet. Calig. 9, ad tribunatum plebis, et deinde ad consulatum evectum, summaque ambitione semper ductum esse constat. *dederit* Lucretio Ofellae tradita, Mario-

signum, non resalutando amplectendoque salutantes, eos interficiendi (Plutarch. II, 887 Reisk.). *signum fuerit* ipsius reditus cum Cinna.

3. *Lucii Cornelii Sullae* vita a Plut. conscripta videatur. Crudeliorem certe Mario fuisse constat. Nihil illa (Marii) victoria fuisset crudelius, nisi mox Sullana esset sequuta, ait Vellej. II, 22. Mario a. u. 688 mortuo Sulla rediit in Italiam, nullo qui ipsi resisteret invento, nisi in Campania. Ibi proeliis quibusdam commissis oppugnavit Sulla Marium iuniorum Praeneste (nunc Palestrinae) inclusum, et urbe ista Sullae legato

la erant, sanavit: qui quum a Praenestina arce, usque ad Collinam portam, per sanguinem humanum incessisset, alia edidit in urbe proelia, alias caedes: legiones duas, quod crudele est, post victoriam; quod nefas, post fidem, in angulo congestas contrucidavit, et proscriptionem commentus est: dii ma-⁴gni! ut qui civem Romanum occidisset, impunitatem, et pecuniam, tantum non civicam acciperet. Ingratus Cn. Pompeius: qui pro tribus consulatibus, pro triumphis tribus, pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus invaserat, hanc gratiam reipublicae reddidit, ut in possessionem eius alios quoque induceret, quasi potentiae suae detracturus invidiam, si quod nulli licere debebat, pluribus licuisset: dum 5

P 3

ex-

Marioque sua ipsius manu trucidato, Sulla pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo homine fuit, inquinavit (Liv. Epitom. 88). cf. Appiani B. C. I, c. 84—94. P. Orosii Hist. V, 20 et 21 fol. 211. ed. Colon. 1561. 8. *legiones — contrucidavit.* cf. de Clement. I, 12 not. Dio Cass. l. p. 55. Reim. Factum hoc est in Circo flaminio, qui extra urbem in Campo Martio ad radices Capitolini montis iuxta aedem Bellonae situs erat: cf. Donatus de urbe rom. I, 11. De *proscriptionibus*, quarum auctor fuit Sulla, cf. Meiners Geschichte des Verfalls der Römer p. 117—132.

strae monetae, pretium erat, Plutarcho narante in Sulla c. 31. *Cneius Pompeius.* Vitam eius Plutarchus conscripsit. Sulla eum amavit, viamque ad honores consequendos muniit. *immaturus.* Ipse Pompeius hoc dixerat in concione a. u. 700 habitata. Plut. III p. 819. c. 54 in it. Reisk. Honores consequutus est ne senatoria quidem aetate, et bis triumphavit adhuc eques romanus. Annos 23 natus res gerere coepit, civili bello Sullae adiunctus, qui eum imperatorem salutavit et connubio cum cognata sua secum iunxit. Appian. B. C. I, 80. *alios.* M. Crassum et Cai. Iulium Caesarem a. u. 694: proprie auctor huius triumviratus fuit Iulius Caesar. Appian. II, 9.

4. *pecuniam*, duo talenta — 250 Frideric. aur. no-

extraordinaria concupiscit imperia, dum provincias, ut eligat, distribuit; ^c dum ita cum tertio rempublicam dividit, ut tamen in sua domo duae partes essent, eo redegit populum Romanum, ut salvus esse non posset, nisi beneficio servitutis. Ingratus ipse Pompeii hostis ac victor, a Gallia Germaniaeque bellum in urbem circumegit, et ille plebicola, ille popularis, castra in circo Flaminio posuit, propius quam Porfennae fuerant. Temperavit quidem ius crudelitatemque victoriae: quod dicere solebat, praestitit: neminem occidit nisi armatum. Quid ergo est? Ceteri arma cruentius exercuerunt, fatiati tamen aliquando abiecerunt: hic gladium cito condidit, nunquam

e. *dum ita cum tertio r. d.* Hanc lectionem e codice Naz. libro omnium principe, qui habebat, *dum ita dum tertio remp. dividit*, restituit Grut., una modo literula mutata, cui assentitur Gron., qui tamen quam Erasmus aliique praestant scripturam, *dum ita triumviris remp. d.* defendi posse contra Gruterum non dubitat. Mox *qui a Gallia* vulgatam non habent codd. Grut. qui delent pronomen, quod et abesse potest: itaque delevi.

5. *extraordinaria* etc. e. largitionibus populum sibi c. bellum contra piratas, conciliaverat: Plut. IV p. quibus mare diebus XL purgavit. *eligat*. Sic elegit sibi 178 Reisk.: legem agrariam de agro Campano atque Hispanias et Africam, distribuit Caesari Gallias et Illyricum, Crasso Syriam, *ut* Stellate pertulit. Plut. III, 804—806. c. 47 Pompei. *tamen in sua — essent*: Caesaris filia Iulia in matrimonio ducta a. u. 694: qua vit. *Castra in circo Flaminio* posuit. Unum Senecam haec narrasse monuit Lipsius: ipse Caesar 1 Civil. c. 32 militibus in proxima municipia deductis, scribit sese ad urbem profectum. Habuit autem senatum more imperatorum in templo

6. *hostis ac victor*. C. Apollinis iuxta Circum flam., Julius Caesar a partibus et praelidii causa milites Marii steterat, ideoque *plebicola* et *popularis*: summis quosdam in vicinia collocasse videtur. *Porfennae* qui

quam posuit. Ingratus Antonius in dictatorem suum, 7 quem iure caesum pronuntiavit, ^d interfectores eius in provincias et imperia dimisit, patriam vero proscriptionibus, incursionibus, bellis laceratam, post tot mala destinavit ne Romanis quidem regibus: ut quae Achaeis, Rhodiis, et plerisque urbibus claris ius integrum, libertatemque cum immunitate reddiderat, ipsa tributum spadonibus penderet.

XVII. Deficiet dies enumerantem ingratos usque in ultima patriae exitia. Aequè immensum erit, si percurrere coepero, ipsa respublica quam ingrata in optimos ac devotissimos sibi fuerit: quamque non minus saepe peccaverit, quam in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit: Scipionem dimisit. exulavit post Catilinam Cicero, diruti eius penates, bona direpta, factum quidquid victor Catilina fecisset. Rutilius innocentiae pretium tulit in Asia latère: Ca-

P 4

toni

d. *interfectores eius*. Sic cod. Naz. al., vulgata tenuit *interfectoresque eius*.

in Ianiculo castra habuit. *Neminem — armatum*: consentit Vellej. Paterc. et alii: at armatorum quae quantaque multitudo ab eo proeliis occisa est! Si Plinium H. N. VII, 25 audias, 1,192000 interfecta sunt. *posuit*, ius sibi semper educendi servavit, perpetua illa dictatura.

7. De *Antonio* cf. Plutarchi vit. To. V. Reisk. *iure caesum*. Recte observat Liplius, neminem hoc praeter nostrum memoriae prodidisse. Animo tamen Antonii maligno et eius consiliis non adversatur: et factis certe suis, quum inter-

fectores non persequeretur, ingratum animum ostendit. *ne Romanis quidem regibus*, sed suae Cleopatrae. *Spadonibus*. Respexisse videri potest noster Horatium Epod. I, 9, 7 sq. et Carm. I, 37, 5 sq. Propert. III, 11, 31. 32 Coniugii obsceni pretium Romana poposcit Moenia et addictos in sua regna patres.

XVII. Continuatio. — 1. Liplius observavit recte, Valer. Max. V, 3 ipsa haec exempla attulisse, quae omnia in notissimis sunt.

2. *Rutilius*. cf. Consol. ad Marc. XXII, 2 not. de Pro-

toni populus Romanus praeturam negavit, consulum pernegavit. Ingrati publice sumus. Se quisque interroget: nemo non aliquem queritur ingratum. Atqui non potest fieri, ut omnes querantur, nisi querendum est de omnibus. Omnes ergo ingrati sunt.

3 Tantum? et cupidi omnes, et maligni omnes, et timidi omnes, illi in primis qui videntur audaces. Adhuc, et ambitiosi omnes sunt, et impii omnes. Sed non est quod irascaris. Ignosce illis: omnes insanunt. ^a Nolo te ad incerta revocare, ut dicam, vide, quam ingrata sit iuventus. Quis non patri suo supremum diem, ut innocens sit, optat? ut moderatus, expectat? ut pius, cogitat? Quotus quisque uxoris optimae mortem timet, ut non et computet?

Cui,

a. *Nolo te ad incerta revocare, — vide, q.* Sic ordinat voces has codex Naz. quum alias *vide* post *q.* ponatur:

Provid. c. 3. Saepissime huius Rutilii, et praestantissimi et sanctissimi viri, qui a Sulla ex exilio revocatus redire noluit, mentio iniicitur a nostro aliisque, e. c. Cicerone (cf. Ernesti Index histor. h. v.) Athenaeo IV p. 168 c., ubi Schweigh. monet, praeter Athenaeum, neminem Apicii accusatoris nomen memoriae prodidisse. In exilio, quod Smyrnae, ubi paene a Mithridate interfectus esset, egit, historiam populi rom. graece, sed vitam suam latine scripsit, Athenaeo l. I. et VI, 274. XII, 543 auctore. cf. Io. Gerh. Voss. de Historic. lat. I, 9. De *Catone* uticensi vid. Plut. To. IV. Reisk. p. 434 sq. Vatinius ei praelatus praeturam ambientis: nec Consul creatus est. *Atqui non potest — omnibus.* Sententiae acumen hoc est. Omnes queruntur: singuli autem fere de singulis, certe diversis: ergo omnes ingrati, quod querela ea evincit. L.

3. *Tantum? et — omnes.* Haec et sequentia spectant ad Stoa paradoxon: omnia vitia in omnibus esse. Iam quum et stulti sint, omnes quoque insaniant necesse est. Locus celeberrimus est Horatii Serm. II, 3. cf. Lipsii Manuduct. III, 20. *Nolo te — computet?* Respicit ad Ovid. Metam. I, 144 sq. non sine acerba ironia.

^b Cui, rogo, cui litigatori defenso, tam magni benefici ultra res proximas memoria duravit? Illud in confesso est. quis sine querela moritur? quis extremo die dicere audet:

Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi? quis non reculans, quis non gemens exit? Atqui hoc ingrati est, non esse contentum praeterito tempore. Semper pauci dies erunt, si illos numeraveris. Cogita, non esse summum bonum in tempore: quantumcunque est, boni consule. Ut prorogetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: quoniam morâ non fit beatior vita, sed longior. Quanto satius est, gratum adversus perceptas voluptates, non aliorum annos computare, sed suos benigne aestimare, et in lucro ponere? Hoc me dignum iudicavit Deus! hoc satis est. Potuit plus! sed hoc quoque beneficium est. Grati simus adversus deos, grati adversus homines, grati adversus eos, qui nobis aliquid praestiterunt; grati etiam adversus eos, qui nostris praestiterunt.

P 5

XVIII.

^b. *Cui, rogo, cui litigatori d. cui repetitum debemus* Codici Naz. Mox *praeterito* optimi codd. praestant: alii *praestito*, errore ex compendiarie scribendi ratione orto. Gronov. emendat *praedicto*. Erasmus habet *praefato*. Sed codicibus libenter obtemperamus.

4. *Cui, rogo, cui* etc. tum est, e. c. Ep. LXXVII. Vivide indignationem exprimit, et inde pronomini repetitio est. Illud *rogo* est oro te, quaeso, rogo te. Aen. X, 407 sq. Stat sua Moneo, quoniam vidi nuper virum doctum a *rogus* deduxisse. Versus est Virgil. Aen. IV, 653. tum est, e. c. Ep. LXXVII. de brevit. vit. c. 1. Ep. LXX. XCIII. Cl. cf. Ovid. Metam. X, 32 et egregia illa Virgil. Aen. X, 407 sq. Stat sua cuique dies: breve et irreparabile tempus Omnibus est vitae: sed famam extendere factis Hoc virtutis opus: et Horatii Carm. I, 9, 14 Quem Fors dierum cunque dabit, Luero appone.

5. Non interesse, quam diu, sed quam bene vixeris, saepe a nostro etiam moni-

XVIII. ^a In infinitum, heus, inquit, me obligas, quum dicis, et nostris. itaque pone aliquem finem. Qui filio beneficium dat, ut dicis, et patri eius dat. Primum unde, quo, quaero. Deinde illud utique mihi determinari volo, si et patri beneficium datur, numquid et fratri? numquid et patruo? numquid ²avo? numquid uxori, et socero? Dic mihi, ubi debeam desinere, quousque personarum seriem sequar. Si agrum tuum coluero, tibi beneficium dederō; si domum tuam ardentem restinxero, aut ne concidat excepero, tibi beneficium non dabo? Si servum tuum servavero, tibi imputabo: si filium tuum servavero, non habebis beneficium meum?

XIX. Dissimilia ponis exempla: quia qui agrum meum colit, agro beneficium non dat, sed mihi: et qui domum meam, quo minus ruat, fulcit, praestat mihi: ipsa enim domus sine sensu est. Debitorem me habet, quia nullum habet. Et qui agrum meum colit, non illum, sed me demereri vult. Idem de servo

^a. In infinitum, heus, inquit etc. Naz. codex et alii dabant: *In infinitum eius i.*: unde Gron. egregie coniecit: *heus*, quod recepi. Est, ait, imitatio sermonis vulgaris. Mox *aut ne concidat* e Gruteri emend. est, auctore cod. Naz., qui habebat *aut ne non cidat*. Vulg. *aut ne cadat*.

XVIII. Quousque grati esse debeamus, interrogatur. — 1. *In infinitum* sc. tempus. Ex illis: *et nostris* concludere licet, numquam grati animi fore finem: hinc quaeritur, quando eius finis fuerit. *Unde* initium capit, et *quo*, usque ad quem durat, pertinet.

2. *excepero* fulcris: explicat ipse sequenti capite: et qui domum meam quo minus ruat, fulcit.

XIX. Fines, ad quos extendatur, et ubi desinat grati animus, vix desiniri possunt. — 1. *praestat*, dat beneficium. *Debitorem* — *habet* ille qui hoc facit. *mei mancipii*, i. dominii. cf. Ernesti cl. Cic. h. v. Res mancipii mei est, quam mancipare, manu capere possum, et quae mihi est mancipata, tradita. *Servum* autem rem, non personam esse Romae, constat.

fervo dicam. mei mancipii res est, mihi fervatur: ideo ego pro illo debeo. Filius ipse beneficii capax est: itaque ille accipit; ego beneficio laetor. contingor, non obligor. Velim tamen, tu qui debere non putas, respondeas mihi: Filii bona valetudo, felicitas, patrimonium, pertinet ad patrem? felicius futurus est, si salvum habuerit filium: infelicius, si amiserit? Quid ergo? qui et felicius sit a me, et infelicitatis maximae periculo liberatur, non accipit beneficium? Non, inquit. quaedam enim in alios conferuntur, sed ad nos usque permanant. ab eo autem exigi quidque debet, in quem confertur: sicut pecunia ab eo petitur, cui credita est, quamvis ad me illa aliquo modo venerit. Nullum beneficium est, cuius commodum non et proximos tangat, nonnunquam etiam longius positos. Non quaeritur, quo beneficium ab eo cui datum est, transferatur, sed ubi primo collocetur. a reo tibi ipso et a capite repetitio est. Quid ergo? oro te, non dicis, Filium mihi donasti, et si hic perisset, victurus non fui? pro eius vita beneficium non debes, cuius vitam tuae praefers? Etiam nunc quum filium tuum servavi, ad genua procumbis, diis vota solvis, tanquam ipse servatus. Illae voces exeunt tibi: Nihil interest, mea an me servaveris. duos servasti: immo me magis. Quare ista dicis, si non accipis beneficium? quia et si filius meus pecu-

2. *Filius* etsi sub potestate patria est, tamen est persona, est liber homo, est ingenuus, nec, ut servus, acciperit, ideoque *commores*: ideo accipere et obligari potest, servus non item. *pertinet* nonne eorum vis est ad patrem?

cium — positos: melior sit beneficio (supra XIII, 2) ut hoc utar, ille qui beneficia *commores*, utilitas eius, *εὐχρηστος*, ad longius tempore *positos*, posteros pertinet.

4. *a reo*, ab illo qui beneficium acceperit, ideoque reus nunc sit, quatenus est unde petitur.

3. *Non, inquit*, non, respondes. *Nullum benefi-*

pecuniã mutuat sumferit, creditori numerabo, non tamen ideo ego debuerõ: quia et si filius meus in adulterio deprehensus erit, erubescam, non ideo 6 ego ero adulter. Dico me tibi obligatum pro filio, non quia sum, sed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium. At pervenit ad me summa ex incolumitate eius voluptas, summa utilitas, et orbitatis gravissimum vulnus effugi. Non quaeritur nunc, an profueris mihi, sed an beneficium dederis. prod- eĩ enim et animal, et lapis, et herba: nec tamen beneficium dant, quod nunquam datur, nisi a vo- 7 lente. Tu autem non vis patri, sed filio dare: et interim ne nosti quidem patrem. Itaque quum dixeris, Patri ergo beneficium non dedi, filium eius servando? contra oppone, Patri ergo beneficium dedi, quem non novi, quem non cogitavi? Et quid quod aliquando evenit, ut patrem oderis, filium serves: beneficium ei videberis dedisse, cui tunc inimicissi- 8 mus eras, quum dares? Sed ut, dialogorum altercatione seposita, tanquam iurisconsultus respondeam, mens spectanda est dantis. Beneficium ei dedit, cui da-

8. *Dialogorum altercatione sep.* Hac inde a Socraticis tempore usi sunt philosophi, magistrum illum suum celeberrimum sequuti: nam omnis fere philosophorum domus a Socrate originem suam ducit: quippe quem scimus dialogis interrogationibusque docere solitum fuisse. Hinc adeo interrogationem pro conclusione in usu fuisse supra aliquoties vidimus. *respondeam*: fuisse hanc Iurisconsultorum vocem propriam, de iure, f. ius respondere constat. Cf. Ernesti Cl. Cic. h. v. Utitur autem hac imagine, quoniam qui responderunt Iurisconsulti formulas legesque laudarent, unde cantores formularum appellati sunt, atque ideo, nemine contradicente, consilia sua, tanquam e tripode, darent. Colorem orationis proinde iurisprudentium breviter et concise respondentium h. l. statim imitatur. *incipiendi officium, amicitiam.*

datum voluit. Sicut si in patris honorem fecit, pater accepit beneficium: sed pater beneficio in filium collato non obligatur, etiam si fruitur. Si tamen occasionem habuerit, volet et ipse praestare aliquid: non tanquam solvendi necessitatem habeat, sed tanquam incipiendi causam. Repeti a patre beneficium non debet: si quid pro hoc benigne facit, iustus, non gratus est. Nam illud finire non potest: si patri do beneficium, et matri, et avo, et avunculo, et liberis, et affinibus, et amicis, et servis, et patriae. Ubi ergo beneficium incipit stare? ^a Sorites enim ille inexplicabilis subit: cui difficile est modum imponere, quia paulatim surrepit, et non desinit serpere. Illud solet quaeri: Fratres duo dissident. si alterum servo, an dem beneficium ei, qui fratrem invisum non periiisse moleste laturus est? Non est dubium, quin beneficium sit etiam invito prodesse: sicut non dedit beneficium, qui invitus profuit.

XX. Beneficium, inquit, vocas, quo ille offenditur, quo torquetur? Multa beneficia tristem frontem et asperam habent, quemadmodum secare et urere ut fanes, et vinculis coërcere. Non est spectandum, an doleat quis beneficio accepto: sed an gaudere debeat.

Non

a. *Sorites enim ille inexplicabilis.* Reduxit Gronov., Gruterō suadente, e codd. et olim culis: vulg. *inexplebilis.*

9. *Sorites, σωπετρης, conclusio quasi acervalis.* Cf. Cic. Acad. IV, 16. 29. Conclusio alia ex alia manat et acervus quasi fit conclusionum, donec eo pervenias, quo velis. Celebris est erudita tractatio hac de re inter Faeciolati Acroases.

XX. An triste beneficium invito etiam dari possit?

— 1. *Multa beneficia--coercere:* utrumque medicus suadere potest, qui insanum et vinculis coerceri iubere solet, donec sanetur. Nos quidem mala, quae a Deo nobis immissa credimus, pro beneficiis habere docemur, et illis ita uti, ut in beneficiis mutentur.

Non est malus denarius, quem barbarus et ignarus
 2 formae publicae reiecit. Beneficium et odit, et accepit: si modo id prodest, si is qui dabat, ut prodesset dedit. nihil refert an bonam rem malo animo quis accipiat. Agedum, hoc in contrarium verte. Odit fratrem suum, quem illi expedit habere: hunc ego occidi. non est beneficium, quamvis ille dicat esse, et gaudeat. Infidiosissime nocet, cui gratiae aguntur pro iniuria. Video. Prodest aliqua res, et ideo beneficium est: nocet, et ideo non est beneficium. Ecce,
 3 quod nec profit, nec noceat, dabo: et tamen beneficium est. Patrem alicuius in solitudine exanimem inveni, corpus eius sepelivi. nec ipsi profui, quid enim illius intererat, quo genere dilaberetur? nec filio: quid enim per hoc commodi accessit illi? Dicam quid consecutus sit: officio sollemni et necessa-
 4 rio per me functus est. Praestiti patri eius, quod ipse praestare voluisset, nec non et debuisset. Hoc tamen ita beneficium est, si non misericordiae et humanitati dedi, ut quodlibet cadaver absconderem: sed si corpus agnovi, si filio tunc hoc praestare me cogitavi. At si terram ignoto mortuo inieci, nullum habeo huius officii debitorem, in publicum humanus.
 5 Dicet aliquis, Quid tantopere quaeris, cui dederis bene-

3. *nec ipsi profui*: nam nolter saepius iam declaravit, se repudiare omnes illas fabulas atque superstitionum commenta de manibus eorumque errore circa Stygem, donec sepelirentur. Sed inter Romanos iam Cicero in Orat. pro Roscio Amerino 24. publice de hac re sententiam eandem ferre non dubitavit. *quo genere i.*

qua ratione *dilaberetur* in pulverem. *Officium* hoc erat consuetum et humanitate impositum.

4. *At si terram — inieci.* Quintil. declamat. 5: Ignotis cadaveribus humum congerimus et insepultum corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocunque veneretur aggestu. Res notissima est vel

beneficium, tanquam repetiturus aliquando? Sunt qui nunquam iudicant esse repetendum, et has causas afferunt. Indignus etiam repetenti non reddet: dignus ipse per se referet. Praeterea si bono viro dedisti, exspecta; ne iniuriam illi facias appellando, tanquam non fuisset sua sponte redditurus. ^a si malo viro dedisti, plectere. Beneficium verbo ne corrumpis, creditum faciendo. Praeterea, lex quod non iussit repeti, vetuit. Vera sunt ista, quamdiu me nihil urget, quamdiu fortuna nihil cogit, petam potius beneficium quam repetam: sed si de salute liberorum agitur, si in periculum uxor deducitur, si patriae salus ac libertas mittit me etiam quod ire nollem, imperabo pudori meo, et testabor omnia me fecisse, ne opus esset mihi auxilio hominis ingrati. novissime recipiendi beneficii necessitas, repetendi verecundiam vincet. Deinde, quum bono viro beneficium do, sic do, tanquam nunquam repetiturus, nisi necesse fuerit.

XXI. Sed lex, inquit, non permittendo exigere, vetuit. Multa legem non habent, nec actionem: ad
quae

a. *si malo viro dedisti, plectere.* Erasmus divinaverat sic scribendum esse, quum omnes codd. mss. darent, *flectere: plectere* i. lue poenas imprudentiae. Assensi sunt optimi critici, Gruterus, Lipsius et Gronovius, qui adhaec docet haec verba *plector* et *flector* interdum in codd. commutari, e. c. ap. Plaut. Trucul. II, scen. 3. Muretus tamen coniecerat: *dedisti*.

vel ex Horat. Carm. I, 28, 35, libri. — 1. De his rebus et Dorvill. ad Chariton. IV, nulla legislatio quidquam constituit, sed ad *ἐπιτάξεις κοινὰς*, ad communes omnibus sententias, quae dome-

6. *Praeterea — vetuit* sc. publica disciplina, educatione, vitae humanae consuetudine, verbo, ratione legislatore nostro optimo, docentur, referenda haec esse

XXI. An repetere beneficium liceat? usque ad finem
cen-

quae consuetudo vitae humanae, lege omni valentior, dat aditum. Nulla lex iubet amicorum secreta non eloqui; nulla lex fidem etiam inimicò praestare. Quae lex ad id praestandum nos quod alicui promissimus, alligat? Querar tamen cum eo qui arcanum sermonem non continuerit, et fidem datam, nec servatam, indignabor. Sed ex beneficio, inquit, creditum facis. Minime: non enim exigo, sed repeto; et ne repeto quidem, sed admoneo. ^a Ne ultima quidem necessitas in hoc aget, ut ad eum veniam, ³ cum quo diu mihi luctandum sit. Qui tam ingratus est, ut illi non sit satis admoneri, eum transibo, nec dignum iudicabo, qui gratus esse cogatur. Quomodo foenerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse, et in quorum pudorem nihil superest, quod pereat: sic ego quosdam ingratos palam ac pertinaciter praeteribo, nec ab ullo beneficium repetam, nisi a quo non ablaturus ero, sed recepturus.

XXII. Multi sunt, ^a qui nec negare sciunt, quod acceperunt, nec referre: qui nec tam boni sunt quam grati, nec tam mali quam ingrati, segnes et tardi, lenta

a. *Ne ultima quidem necessitas.* Sic est in mss. Grut. et Pinc. Erasmus alique: *Nam ultima quoque n.* Saepe in codd. *nam, non, ne, num,* permutantur. H. l. negativa desideratur. — a. *qui nec negare sciunt.* Noli emendare *sciant.* Senecae aevo et indicativus et subiunctivus promissive hoc casu ponitur instar poetarum. Cf. VII, 5, 2. Sic cap. XX, 5 occurrit: Sunt, qui iudicant et afferunt. Alibi subiunctivus ponitur nostro.

cenfuerunt legumatores. Rem deli tuta silentio merces: enim, quae inter animos quae sententia, monente geritur, lex nulla curat. Wyttenbachio in Bibl. crit. Hinc poetis didacticis referrebantur talia apud veteres, hinc mysteria praecepta haec salubria inculcabant. Exemplo est Horat. Carm. III, 2, 25: Est et fi-

III, 1. p. 40. ex illo Simoni-
deo 'Ἄλλ' ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀλύ-
δουρον γέρας' expressa est.
2. *luctandum sit,* alterca-
tione exprimendum benefi-
cium. L.

lenta nomina, non mala. Hos ego non appellabo, sed commonefaciam, et ad officium aliud agentes educam, qui statim mihi sic respondebunt: Ignosce, non mehercule scivi hoc te desiderare, alioquin ultro obtuliffem. Rogo ne me ingratum existimes: memini quid mihi praestiteris. Hos ego quare dubitem et sibi meliores et mihi facere? Quemcunque potuero, 2 peccare prohibebo, multo magis amicum, et ne peccet, et ne in me potissimum peccet. Alterum illi beneficium do, si illum ingratum esse non patior: nec dure illi b exprobrabo quae praestiti, sed quam potero mollissime, ut potestatem referendae gratiae faciam, renovabo memoriam eius, et petam beneficium: ipse me repetere intelliget. Aliquando utar 3 verbis durioribus, si emendari illum speravero posse. nam deploratum propter hoc quoque non exagitabo, ne ex ingrato inimicum faciam. Quodsi admonitionis quoque suggillationem ingratum remittimus, se- gniores ad reddenda beneficia faciemus. Quosdam 4 vero sanabiles et qui fieri boni possunt, si quid illos momorderit, perire patiemur admonitione sublata, qua et pater filium aliquando correxit, et uxor maritum aberrantem ad se reduxit, et amicus languentem amici fidem erexit.

XXIII.

b. *exprobrabo*. Ita ed. Erasmi et recte. Gruteriani tamen *illuc probabo*, quae itidem placere possunt, quamquam pro felici calami aberratione habeam. Mox *momorderit* e codd. Pinc. et Grut. repositum pro vulg. *si quod illos remorderet*.

1. *lenta nomina*, lenti debitorum: qui tardi sunt in solvendo aere alieno. Notum est Alphii foeneratoris ex Horatii Epod. II famosi dictum, quod laudat Columella I, 7, 2: optima nomina non appellando fieri ma-

la. cf. Benti. ad Horat. Epp: II, 1, 105.

3. *suggillationem*: a corpore est sumtum. ὑπωπιασμός est nota et livor e verberare. castigationem, cf. ad Epist. XIII, 2.

XXIII. Quidam ut expergiscantur, non feriendi, sed commovendi sunt: eodem modo quorundam ad referendam gratiam fides non cessat, sed languet. hanc pervellamus. Noli munus tuum in iniuriam vertere. Iniuria est enim, si in hoc non repetis, ut ingratus sim. Quid si ignoro, quid desideres? quid si occupationibus districtus, et in alia vocatus, occasionem non observavi? ostende mihi quid possim, ² quid velis. Quare desperas, antequam tentas? Quare properas et beneficium, et amicum, perdere? Unde scis, nolim, an ignorem; animus, an facultas desit mihi? experire. Admonebo ergo, non amare, non palam, sine conyicio: sic, ut se redisse in memoriam, non reduci putet.

XXIV. Causam dicebat apud divum Iulium ex veteranis quidam ^a paulo violentior adversus vicinos suos,

a. *paulo violentior*. Omnium codd. et edd. quidem haec lectio est, sed Pincian. scribendum putavit: *quidam Publius Militio*. Criticus ille egregius haud dubie ad hunc ingenii lulum ideo deferebatur, quod voces *paulo violentior* cum sequentibus *et causa premebatur* non satis cohaerere ei viderentur, et quod §. 2 pro illis: *nisi commilito* in uno cod. mss. reperisset: *nisi pro militio*. Hinc et cap. extr. legit, *Militioni suo donavit*. Sed emendatione superfedeamus.

1. *Iniuria est enim — sim*. Iniuriam mihi affers non repetendo: nam ita ingratus sim necesse est, nescius qua in re tibi gratum animum praestare possim. Itaque non repetis eo consilio, ut ingratus sim. *In alia muna et officia.*

1. Notum est, *Iulium Caesarem veteranis* pepercisse, quia etiam eorum auxilio magnus factus erat. Multos iam a. u. 707 agris donaverat, qui tamen postea sub

eo stipendia meruerunt. Dio Cass. 43, 52 sq. Hic fuisse videtur ex eorum numero: reduci ex proelio ad Mundam ista evenerunt. Hos veteranos, ut fit, feroces factos et terminos suos assidue promovisse constat. Cf. Couture dissertation historique des Vétérans in Memoir. de l'Acad. des Inscript. IV, p. 28 sq. Bis autem Iulius Caesar bellum gessit in Hispania: primum a. u. 705 contra duces Pompeii Afranium

suos, et causa premebatur. Meministi, inquit, Imperator, in Hispania talum te torsisse circa Sucronem? Quum Caesar meminisse se dixisset: ^b Meministi quidem, inquit, sub quadam arbore minimum umbrae spargente, quum velles residere ferventissimo sole, et esset asperrimus locus, in quo ex rupibus acutis unica illa arbor eruperat, quendam ex commilitonibus penulam suam substravisse. Quum dixisset Caesar: ² Quidni meminerim? et quidem siti confectus, quia impeditus ire ad fontem proximum non poteram, repere manibus volebam, nisi commilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua attulisset. Potes ergo, inquit, Imperator, agnoscere illum hominem, aut illam galeam? Caesar ait, se non posse galeam agnoscere, hominem pulchre posse: et adiecit, puto ob hoc iratus, quod se a cognitione media ad veterem fabulam adduceret: Tu utique ille non es. Merito, inquit, Caesar, me non agnoscis: nam ³ quum hoc factum est, integer eram. postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est, et in capite lecta

Q 2 ossa.

^{b.} *Meministi quidem.* Sic cod. Naz. aliique et vulgg., quam scripturam cur reiiciamus, equidem non video. Signum interrog. sustuli. Profecto meministi. Alii, *meministi quoc.* Gruterus emend. *Meministin' idem,* quod Comico quam Senecae familiaris est. Lipsius tamen et Gronovius receperunt.

nium Petreiumque ad Ilerdam et Sicerim, ac his subiugatis contra Varronem duxit (Caesar B. Civ. I, 34 sq. II, 17 sq. Dio Cass. 41, 20 sq.). Deinde a. u. 708 contra Pompeii liberos, quos ad Mundam devicit. Dio Cass. 43, 32 sq. Quum *Sucro*, nunc Xucar, fluvius Hispaniae tarracoenlis sit, in qua primum bellum gestum est non sine periculo Caesaris, secundum bellum in provincia baetica; sequitur, utriusque bello hunc veteranum assuisse. Ceterum unus Seneca hanc rem narravit.

2. *impeditus* propter talum tortum. *fabulam* historiam.

3. *et in capite lecta ossa.* Allusum vel lusum in lectione ossium funebri. De Provid.

ossa. Nec galeam illam si videres, agnosceres: machaerâ enim Hispanâ divisa est. Vetuit illi exhiberi negotium Caesar: et agellos, in quibus vicinalis via, causa rixae ac litium fuerat, militi suo donavit.

XXV. Quid ergo? non repeteret beneficium ab Imperatore, cuius memoriam multitudo rerum confuderat? quem fortuna ingens, exercitus disponentem, non patiebatur singulis militibus occurrere? Non est hoc repetere beneficium, sed resumere bono loco positum, et paratum: ad quod tamen ut sumatur, manus porrigenda est. Repetam itaque, quia hoc aut necessitate facturum ero, aut illius causâ, a quo repetam. Tiberius Caesar inter initia dicenti cuidam, Meministi, antequam plures notas familiaritatis veteris proferret: Non memini, inquit, quid fuerim. ^a Ab hoc quidni non esset repetendum beneficium?

a. *Ab hoc quidni non esset repetendum beneficium? optanda erat oblivio.* Restituit Gronovius hanc lectionem ex optimis codd. Naz. aliisque: quum esset: *Ab hoc nedum esset etc., aut Ab hoc diu quam non etc.*

Provid. c. 3: remedii causa quibusdam et radi ossa et legi. Addas Consol. ad Marc. c. 22. L. Gesner ad Quintil. VIII, 5, 21 p. 395 ait: caput erit quasi bustum, in quo leguntur ossa. — Telo autem fuisse veterani caput fractum per se clarum est, nec lecta ossa in vulneribus eiusmodi extraordinaria. *machaerâ hispanâ* i. gladio ad pungendum aequè idoneo ac ad caedendum: virtus autem gladii talis eximia erat, docente Diodor. Sic. V, 33. cf. Polyb. II, 33, 5 sq. etc. *vicinalis via*, qua quid-

dem uti vetabatur a vicino, cuius tamen usus militi haud dubie utilis aut necessarius fuerit, ut ad agros prataque sua veniret commodius. Vlpiani explicatio, vicinalem viam esse, quae vel ex vico vel in vicum ducat, huc non spectat.

1. *exercitus disponentem ordinantem et regentem. occurrere* memoria, cuius maxime compos fuit, ut notum est.

2. *Tiberius Caesar.* Haec unus Seneca retulit. *inter initia.* Lipsius refert ad initia principatus eius: nec scio quam bene. Nam initio

hcium? optanda erat oblivio. Averſabatur omnium amicorum et aequalium notitiam, et illam ſolam praefentem fortunam ſuam adſpici, illam ſolam cogitari ac narrari volebat: inquitorem habebat veterem amicum. Magis tempeſtively repetendum eſt beneficium, quam petendum. Adhibenda verborum moderatio, ut nec ingratus poſſit diſſimulare. Tacendum et exſpectandum, ſi inter ſapientes vivemus: et tamen ſapientibus quoque indicare melius fuiſſet, quid rerum noſtrarum ſtatus poſceret. Deos, quorum notitiam nulla res effugit, rogamus: et illos vota non exorant, ſed admonent. ^b Diis quoque, ⁴ inquam, Homericus ille ſacerdos allēgat officia, et

Q 3 aras

b. Diis quoque, inquam — et aras religioſe cultas. Moneri velle ac poſſe — eſt, et quo — parere. Sequor in edenda hoc loco, quem Gruterus, ſe velpillonum, aiebat, curae dudum commiſſiſſe, Gronovium, qui ꝑ codice Naz. locum reſtituit. Antea poſt *cultas* ſequebantur voces: *quo obſequentes — parent*, quas Gron. codd. auctoritate tranſpoſuit poſt: *virtus eſt.* Mox *lumen a Diis inmiſſum* vulgata bene habet.

tio eius principatus modestia ſecundum eum, qui bene et adulationum averſione monenti obediat. *Proximi* inſignis fuit. Suet. Tib. c. — *redeunt.* plane haec ipſa illa virtus ſecunda, moneri 27 ſq. Referam itaque potius ad orationis exordium. velle ac poſſe: ideo enim

4. *Homericus ſacerdos.* volunt, ut in viam redeant. Chryſes. Homerus iſta habet Il. α, 37 ſq. *ſecunda* reddendi beneficii prudentem et modeſtum monitorem non adſpernantur, conſequens et pars ſecundae virtutis eſt, conſilium pati, et recte facere gratumque ut conſulant aliis, et parenteſſe ſine monitore. Notum do ac morem gerendo monitoribus eoſdem obſequentes, deditos devotosque ſibi ſacerere. *a diis inmiſſum.* Si ſaepe ego audivi, eum dera enim Stoicis et Senecae dii ſunt. cf. de Benef. IV, conſulat, quid in rem ſit: 23, 4. VI, 22, ſin.

aras religioſe cultas. Moneri velle ac poſſe, ſecunda virtus eſt, et quo obſequentes facias, parere. Huc illuc fraenis leviter motis flectendus eſt paucis animus, ſui rector optimus. Proximi ſunt, qui admoniti in viam redeunt. His non eſt dux detrahendus. Opertis oculis ineſt acies, ſed ſine uſu, quam lumen
 5 a diis immiſſum ad miniſteria ſua evocat. Inſtrumenta ceſſant, niſi illa in opus ſuum artifex moverit. Ineſt interim animis voluntas bona: ſed torpet, modo deliciis ac ſitu, modo officii inſcitia. Hanc utilem facere debemus: nec irati relinquere in vitio, ſed ut magiſtri puerorum diſcentium patienter ferre offenſationes memoriae labentis. Quae, quemadmodum ſaepe ſubiecto uno aut altero verbo, ad contextum reddendae orationis adducta eſt, ſic ad referendam gratiam admonitione revocanda eſt.

5. *Ineſt — bona.* Nam *modo deliciis ac ſitu.* i. modo animus quiſque natura ita commoditatum et volupta- comparatus eſt, ut bonum tum ſtudio indulgendo, mo- velit. Arrian. Diſſ. III, 8. do delidia correpti.

L. ANNAEI SENECAE
 AD AEBUTIUM
 LIBERALEM
 DE BENEFICIIS
 LIBER VI.

Argumentum et Ordo.

Iterum Quaestiunculae, Chrysippeo quodam more. Prima, An beneficium eripi possit? varie differit, claudit tamen usum eius eripi posse, non ipsum. Secunda, An debeamus ei, qui vel invitus profuit, vel ignarus? negat. Tertia, An ei, qui sua causa nobis profuit? si tantum sua, abnuat: si et mea, admittit. Exempla et argutias miscet. Quarta, An fas incommodi aliquid alteri optare, ut gratiam possis referre? non est, et damnat. Aliam viam aperit referendae gratiae etiam felicibus, etiam Regibus, per consilia, monita, doctrinam. L.

I. QUÆDAM, Liberalis, virorum optime, exercendi tantum ingenii causa quaeruntur, et semper

Q 4

^a extra

I. Excusatio quaestiuncularum. — 1. *Quaedam* etc. Similia habet V, 12. *tu illa induci.* i. e. tu illa aut pertractanda mihi iniungas, aut tibi tantum ostendi iubeto, ut complexum et argumentum huius materiae cognoscas. Imagine autem scenica ad hanc sententiam illu-

^a extra vitam iacent: quaedam et dum quaeruntur, oblectamento sunt, et quaesita ufui. Omnium tibi copiam faciam. tu illa, utcunque tibi visum erit, aut peragi iubeto, aut ad explicandum ludorum ordinem induci. His quoque, si abire protinus iusseris, non nihil actum erit: nam etiam quod discere supervacuum est, prodest cognoscere. Ex vultu igitur tuo pendebo, prout ille suaserit mihi: alia detinebo diutius, alia expellam, ^b et capite agam.

II. An

a. *extra vitam.* Omnes sic codd. At Muretus voluit: *extra vitam.* Nec dubium, has voces commutari a librariis: sed vult Seneca, nullum haec quaesita praebere hominibus usum in vita. — b. *et capite agam.* Sic Erasmus, codd. Naz. aliique. Alii, *et ea perire agam*, alii, *et ea perire agam.* Sed illud bene habet: quaedam horum, inquit Seneca, interprete Lipsio, ipsosque homines pellam et capite prehensos tradam,

illustrandam utitur. In ludis enim circensibus solum Romae fuit, ut ante ludorum initium Deorum simulacra in thesibus veherentur aut ferculis portarentur per theatra aut amphitheatra, sequentibus pugnatoribus, musicis etc., prout *ordo* ludorum, qui hac pompa explicabatur, postularet. Haec fuit pompa circensis satis celebris, quam ex Ptolemaei pompa (cf. Callinum Athenaei V, 196 sq.) expressam putat Casaubonus. Describit eam Dionys. lib. VII. p. 474. Lips. anni 1691 fol. cf. Sueton. Iul. Caes. 76 interpret. et Lipsii Saturn. II, 18. Nec minus in ludis quoque scenicis per prologos populo ordinem ludi esse explicatum aut expositum constat, ad exemplum Euripidis, qui primus moris huius auctor fuisse videtur: in mimis vero argumentum et ordinem agendorum tabula in pariete appensa praescriptum actoribus fuisse verisimile est, ex tempore deinceps ludicra oculo auri-que auditorum subiicientibus. Inprimis tamen huc spectat mos ille, quo aedili aliive magistratui munus in gratiam populi edituro exploranda prius erat fabula spectaculive forma et argumentum, quam destinaret.

II. An beneficium eripi possit, quaesitum est. Quidam negant posse. non enim res est, sed actio: quomodo aliud est munus, aliud ipsa donatio; aliud qui navigat, aliud navigatio. Et quamvis aeger non fit sine morbo, non tamen idem est aeger et morbus: ita aliud est beneficium ipsum, aliud, quod ad unumquemque nostrum beneficio pervenit. Illud incorporeale est, irritum non fit: materia vero ^a eius huc et illuc iactatur, et dominum mutat. Itaque quum eripis, ipsa rerum natura revocare quod dedit non potest. Beneficia sua interrumpit, non rescindit. Qui moritur, tamen vixit: qui amisit oculos, tamen vidit. Quae ad nos pervenerunt, ne sint, effici potest: ne fuerint, non potest. pars autem beneficii et quidem certissima est, quae fuit. Nonnunquam usu

Q 5 bene-

a. eius. Sic Pinc. et Grut. codd. Antea: *illius*.

II. Beneficium eripi non potest. — 1. *An beneficium — est.* Haud dubie a Stoicis, quos tamen ignoramus. Eandem beneficii distinctionem iam supra attulit noster 1, 6. *quutum esse. materia vero eius i. beneficii, id ipsum quod datur. Itaque quum — potest:* quatenus actio manet, quae non magis deleri funditus potest quam vita praeterita.

2. *Illud incorporale — fit.* voluntate autem nititur, et virtus est. Alias Stoaefidelior mansit. Nam Ep. 106, 10 sic argutabatur: Bonum corporis corporale est: bonum hominis et corporis bonum est, itaque corporale est. Ep. 117, 2 sq. Sed sciendum est, corpus et corporale Stoicis esse, insolita significatione, omne id quod quid efficiat sua sponte, et nostrum h. l. nonnisi significationem vulgarem se-

3. *Quae ad nos — non potest.* Idem iam Agathon poeta trag. apud Aristotel. Ethic. VI, 2 dixit: Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκειται, Ἀγένητα ποιεῖν, ἄσ' ἂν ἢ πεπραγμένα. Horat. Carm. III, 29, 45 non tamen irritum, Quodcunque retro est, efficiet (deus) neque Diffringet infectumque reddet, Quod fugiens semel hora vexit. Cf. Seneca de brev. vit. 10, 3.

beneficii longiore prohibemur, beneficium quidem ipsum non eraditur. Licet omnes in hoc vires suas natura advocet, retro illi agere se non licet. Potest eripi domus, et pecunia, et mancipium, et quidquid est, in quo haesit beneficii nomen: ipsum vero stabile et immotum est. Nulla vis efficiet, ne hic dederit, ne ille acceperit.

III. Egregie mihi videtur M. Antonius apud ^aRabirium poetam, quum fortunam suam transeuntem alio videat, et sibi nihil relictum, praeter ius mortis, id quoque si cito occupaverit, exclamare: *Hoc habeo, quodcunque dedi!* O quantum habere potuit, si voluisset! Hae sunt divitiae

- a. *Rabirium*. Nomen poetae huius reduxit Pinc., nam in mss. *Rapirum* five *Dapirum*. Erasmus inde cum *Rabirius* tenet. Mox *videat* est omnium fere codd. et edd. lectio. Vnus: *viderat*.

1. *M. Antonius* ille amico Iulii Caesaris eiusque cum Octaviano successor, qui in Aegypto manum sibi ipse intulit. Eius vita Plutarchi To. V. Reisk. exstat. Mentionem eius fecit *Rabirius* poeta epicus, cui proximum a Virgilio locum dedit Vellei. Patere. II, 35: modice eum laudat Quintil. X, 1, 90. cf. Ovid. Pont. IV, 16, 5. Quid tamen scripserit et quod argumentum fuerit carminum eius, nullo veterum testimonio comperitum est. Nam quod Lipsius ait, bella civica eum scripserit videri, et Voss. de Histor. lat. I, 21 extr. ex Ovidii verbis: magnique Rabirius oris, et ex hoc nostro loco colligit, Rabirium descripsisse bellum Actiacum inter Octavianum Aug., et M. Antonium Triumvirum, mera est coniectura. Cf. Wernsdorf. Poet. Lat. Min. To. III. p. XIX sq. *transeuntem alio* sc. ad Augustum. *Hoc habeo — dedi* i. haec beneficia habeo, quae dedi et deposui apud alios. Sic Alexander rogatus, ubi haberet thesauros? apud amicos, respondit. Ammian. Marcellin. XXV, p. 294 Vales. cf. Martial. Epigr. V, 44: Extra fortunam est, quidquid donatur amicis. Quas dederis solas semper habebis opes. *Si cito occupaverit*, si cito eo usus fuerit.

tiae certae, in quacunq̄ue fortis humanae levitate uno loco permanſurae: quae quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt invidiam. Quid tanquam 2 tuo parcis? Procurator es. Omnia iſta quae vos tumidos, et ſupra humana elatos obliſci cogunt veſtrae fragilitatis, quae ferreis clauſtris cuſtoditis armati, quae ex alieno ſanguine rapta veſtro defenditis; propter quae claſſes cruentaturas maria deducitis, propter quae quaſſatis urbes, ignari, quantum telorum in adverſos fortuna comparet; propter quae 3 ruptis toties affinitatis, amicitiae, collegii foederibus, inter contententes duos terrarum orbis eluſus eſt; non ſunt veſtra. in depoſiti cauſa ſunt, iam iamque ad alium dominum ſpectantia, aut hoſtis iſta, aut hoſtilis animi ſucceſſor, invadet. Quaeris quomodo illa tua facias? b dono dando. Conſule ergo rebus 4 tuis, et certam tibi earum atque inexpugnabilem poſſeſſionem para, honeſtiores illas non ſolum, ſed tutiores factururus. illud quod ſuſpicis, quo te divitem ac potentem putas, quamdiu poſſides, ſub nomine fordido iacet. Domus eſt, ſervus eſt, nummi ſunt: quum donavi, beneficium eſt.

IV. Fateris, inquit, nos aliquando beneficium non debere ei, a quo accepimus: ergo ereptum eſt. Multa ſunt, propter quae beneficium debere defini- mus: non quia ablatum, ſed quia corruptum eſt. Aliquis reum me defendit: ſed uxorem meam per vim

b. *dono dando.* Sic Erasmii aliiq̄ue. Alii *dona dando* ſ. *donando.*

2. *Omnia iſta* etc. Pro- ci, collegae in Triumviratu prie ad M. Antonium haec et Conſulatu, quin adeo af- ſpectant, quippe quem cru- fines, quum Antonius Octa- delem fuiſſe alieni raptore- viani ſororem Octaviam rem, urbiumque vaſtatores uxorem haberet etc.

conſtat. Diu etiam Anto- IV. Quando et quomodo- nius et Octavius fuere ami- beneficium corrumpatur ſive extin-

vim stupro violavit. Non abstulit beneficium, sed opponendo illi parem iniuriam, solvit me debito: et si plus laesit, quam ante profuerat, non tantum gratia extinguitur, sed ulciscendi querendique libertas fit, ubi in comparatione beneficii praeponderavit iniuria: ita non aufertur beneficium, sed vincitur.

2 Quid? non tam duri quidam, et tam scelerati patres sunt, ut illos averfari et eiurare ius fasque sit? Numquid ergo illi abstulerunt, quae dederant? minime: sed impietas sequentium temporum, commendationem omnis prioris officii sustulit. Non beneficium tollitur, sed beneficii gratia: et eicitur, non ne habeam, sed ne debeam. Tanquam pecuniam aliquis mihi credidit: sed domum meam incendit. pensatum est creditum damno: nec reddidi illi, nec tamen de-

3 beo. Eodem modo et hic, qui aliquid benigne adversus me fecit, aliquid liberaliter, sed postea multa superbe, contumeliose, crudeliter: eo loco me posuit, ^a ut perinde liber adversus eum essem, quasi non accepissem; vim beneficiis suis attulit. Colonum suum non tenet, quamvis tabellis manentibus, qui sege-

a. *ut perinde.* membranae Grut. quatuor: *ut proinde.* Nec tamen quidquam mutandum: saepe hae voces confunduntur: sed *perinde* hac significatione τῆς pariter, aequae praeferrī h. l. debere constat. *Eum essem* dedi auctore cod. Naz. et suadente Grut., quum alias sit, *eum sim.*

extinguatur. — 2. *Eiurare.* aliaque beneficia, quae Xe-Eiurat, qui iurat aliquid nophon Memorab. Socrat. sibi non esse. Ita bonam II, 2, 3 sq. egregie exposuit. copiam eiurare, se eam *impietas* parentum in li-non habere: bonam spem beros.

eiurare, in Seneca de vita
beat. c. 26 nec eam sibi esse. 3. *tenet* obligatum obstri-
Ergo hic eiurare parentes, ctumque habet. *quamvis*
non agnoscere, nec pro ta- *tabellis* fundi elocati: con-
libus habere. L. *quae dede-* tractus, dicamus, manente
rant vitam, educationem vi. *arbusta*, ut ulmum fra-
ximum-

segetem eius proculcavit, qui succidit arbutia: non quia recepit quod pepigerat, sed quia ne reciperet, effecit. Sic debitori suo creditor saepe damnatur, ⁴ ubi plus ex alia causa abstulit, ^b quam ex crediti petit. Non tantum inter creditorem et debitorem iudex sedet qui dicat, Pecuniam credidisti. Quid ergo? pecus abegisti, servum eius occidisti, agellum, quem non emeris, possides: aestimatione facta, debitor discede, qui creditor veneras. Inter beneficia quoque et iniurias ratio confertur. Saepe, inquam, ⁵ beneficium manet, nec debetur, si sequuta est dantem poenitentia, si miserum se dixit, quod dedisset, si quum daret, suspiravit, ^c vultum adduxit, perdere se credit, non donare: si sua causa, aut certe non mea dedit: si non desit insultare, gloriari, et ubique iactare,

b. *quam ex crediti*, intellecta causa. Sic cod. Naz. alique. Antea: *quam ex credito p.* Pinc. volebat: *quam ex crediti causa p.* Mox verba: *Inter beneficia quoque et iniurias ratio confertur* omnes codd. et edd. sic praestant: sed Pinc., quem Muretus sequutus est, hic alieno loco posita opinatus collocanda putavit initio capitis quinti ante verba: *Dedisti beneficium*. Sed hic ipsis esse vere debitam sedem nemo dubitaverit, qui sine cupiditate rem consideraverit.

c. *vultum adduxit*. Sic cod. Naz. alique. Nonnulli variant, sed eodem ducunt, *abduxit*. Vultus autem adductus est tristitiae aut severitatis nota, ut in Sueton Tit. 68 etc. Praetulit quoque Bentleyus ad Horat. II. Serm. 3, 72.

xinumque, cui vites alligantur: hinc arbutivae vites. Columell. de Arborib. c. 16, 2. His succidendis itaque multum damnum colono afferebatur, ne vites colere possent.

4. *Inter beneficia — confertur*. Quod sit, quum utrimque accepta et expensa examinantur et dispunguntur. L.

5. *perdere*. Similiter Martialis. Epigr. VI, 30: Sex sestertia si statim dedisses, Quum dixisti mihi, fume, tolle, dono: Deberem tibi, Paete, pro ducentis. At nunc quum dederis diu moratus, Sex sestertia, Paete, perdidisti. Cf. Senc. VII, infra, 32 extr. Alia laudat Bentley. ad Horat. Serm. II, 3, 172. p. 512 lipf.

iactare, et acerbum munus suum facere. Manet itaque beneficium, quamvis non debeatur: sicuti quaedam pecuniae, de quibus ius creditori non dicitur, debentur, sed non exiguntur.

V. Dedisti beneficium: iniuriam postea fecisti: et beneficio gratia debetur, et iniuriae ultio. Nec ego illi gratiam debeo, nec ille mihi poenam: alter ab altero absolvitur. Quum dicimus, Beneficium illi reddidi: non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddidisse: sed aliud pro illo. Reddere enim est, rem pro re dare. Quidni? quum omnis solutio non idem reddat, sed tantundem. Nam et pecuniam dicimur reddidisse, quamvis numeravimus pro argenteis aureos, quamvis non intervenerint nummi, sed delegatione et verbis perfecta solutio sit. Videris mihi dicere: Perdis operam. Quorsum enim pertinet scire me, an maneat quod non debetur? Iurisconsultorum istae acutae ineptiae sunt, qui hereditatem

V. Nonne, obiicitur, actiones iniuriarum et gratitudinis separandae sunt? —
 1. *Dedisti — absolvitur.* Continet obiectionem, gratiam beneficio non deberi, accedente iniuria. Verba, quae in Mureti aliisque inde expressis edd. antecedunt: *Inter beneficia quoque et iniurias ratio confertur*, a Pinciano e cap. praecedentis §. 4 huc transposita sunt. cf. Var. lect. ad istud cap. b. *Reddere.* Noli putare, Senecam hic etymologum agere. Nam etsi Stoicis etymologiae studium haud alienum esset (cf. Menag. ad Diog. Laert. VII, 147. Cic.

de Off. I, 7, 6) h. l. tamen definitionem dat, non etymologiam. Quare Menagius in Amoenitat. iuris cap. 39 ubi de Iurisconf. ut Stoicos sequentium etymologiis agit p. 338 sq. ed. fref. anni 1738. sub v. *reddere* huius loci non meminit.

2. *delegatione* quum non ipsi de arca solvimus, sed per attributionem, assignationem, ad alium remittimus creditorem, a quo pecuniam accipiat, sive sit argentarius, sive alius. cf. Ernesti Clav. Cic. *Attributio et Delegare.* *Quorsum — debetur.* cf. supra 6 fin.

3. *Iurisconsultorum* etc.

Distin-

tem negant usufructu posse, sed ea quae in hereditate sunt: tanquam quidquam aliud sit hereditas, quam ea quae in hereditate sunt. Illud mihi potius distingue, quod potest ad rem pertinere, quum idem homo beneficium mihi dedit, et postea fecit iniuriam, utrum et beneficium illi reddere debeam, et me ab illo nihilominus vindicare, ac veluti duobus nominibus separatim respondere: an alterum alteri contri-
buere, et nihil negotii habere, ut beneficium iniuria tollatur, beneficio iniuria. ^a Illud enim video in hoc foro fieri. quid in vestra schola iuris sit, vos sciat. Separantur actiones, et de eo quod agimus, de eodem nobiscum agitur. ^b Non confunditur formula, si qui apud me pecuniam deposuerit, idem mihi postea furtum fecerit, et ego cum illo furti agam, et ille mecum depositi.

VI. Quae proposuisti, mi Liberalis, exempla, certis legibus continentur, quas necesse est sequi: lex legi non miscetur. Utraque sua via it: depositum habet actionem propriam, tam mehercule quam furtum.

a. *Illud enim video in hoc foro fieri.* Illud hoc cod. Naz. aliique eum edd. dederunt. Alii omiserant, e. c. Muretus. Hoc forum opponitur scholae. — b. *Non confunditur formula, si qui* etc. Verissime ita Pet. Faber, negatione addita, quae in vulgg. et codd. deerat. Alioqui Seneca sibi non constaret. Cum Lipsio itaque eum sequuti sumus.

Distinguunt itaque, ut Seneca beneficium distinxerat, inter actionem et rem. Tamen hereditas saepe quoque de iis quae in hereditate sunt, pro rebus usurpatur, quae usufructu i. e. utendo possideri possunt.

4. *contribuere* compensare, iungere, unire. *habere* cum illo. *Separantur* in nostro foro, at apud vos hoc fit. *formula* actio. Formulae sunt verborum certae conceptiones et formae, vel quas praetor dat iudicibus, ut secundum eas inquirent, et iudicent, vel quibus iurisconsulti in aliquem agunt, vel quibus testamenta alii-que actus iuris fiunt. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. VI. Negat, et nullam actionem ingrati esse docet.

tum. Beneficium nulli legi subiectum est: me arbitro utitur. licet, me comparare inter se quantum profuerit mihi quisque, aut quantum nocuerit: tum pronuntiare, utrum plus debeat mihi, an debeam. In illis nihil est nostrae potestatis: eundem est, qua ducimur. In beneficio tota potestas mea est: ego itaque iudico illa. non separo, nec diduco, sed iniurias ac beneficia ad eundem iudicem mitto. Alioquin iubes me eodem tempore amare et odisse, queri et gratias agere: quod natura non recipit. Potius comparatione facta inter se beneficii et iniuriae, videbo an etiam ultro mihi debeat. Quomodo si quis scriptis nostris, alios superne^a imprimit versus, priores literas non tollit, sed abscondit: sic beneficium superveniens iniuria apparere non patitur.

VII. Vultus tuus, cui regendum me tradidi, colligit rugas, ^a et trahit frontem, quasi longius exeam. Videris mihi dicere:

*Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum.
Litus ama. — —*

Non

a. *imprimit*, non *imprimat*, habent codd. mss. Mox *supervenens iniuria*, non *iniuriam*, codd. mss. Grut. et Pine. Assensus est Lipsius. Seneca vult, ab iniuria superveniente abscondi beneficium antea collatum. — a. *et trahit frontem*. Sic cod. Naz. Declamationum sub nomine Quintiliani 12 ita: *ad mentionem ciborum plenum fastidio vultum trahit*. Gronov. Addi potest Ovidii Amor. II, 2, 33. Antea: *et attrahit f.* Tamen IV, 31, 3 *attractor frons* occurrit.

1. *Beneficium — nulli*. cf. III, 6 sq. *me arbitro utitur*, ego solus sum iudex et una mihi lex.

2. *In illis* quae tu adduxisti exemplis: lege *ducimur*, tenemur. Sunt beneficia τὰ ἐφ' ἡμῶν. Mitto, tamquam praetor.

3. *aliis superne imprimit versus*, in ceratis tabellis. *versus σίχους*, series literarum.

VII. Alia quaestiuicula: an ei debeat aliquid, qui nobis invitatus profuerit. Negatur.

Non possum magis. Itaque si huic satisfactum existimas, illo transeamus, *an ei debeatur aliquid, qui nobis invitus profuit.* Hoc apertius potui dicere, nisi propositio deberet esse confusior, ut distinctio statim subsequuta ostenderet utrumque quaeri, an ei deberemus, qui nobis, dum non vult, profuit; et an ei, qui dum nescit. Nam si quis coactus aliquid ² boni fecit, quin nos non obliget, manifestius est, quam ut ulla in hoc verba impendenda sint. Et haec quaestio facile expedietur, et si qua similis huic moveri potest, si toties illo cogitationem nostram converterimus: beneficium nullum est, nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert, deinde amica et benigna. Itaque nec fluminibus gratias agimus, quam-³ vis aut magna navigia patiantur, et ad subvehendas copias largo ac perenni alveo currant, aut piscosa et amoena pinguibus arvis interfluant: nec quisquam Nilo beneficium debere se iudicat, non magis quam odium,

1. Versus sunt Virgilii Aen. V, 162. *Non possum magis.* Respondet Seneca: quam maxime lego littus, altum disputationum vito. Et vides, quam breviter dixerim. L. Obscuritas propositionis latet in adiectivo, *invitus*, quod quum nolum tum ignarum completitur.

2. *cogitatio*, ut consultum spontaneumque, non fortuitum sit. L.

3. *Nilo.* cf. Senecae Nat. Qu. IV. init. Diversum esse Nili auctum in Aegypto superiori, media et inferiori per se patet. Crescens au-

tem inde a Maio usque ad Septembrem ad 27' 4" mensurae gallicae, sive ad 16 cubitos (coudées) in Aegypto superiori optimas spes excitat: minor hoc auctu non omnia rigat, eumque superans nimis sero defluit. Cf. Plin. H. N. V, 9, qui est locus classicus, Iubae, regis Mauretaniae, auctoritate nixus. Ceterum Nilo divinos honores tribuisse Aegyptios, ideoque Niloa (τὸ Νιλῶα) celebrasse, notum est. cf. Jablonsky Panth. Aegypt. P. II. lib. IV. c. 1. ubi doctiss. vir egregie de Nilo egit.

odium, si immodicus superfluxit, tardeque recessit: nec ventus beneficium dat, licet lenis et secundus
 4 aspires, nec utilis et salubris cibus. Nam qui beneficium mihi daturus est, debet non tantum prodesse, sed velle. Ideo nec mutis animalibus quidquam debetur: et quam multos e periculo velocitas equi rapuit? nec arboribus: et quam multos aestu laborantes,
 5 ramorum opacitas texit? Quid autem interest, utrum mihi qui nescit, profuerit, an qui scire non potuit? quum utrique velle defuerit. Quid autem interest, utrum me iubeas navi, aut vehiculo, aut lanceae debere beneficium: an ei qui aequae quam ista propositum benefaciendi nullum habuit, sed profuit casu?

VIII. Beneficium aliquis nesciens accipit, nemo a nesciente. Quomodo multos fortuita sanant, nec ideo remedia sunt, et in flumen alicui cecidisse frigore magno causa sanitatis fuit: quomodo quorundam flagellis quartana discussa est, et metus repentinus animum in aliam curam avertendo suspectas horas sefellit: nec ideo quidquam horum, etiamsi saluti
 2 fuit, salutare est: sic quidam nobis profunt, dum nolunt,

VIII. Continuatio. Ane- finem fecerint. *quomodo*
 mine nisi sciente venit be- *quorundam* — *sefellit*: no-
 neficium. — 1. *Quomodo*
 — *sanant*. cf. supra II, 19, stris quoque medicis (cf. e.
 1. not. *et in fluvium* — *fuit*. c. D. Io. Aug. Unzeri me-
 Huc trahi potest ratio me- dic. *Wochenschrift: der*
 dendi, qua Augustus Antonii Arzt, ed. noviss. To. II. nr.
 Musae opera ex ancipiti 131. Hamburg. 1769) haec
 morbo convaluerat, frigi- dolore quippe maiore mi-
 dis curari coactus. Suet. norem reprimente atque se-
 Aug. 81. coll. 59. Dio Cass. dante etc. *suspectas horas*
 53, 30, qui *ψυχρολουσίαις* et quae cum timore expecta-
ψυχροποσίαις eius sanitatem bantur ne febris accessum
 restituisse narrat, quae ta- referrent.
 men remedia Marcelli vitae

nolunt, immo quia nolunt; non tamen ideo illis beneficium debemus, quod pernicioſa illorum conſilia fortuna deflexit in melius. An exiſtimas me debere ei quidquam, cuius manus, quum me peteret, percuffit hoſtem meum, qui nocuiſſet, niſi erraſſet? a Saepe hoſtis dum aperte peierat, etiam veris teſtibus abrogavit fidem, et reum velut factione circumventum miſerabilem reddidit. Quosdam ipſa quae 3 premebat, potentia eripuit: et iudices quem damnaturi erant cauſa, damnare gratia noluerunt. Non tamen hi reo beneficium dederunt, quamvis profuerint: quia telum quo miſſum ſit, non quo pervenerit, quaeritur, et beneficium ab iniuria diſtinguit non eventus, ſed animus. Adverſarius meus dum contra- 4 ria dicit, et iudicem ſuperbia offendit, et in unum

R 2

teſtem

a. *Saepe hoſtis* etc. Sic omnes codd. mſſ. At Rud. Agricola, monente id Eraſmo, emend. e conſ. *Saepe teſtis*. Mox et iudices quem damnaturi erant cauſa, damnare gratia n. eſt vulgata lectio, confirmata codd. mſſ.: plerique, an etiam codex Naz. nescimus, dant *cauſae* et deinceps *gratiae*, quam ſcripturam et Grut. et Lipſius praeferunt. Gronovius tamen recte vulgatam defendit nam *cauſa vincere, ſuperiorem eſſe, vinci, damnari*, ut *gratia damnari, laborare*, caſu ſexto ſaeppiſſime occurrunt. Alterum, pergit Gron., in quod agnoscunt viri doctiſſimi, qui dixerit, adhuc quaero. Certe tolerari non poteſt, niſi per intellectum τῶν *cauſa* aut *gratia* vel *nomine crimineque*, ut damnari capitis, furti et ſimilia, etc.

2. *Saepe hoſtis* — *reddidit*. Saepe accuſator ipſe hi gratiae et potentiae hoc dediffe viderentur. Exemplum habes in Valer. Max. VIII, 1, 11 ubi C. Cotta a P. Scipione Aemiliano ad praetorem accuſatus ideo abſolutus eſt, ne praecipuae accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiſtimaretur.

3. *Quosdam* — *noluerunt*: qui merito damnandus erat, propterea abſolutus eſt a iudicibus ſuis, ne 4. *et in unum teſtem de me rem demittit*. Sententia:

tia:

testem ^b de me rem demittit, causam meam erexit. Non quaero an pro me erraverit, contra me voluit.

IX. Nempe ut gratus sim, velle debeo idem facere, quod ille, ut beneficium daret, debuit. Numquid est iniquius homine, qui eum odit, a quo in turba calcatus, aut resperfus, aut quo nollet, impulsus est? ^a Atqui quid est aliud, quod illum querelae eximat, quum in re sit iniuria, quam nescisse, ² quid faceret? Eadem res efficit, ne hic beneficium dederit, ne ille iniuriam fecerit. et amicum et inimicum voluntas facit. Quam multos militiae morbus eripuit? quosdam ne ad ruinam domus suae occurrerent, inimicus vadimonio tenuit: ne in piratarum manus pervenirent, quidam naufragio consecuti sunt. Nec his tamen beneficium debemus: quoniam extra sensum officii calus est: nec inimico cuius nos his servavit, dum vexat ac detinet. Non est beneficium, nisi

b. *de me rem.* Sic scripisse nostrum puto ex illa quam dat cod. Naz. scriptura: *et in unum testem demere demittit*, in qua *rem* feci e *re*: i. e. totam rem collocat in uno teste contra me. Scripti reliqui omnes: *in unum testem temere d.* Nonnulli codd. et edd. omisso τϕ̄ in dant *unum testem temere dimittit.* *Testis de me*, i. contra me, quod attinet ad me: *rem*, accusationem suam, actionem. Mox delevi quia post *erraverit*, auctoritate cod. Naz. commendanteque Gruzero. Sic solet Seneca. — a. *Atqui quid est aliud* Pinciani est emendatio, quum omnes codd. darent: *At quidquid est.*

tia: causa temere ab eo credita et collocata in unum testem, quum plures habere potuisset: sed per superbiam noluit et sibi atque uni illi putavit credendum.

IX. In beneficio dando etiam voluntas requiritur non magis quam in gratitudine. — 1. *quam nescisse, quid faceret.* Laudat hic similia Lipsius e Pseudo-Pho-

cyclide vers. 45 sq. et e Livio: mentem peccare, non corpus, et unde consilium abfuerit, culpam abesse.

2. *morbus fonticus*, qui excusat ne ad nomen citati respondeant. L. *quosdam — tenuit*, quidam propter praesentiam suam coram iudice domi esse non poterant, quum corrueret casu aut incendio.

nisi quod a bona voluntate proficiscitur, nisi illud agnoscit, qui dedit. Profuit aliquis mihi dum nescit: nihil illi debeo. profuit quum vellet nocere: imitator ipsum.

X. ^a Ad primum illum revertamur. Ut gratiam referam, aliquid facere me vis; ipse ut beneficium mihi daret, nihil fecit. Ut ad alterum transeamus, vis me huic gratiam referre, ut quod a nolente accepi, volens reddam. Nam quid de tertio loquar, qui ab iniuria in beneficium delapsus est? Ut beneficium tibi debeam, parum est voluisse te dare: ut non debeam, fatis est noluisse. Beneficium enim voluntas nuda non efficit: sed quod beneficium non esset, si optima ac plenissima voluntati fortuna deesset, id aequè beneficium non est, nisi fortunam voluntas antecessit. Non enim profuisse te mihi oportet, ut ob hoc tibi obliger, sed ex destinato profuisse.

XI. Cleanthes exemplo eiusmodi utitur: „Ad quaerendum, inquit, et arcessendum ex academia

R 3

Plato-

a. *Ad primum illum r.* Muretus ex uno cod. Pinciani hanc scripturam commendantis sumit: vulgg. et omnes ceteri codd. mss. habent *Ad p. illud*. Tria enim hominum genera reputantur, quibus nihil debetur, etsi beneficium conferant. Mox §. 2. *non esset* recte habet. nec nuda voluntas sine fortuna, nec nuda fortuna sine voluntate beneficium faciunt. Erasmus tamen negativam particulam tollere maluit.

X. Tria hominum genera est, quum voluntas abest, sunt, quibus non obligamur, nihil debeo. L.

etsi benefecerint. Primi XI. Illustratur ista propositio et demonstratur. — qui nihil a se contulerunt: posito et demonstratur. — alteri qui nolentes iuverunt: 1. *Cleanthes* haud dubie in tertii qui ab iniuria in beneficia delapsi sunt. — 1. libro, cuius Diogenes Laert. VII, 175 meminit, *περὶ χάριτος* inscripto haec protulerat. *Porticum, σοῶν*, Academiae in Ceramico. Haec Academia,

locus

- Platonem, duos pueros mihi. alter totam porticum perscrutatus est, alia quoque loca in quibus illum inveniri posse sperabat, percucurrit, et domum non minus lassus quam irritus rediit: alter apud proximum circulatorum resedit, et dum vagus atque erro vernaculis congregatur et ludit, transeuntem Platonem, quem non quaesierat, invenit. Illum, inquit, laudabimus puerum, qui, quantum in se erat, quod iussus est fecit: hunc feliciter inertem castigabimus.“
- 3 Voluntas est, quae apud nos ponit officium: cuius vide quae conditio sit, ut me debito obstringat. Parum est illi velle, nisi profuit: parum est profuisse, nisi voluit. Puta enim aliquem donare voluisse, nec donasse; animum quidem eius habeo, sed beneficium non habeo: quod consummat et res, et animus.
- 4 Quemadmodum ei qui voluit mihi quidem pecuniam credere, sed non dedit, nihil debeo: ita ei qui voluit mihi beneficium dare, sed non potuit, amicus quidem ero, sed non obligatus. Et volam illi aliquid praestare: nam et ille voluit mihi. ceterum si benigniore

locus amoenus extra Athenas ab Academo antiquissimo heroe attico vocata est: in vicinia praediolum possedit Plato hinc sic appellatum. cf. Barthélemy in Anacharsi II, 7 sive Meursii Ceramicum. Usus autem magnum et multiplicem porticum attigit Dorvill. ad Chariton. VII, 6 p. 587 ed. Lips. Interviebant imprimis deambulationibus et conversationi, uti vel e Theophrasti Characteribus videre est. *irritus* laboris sui: nihil effecit quaerendo.

bes circumeuntem, ut diversas artibus praestigiisque ostendendis circulos hominum oblectaret sibi que panem lucraretur. Sunt nostri Gaukler, les joueurs de gobelets: cauculatores medii aevi, Salmast. ad Scriptt. Hist. Aug. To. I. p. 667. Cf. Epist. 45, 7. not. Beckmanni Geschichte der Erfindungen To. IV. P. I. p. 55 sq. et Barthélemy Anachars. c. 25 fin. *vernaculis* servis in ipsa domo nostra, in urbe, natis, plerumque lepidis atque dicacibus.

2. *circulatorem* i. e. ur-

nigniore fortuna usus praestitero, beneficium dedero, non gratiam retulero. Ille mihi gratiam debet referre: ^a hinc initium fiet: a me numeratur.

XII. Intellego iam quid velis quaerere. non opus est te dicere: vultus tuus loquitur. Si quis sua causa nobis profuit, eine, inquis, debetur aliquid? hoc enim saepe te conquerentem audio, ^a quod quaedam homines sibi praestant, aliis imputant. Dicam, mi Liberalis: sed prius hanc quaestiunculam dividam, et rem aequam ab iniqua separabo. Multum enim ² interest, utrum aliquis beneficium nobis det sua cau-

R 4

sa,

a. *hinc initium fiet: a me numeratur.* Haec est lectio cod. Naz. aliorumque, quam cum Gron., qui tamen *numerabitur* emendat, praefero. Numerare enim interdum de creditore usurpatur, opponiturque τῷ solvere. cf. not. Muretus arripuerat Erasmi coniecturam *numerandi*. Unus pak et antiquitus cusi libri: *Huic — fiet gratia.* — a. *quod quaedam homines sibi praestant, aliis imputant.* Omnes sic habent scripti et edd. praeter alias editiones, quas post *quaedam* invasit *quae*: quamquam Stephanus lib. 2. c. 4. prood. notaverat, Senecam peculiariter suo sibi uti sermone: nam alioqui consuetudinem postulasse, ut diceretur: *quaedam, quae hom., vel quaedam hom. — quae aliis etc.*

4. *hinc initium fiet: a me numeratur.* Numerare, observante Gronov. ad h. l., si beneficium illi dedero, non refero gratiam, sed in eo, facio nomen, non expungo; obligo alium, non me libero.

Hinc Martial. II, 63 numerare solet i. e. ipsa dare et emere noctes, non vendere. H. l. igitur *a me numeratur* est; dabo, non reddam, tribuam beneficium, non referam. Ut ille, a quo fit numeratio, qui pecuniam fert expensam, incipit contractum mutui, initium facit crediti: non dissolvit aut finit: sic ego,

XII. Si quis sua causa nobis profuit, eine debetur aliquid? Negat, si solus sibi quis profuturus etiam alii beneficis fuerit. — 1. *Aliis imputant* sua causa suique commodi gratia faciunt, et alteri quasi beneficium inscribunt. Sibi datum in alterius rationibus ponunt.

sa, an nostra: an sua et nostra. Ille qui totus ad se spectat, et nobis prodest, quia aliter sibi prodesse non potest: eo loco mihi est, quo qui pecori suo hibernum et aestivum pabulum prospicit; eo loco, quo qui captivos suos, ut commodius vaeneant, pascit, et opimos boves saginat ac defricat; quo lanista, qui familiam suam summa cura exercet, atque ornat. Multum, ut ait Cleanthes, a beneficio distat negotiatio.

XIII. Rursus non sum tam iniquus, ut nihil ei debeam, qui quum mihi utilis esset, fuit et sibi. Non enim exigo, ut sine respectu sui mihi consulat: immo etiam opto, ut beneficium mihi datum, vel magis danti profuerit: dummodo id qui dabat, duos intuens
 2 dederit, et inter me seque dividerit. Licet id ipse ex maiore parte possideat, si modo me in consortium admisit, si duos cogitavit: ingratus sum, non solum iniustus, nisi gaudeo hoc illi profuisse, quod proderat mihi. Summae malignitatis est, non vocare beneficium, nisi quod dantem aliquo incommodo affecit.
 3 Aliter illi, qui beneficium dat suâ causâ, respondebo. Usus me, quare potius te mihi profuisse dices, quam me tibi? Puta, inquit, aliter fieri non posse
 me

2. *lanista*, et qui alit sua et alterius causa prod-
 quaestus causa gladiatores esse voluerit.
 suos, et qui ipse in domini 1. *Rursus* altera ex par-
 sui gratiam docet et ornat i. te. *qui quum mihi — sibi*
 e. praeparat gladiatorum gre- qui e. c. famis tempore pa-
 gem, *familiam*. H. l. prio- nem emit sibi mihi que eum-
 ri sensu capiendus est lani- que inter utrumque partitus
 sta. Lipsius laudat Satur- est.
 nal. I, 15 et Fabri II Seme- 2. Pessimi hominis esset,
 str. c. 10. *Multum — nego-* postulare, ut, qui beneficia
tiatio. cf. II, 31, 2. negotia- dederit, semper suo ipsius
 tio h. l. est commercium, damno faciat.
 mercatura. 3. *Usus — tibi*, tu qui

XIII. Affirmat, si quis et me usus es, quidni me tibi
 quam

me magistratum, quam si decem captos cives ex magno captivorum numero redemero: nihil debebis mihi, quum te servitute ac vinculis liberavero? atqui mea id causa faciam. Adversus hoc respondeo. Aliquid istic tua causa facis, aliquid mea. ^a Tua, quod 4 redimis. tibi enim ad utilitatem tuam satis est quoslibet redemisse. itaque debeo, non quod redimis me, sed quod eligis: poteras enim et alterius redemptione idem consequi, quod mea. Utilitatem rei partiris mecum, et me in beneficium recipis, duobus profuturum. Praefers me aliis: hoc totum mea causa facis. Itaque si praetorem te factura esset 5 decem captivorum redemptio, decem autem soli captivi essemus, nemo quidquam tibi deberet ex nobis: quia nihil haberes, quod cuiquam imputares, a tua utilitate seductum. ^b Non sum invidus beneficii interpret, nec desidero illud mihi tantum dari, sed et tibi.

XIV. Quid ergo, inquit, si in sortem nomina vestra conici iussissem, et tuum nomen inter redimen-

R 5

dos

a. *Tua, quod redimis.* Sic optimus cod. Naz., qui omittit post *redimis* cum aliis codd. has voces: *mea, quod eligis*, quae in uno exemplari Pinc., et uno palatino comparent, Gruteroque impenite placebant. Cum Gronovio autem haec tria posteriora verba sciolo alicui librario adscribo, expunxi- que: quippe bene abesse possunt. — b. *Non sum invidus benef.* Sic emendavit locum Gruterus, quum in cod. Naz. invenisset: *non sum vidus*, et in aliis: *non sum vides b.*, in alio: *non sum iudex b.* Antea: *iniquus benef.*

quam te mihi utilem fuisse: XIV. At beneficium mer- magis dices? *Putat.* Ponit cenarium gratiam non me- casum, qui rarissimus esse retur. — 1. *inquit* qui me videtur; similem tamen fin- redemerit. *quod nomen* — gimus, quatenus aliquis, ut *exiit* ex urna, in quam hae popularis fieret, in republi- fortes captivorum coniectae ca civibus sumtu suo in- erant, ita ut decem extra- commodoque utilis eorum herentur, reliquae remane- gratiam conciliaverit: qua- rent. Res iam apud Home- lia Cimonem et multos alios rum occurrit, nec nobis in- fecisse constat. solita est.

dos exisset, nihil deberes mihi? immo deberem, sed exiguum. Quid sit hoc, dicam. Aliquid istic mea causa facis, quod me ad fortunam redemptionis admittis. quod nomen meum exiit, forti debeo: quod exire potuit, tibi. Aditum mihi ad beneficium tuum dedisti, cuius maiorem partem fortunae debeo: sed hoc ipsum tibi, quod fortunae debere potui. Illos ex toto praeteribo, quorum mercenarium beneficium est: quod qui dat, non computat cui, sed quanti daturus sit, quod undique in se conversum est. Vendit mihi aliquis frumentum: vivere non possum, nisi emero; sed non debeo vitam, quia emi. Nec quam necessarium fuerit, aestimo, line quo victurus non fui: ^a sed quam ingratum, quod non habuissem, nisi emissem; in quo invehendo mercator non cogitavit quantum auxilii allaturus esset mihi, sed quantum lucri sibi. Quod emi, non debeo.

XV. Isto modo, inquit, ne medico quidquam debere te, nisi mercedulam, dices: nec praeceptori, quia aliquid numeraveris. atqui omnium horum apud

nos

2. *sed quam ingratum, quod.* Rubenio assentior, qui in codd. a se inspectis hanc eandem lectionem, etiam a Gronovio in duobus codd. repertam, praetulit. Ingratum autem est, pro quo non debemus gratias l. 7, 2. Pincianus coniecit: *quam gratuitum.* Olim publicati et mss. fere omnes: *sed quod ingratum, quod.* Hinc Gronov. facere voluit sed quam non gratuitum, ex *gratuitum* opinans factum esse *gratum* et e ñ i. e. non ortum esse *ingratum.* Fieri sic potuisse, concedo, factum esse quis praestet?

2. *mercenarium,* quae demereri student. — 1. *stium spectans. conversum: praeceptori.* cf. III, 3, 3 not. solummodo se spectat, ad magna in caritate et reverentia apud nos parentes sunt liberorum nostrorum praeceptores, quippe qui

XV. Medico tamen et animam liberorum curant. praeceptori gratiam debemus, inprimis si amici nos fatur.

nos magna caritas, magna reverentia est. Adversus hoc respondetur, quaedam pluris esse, quam emuntur. Emis a medico rem inaeestimabilem, vitam ac valetudinem bonam: a bonarum artium praeceptore studia liberalia, et animi cultum. Itaque his non rei ² pretium, sed operae solvitur, quod deserviunt, quod a rebus suis avocati nobis vacant. mercedem non meriti, sed occupationis suae ferunt. Aliud tamen dici potest verius, quod statim ponam, si prius quomodo istud refelli possit, ostendero. Quaedam, inquit, pluris sunt quam vaenierunt, et ob hoc aliquid mihi extra pro illis, quamvis emta sint, debes. Primum, ³ quid interest quanti sint, quum de pretio inter ementem et vendentem convenerit? Deinde non emi illud suo pretio, sed tuo. Pluris est, inquit, quam vaenit. Sed pluris vaenire non potuit: pretium autem cuiusque rei pro tempore est. Quum bene ista laudaveris, tanti sunt, quanto pluris vaenire non possunt. praeterea nihil venditori debet, qui bene emit. Deinde ⁴ etiam si pluris ista sunt, non tamen ullum istic tuum munus est, ut non ex usu effectuve, sed ex consuetudine et annona aestimetur. Quod tu pretium ponis

2. *Aliud tamen.* Distinguit, priusquam ad respon- aut cupiditas hominum, copia aut inopia mercium. sionem obiectionis accedat, *Quum --- laudaveris:* quamvis ista laudaveris, quasi pluris sint, quam venierint, tamen etc.

3. *tuo.* quanti tu aestimasti. *pretium autem cuiusque — est.* Itaque non semper labor in rem mercemve impensus pretium constituit, sed saepe circumstantiae, ut cum Quintiliano hac voce utar, sive tempora, iudicia

4. *usu effectuve* etc. non quantus sit usus, qui tibi inde manat, sed e pretio aestimari debet. *siringi,* contrahi, *συζέλλεσθαι ἰσία. armamenta, τὰ ἄρματα καὶ τὰ σκεύη* apud Polyb. 22, 26, 13 quae Liv. 38, 38 armamenta vertit, i. mali, remi, anten-

nis traicienti maria, et per medios fluctus, a quum e
 terrae conspectu recessit, certam secanti viam, et
 prospicienti futuras tempestates, et, securis omni-
 bus, iubenti subito vela stringi, armamenta demitti,
 paratos ad incursum procellae, et repentinum impe-
 tum stare? huic tamen tantae rei praemium vectura
 5 perfolvit. Quanti aestimas in solitudine hospitium,
 in imbre tectum, in frigore balneum, aut ignem?
 Scio tamen quanti ista consecuturus diverforium sub-
 eam. Quantum nobis praestat, qui labentem domum
 suscipit? et agentem ex imo rimas insulam incredibili
 arte suspendit? certo tamen et levi pretio fultura
 6 conducitur. Murus nos ab hostibus tutos, et a sub-
 itis latronum incursionibus praestat: notum est ta-
 men, illas turres, pro securitate publica propu-
 gnacula habituras, excitaturus faber quid in diem
 mereat.

XVI. Infinitum erit, si latius exempla conquirem,
 quibus appareat, parvo magna constare. Quid ergo?
 quare et medico et praeceptori plus quiddam debeo,
 nec adversus illos mercede defungor? Quia ex me-
 dico ac praeceptore in amicum transeunt, et nos non
 arte quam vendunt, obligant, sed benigna et fami-
 2 liari voluntate. Itaque medico, si nihil amplius
 quam

a. *quum e terrae conspectu r.* Omnium est codd. et edd. bo-
 na lectio. Ingeniose tamen emendat Pincianus: *quum ae-*
ther e consp. r., quam, nisi codex Naz. vulgatae favens ob-
 staret, pro vera haberem scriptura.

antennae. *demitti*, ὑψίστην restaurata et firmata. *Insu-*
σθαι, non in mare, sed in la, συνομία, latum aedifi-
 navem, malum e. c. in cium plures habitationes ten-
 ἰσοδόκηον, receptaculum. nuorum et inquilinorum

5. *Quantum — suscipit* complectens et ab omni parte
tignis et fulturis. et agentem liberum. Cf. Ernesti Cl.
— suspendit; suspendi vult Cic.
 superiora domus, donec ima XVI. Continuatio usque
 ad

quam manum tangit, et me inter eos, quos perambulabat, ponit, sine ullo affectu facienda vitandave praecipiens, nihil amplius debeo: quia me non tanquam amicum vidit, ^a sed tanquam imperatorem. Ne praeceptorem quidem habeo cur venerer, si me in grege discipulorum habuit, si non putavit dignum propria et peculiari cura, si nunquam in me direxit animum: et quum in medium effunderet, quae sciebat, non didici, sed excepi. Quid ergo est, quare istis ³ debeamus multum? non quia pluris est quod venderunt quam emimus, sed quia nobis ipsis aliquid praestiterunt. ^b Ille magis pependit, quam medico necesse

a. *sed tanquam imperatorem.* Omnium et eorum optimorum codd. mss. et edd. lectio est, quae non mutari debet. Multas tamen multorum vir. doct. emendationes, quas apud Gruteum ad h. l. et Dan. Vinck in Amoenit. phil. medic. p. 442 collectas videre licet, quibusque addas duas coniecturas Trilleri in Eiusd. Obsl. crit. I, 4 p. 7. sq. prolatas, annotare superfedeo, unice contentus Lipsii interpretatione, qua locus indiget, et nulla emendatione. -- b. *Ille magis pependit.* Sic omnes codd., non, *ille plus impendit.* Receptit Gronovius,

ad cap. XXI. — 2. *Sed imperatorem et alios prout tanquam imperatorem.* Nam cives, quibus cliens sit. Sed et aegri dicebantur imperare medicis, (qui tunc non dignissimae sortis) quos advocabant scilicet, et, puto, annua mercede obstrictos habebant. Alfenus lege 26 de libertate ait: medicus quod putaret multo plures imperantes sibi habiturum. Salmalius ad Scriptt. H. A. To. I. p. 30 hac Lipsii explicatione reiecta et nulla dissensus causa allata, exponit: medicum a nostro comparari illi salutatori, qui matutino officio fungatur in

Lipsio quominus assentiamus; nihil impedit. Sensus est: Si me tanquam amicum suum viderit, ipsi amplius debeo, quam mercedulam, *σώσπον*, quam a me accipiet; at nihil amplius, si me nonnisi tanquam dominum suum consideret.

3. *sed quia nobis ipsis aliquid praestiterunt:* praeter illud, quod omnibus commune factum est, nos peculiari cura sua dignos habuerunt, et nobis dedere praeter id quod ab ipsis poscebatur.

neceſſe eſt: pro me, non pro fama artis, extimuit: non fuit contentus remedia monſtrare, ſed admovit. Inter ſolicitos aſſedit, ad ſuſpecta tempora occurrit: nullum minifterium oneri illi, nullum faſtidio fuit.

4 Gemitus meos non ſecurus audivit: in turba multorum invocantium ego illi potiffima ^c curatio fui. tantum aliis vacavit, quantum mea valetudo permiſerat. Huic ego non tanquam medico, ſed tanquam amico, obligatus ſum. Alter rurfus docendo et labore et taedium tulit, praeter illa quae a praecipientibus in commune dicuntur, aliqua inſtillavit ac tradidit, hortando bonam indolem erexit, et modo laudibus fecit animum, modo admonitionibus di-

5 culſit deſidiam. Tum ingenium latens et pigrum, iniecta, ut ita dicam, manu, extraxit: nec quae ſciebat, maligne diſpenſavit, quo diutius eſſet neceſſarius, ſed cupiit, ſi poſſet, univerſa transfundere. Ingratus ſum, niſi illum inter gratiffimas neceſſitudines diligo.

XVII.

c. curatio. Sic omnes mſſ. et edd., et recte quidem. Burmannus tamen ad Propert. I. 3, 46 p. 44. cura praetulit, quia cura proprium medicis eſt. Itaque curatio putat e gloſſa veniſſe. Perperam. Nam curationem adhibere morbis non raro occurrit, e. c. Cic. de Off. I, 24. Mox: alter rurfus docendo et l. etc. Gronov. ſequitur codicem Naz. et Rottendorf., qui τὸ in ante docendo expellunt.

batur. Ille magis pependit tione dignus habitus ſum. animi, incertus deliberavit, Abstractis autem ſaepe pro animum ſolicitum et anxium in curando diutius notum eſt. Sic gratia etc. ostendit. Sed admovit manu ſua, non ſolum praeceptum. Suspecta tempora, quum crisiſ, acceſſio eſſet. cf. c. 8, 1.

4. potiffima curatio fui: maligne parce. neceſſitudinum eiſus cura, curantibus amicos.

5. iniecta — manu, i. e. omni opera et vi adhibita.

XVII. Sordidissimorum quoque artificiorum institutoribus supra constitutum aliquid adiecimus, si nobis opera illorum enixior visa est: et gubernatori, et opifici vilissimae mercis, et in diem se locanti corollarium aspersimus. In optimis vero artibus quae vitam aut conservant, aut excolunt, qui nihil se plus existimat debere quam pepigit, ingratus est. Adice, quod talium studiorum traditio miscet amicos. hoc quum factum est, tam medico quam praeceptori pretium operae solvitur, animi debetur.

XVIII. Plato quum flumen nave transisset, nec ab illo quidquam portitor exegisset, honori hoc suo datum credens, dixit positum illi esse apud Platonem officium. Deinde paulo post, quum alium atque alium gratis eadem transveheret sedulitate, negavit illi iam apud Platonem positum officium. Nam ut tibi debeam aliquid, pro eo quod praestas, debes
non

XVII. *Institutoribus*, qui merces vendunt emuntque: tabernis praepositi, ἐργασηριάρχαι. Noster hoc ipso lib. c. 38 institores delicatarum mercium. cf. Ep. 52, 14. *Sordida artificia*: fervorum, libertinorum etc. esse solebant: pertinent huc omnes mercenarii, opifices, caupones, unguentarii, fellularii, βάνανσοι, quique ad regulas constitutas, nulla aut exigua animi et ingenii libertate atque inventione utentes opificia perficerent. Cf. Cic. de Off. I, 42 qui est locus class. hac de re. *adiicimus nos* domini s. magistri (ut apud Horat. Carm. III, 6, 30), qui tabernae praeposuimus: dedimus aliquid

supra mercedem, quam pacti eramus. Nam ad emptores non commode hoc referas, nec ex more. L. *corollarium*, auctarium, ἐπίμετρον. Explicat Varro de L. L. IV, 36. coll. Phaedr. V, 7, 34. *miscet* inter se iungit, amicitiam conciliat.

XVIII. 1. *Plato* non, ut magister eius Socrates, maximam vitae partem Athenis vixit, sed itinera v. c. in Siciliam et Magnam Graeciam fecit. Vnde noster haec hauserit, dicere non habeo. Fortasse e Stoicis, quos sequitur, v. c. e libro Cleanthis, quem supra c. XI etiam Platonem exempli causa laudasse vidimus, mutuum esse credere licet.

non tantum mihi praestare, sed tanquam mihi. non potes ob id quemquam appellare, quod spargis in populum. Quid ergo? nihil tibi debetur pro hoc? tanquam ab uno, nihil. cum omnibus solvam, quod tibi cum omnibus debeo.

XIX. Negas, inquit, ullum dare beneficium eum, qui me gratuita nave per flumen Padum tulit? nego. Aliquid boni facit, beneficium non dat. facit enim sua causa, aut utique non mea. Ad summam, ne ipse quidem se mihi beneficium iudicat dare: sed aut reipublicae aut vicinia, aut ambitioni suae praestat, et pro hoc aliud quoddam commodum exspectat, 2 quam quod a singulis recepturus est. Quid ergo, inquit, si Princeps civitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatem Hispanis, nihil hoc nomine singuli debebunt? Quidni debeant? debebunt autem non tanquam proprium beneficium, sed tanquam publici partem. Nullam, inquit, habuit cogitationem mei. Illo tempore, quo universis proderat, noluit mihi proprie civitatem dare: nec in me direxit animum. 3 Ita quare ei debeam qui me sibi non substituit, quum facturus esset quod fecit? Primum, quum cogitavit Gallis omnibus prodesse, et mihi cogitavit prodesse. eram enim Gallus: et me, etiam si non mea, publica tamen nota comprehendit. ^a Deinde ego quoque

illi

a. Deinde ego quoque illi non tanquam proprium debebo, sed communè: unus e populo, non tanquam pro me solvam, sed tanquam pro patria conferam. Haec est vulgata: Sed cod. Naz. praestat: sed tanquam commune munus e populo. Vulgata tamen bene habet.

2. appellare tanquam debitorum. quod spargis in populum, ut in ludis fieri solebat.

XIX. 2. omnibus Gallis alludat ad ipsum eius aevi factum. Nam Claudius Galliae co-

matae plenam civitatem, id est cum iure suffragii dedit. Tacit. Ann. XI, 23. L. immunitatem a tributis.

3. Ita — substituit. me non habuit animi consilique sui scopum. Non

pro-

illi non tanquam proprium debebo, sed commune: unus e populo, non tanquam pro me solvam, sed tanquam pro patria conferam.

XX. Si quis patriae meae pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc aes alienum profitebor aut candidatus, aut reus: ad exsolvendum tamen hoc portionem meam dabo. Sic illius muneris quod universis datur, debitorem me nego: quia mihi dedit quidem, sed non propter me: et mihi quidem, sed nesciens an mihi daret: nihilominus aliquid mihi dependendum sciam, quia ad me quoque circuitu longo pervenit. Propter me factum debet esse, quod me obliget. Isto, inquit, modo, nec Lunae nec Soli quidquam debes: non enim propter te moventur. Sed quum in hoc moveantur, ut universa conferrent, et pro me moventur: universorum enim pars sum. Adhuc nunc, quod nostra et horum conditio dissimilis est. Nam qui mihi prodest, ut per me proficit et sibi, non dedit beneficium: quia me instrumentum utilitatis suae fecit. Sol autem et Luna etiam si nobis profunt sua causa, non in hoc tamen profunt, ut per nos proficiant sibi. quid enim nos illis conferre possumus?

XXI.

proposuit aut supposuit in mente talem. *L. nota*, gentis res agebatur, idem fecisse nomine. *Deinde* proinde. *conferam* gratiae meae partem.

1. *nec hoc aes alienum — reus.* Colligere ex h. l. licet, *candidatos* honorum aes suum et alienum professos esse, ut liqueret, censum senatorium eos habere, qui ad magistratus et publicum illum splendorem quaerebatur: *reos* autem crimi-

Vol. IV.

num, in quibus pecuniaria res agebatur, idem fecisse apparet, ut aere alieno deducto, litis aestimatio solvi posset. Vnicus hic est locus et singularis, quem, quantum memini, nullus auctorum classicorum tetigit.

2. *universorum enim pars sum*: quatenus humani animi decerpti sunt ex mente divina. Arrian. *Diff. I*, 14. cf. Lipsii *Physiol. Stoic.* III, 8.

S

XXI. Sciam, inquit, Solem ac Lunam nobis velle prodesse, si nolle potuerint: illis autem non licet non moveri. ad summam, consistant, et opus suum intermittant! Hoc vide quot modis refellatur. Non ideo minus vult, qui non potest nolle: immo maximum argumentum est firmæ voluntatis, ne mutari
 2 quidem posse. Vir bonus non potest non facere, quod facit: non enim erit bonus, nisi fecerit. ergo nec bonus vir beneficium dat, quia facit quod debet: non potest autem non facere, quod debet. Praeterea multum interest, utrum dicas, Non potest hoc non facere, quia cogitur: an, Non potest nolle. Nam si
 3 necesse est illi facere, non debeo ipsi beneficium, sed cogenti. Si necesse est illi velle ob hoc, quia nihil habet melius quod velit, ipse se cogit. Ita quod tanquam coacto non deberem, tanquam cogenti debeo. Desinant, inquit, velle! ^a Hoc loco tibi illud occur-
 rat. Quis tam demens est, ut eam neget voluntatem esse,

a. *Hoc loco tibi illud occ.* Sic cod. Naz., quum alias τὸ *illud* omissum sit.

XXI. Solne et Luna etc. riam caussarum creaverint, gratiam merent? Affirmatur. — 1. *Sciam — intermittant.* Quum Sol et Luna pro Diis a Stoicis habitum non libera voluntate utantur in conando prodesse nobis, sed non possint non facere quod faciunt; sequitur nos iis nihil debere: ad summum ac verbo, in argumentum, eos liberos esse, consistant etc. Hanc objectionem refellit. Optimum semper volunt, nec aliter tanquam Dii possunt. Quum enim Dii, aiunt Stoici, factum necessitatemque s. se-

riem caussarum creaverint, nihil mutare possunt, optime quippe omnibus constitutis et dispensatis. Alioquin non Dii essent. Cf. Lipsii Physiol. Stoic. I, 12.

2. *Vir bonus* s. sapiens. Exemplum hoc magnam argumenti vim habet. Si enim desinat velle bonum, desinet quoque vir bonus esse: quod etiam in deos ipsos cadat necesse est: itaque neque mutari neque consistere et opus suum intermittere possunt, optimum quippe semper sequentes.

esse, cui non est periculum desinendi, vertendique se in contrarium: quum ex diverso nemo aequè vide-
ri debeat velle, quam cuius voluntas usque eo certa
est, ut aeterna sit? An si is quoque vult, qui potest
statim nolle, is non videbitur velle, in cuius naturam
non cadit nolle?

XXII. Agedum, inquit, si possunt, resistent! Hoc
dicis, Omnia ista ingentibus intervallis diducta, et
in custodiam univèrsi disposita, stationes suas dese-
rant, subita confusione rerum sidera sideribus incur-
rant, et rupta rerum concordia in ruinam divina la-
bantur, contextusque velocitatis citatissimae, in tot
secula promissas vices, in medio itinere destituat, et
quae nunc eunt alternis redeuntque opportunis libra-
mentis, mundum ex aequo temperantia, repentino
concrementur incendio, et ex tanta varietate solvan-
tur, atque eant in unum omnia! Ignis cuncta possi-
deat, quem deinde pigra nox occupet, et profunda

S 2

vorago

XXII. Quenam arrogan- omnia, deos quoque et ani-
tia et dementia est, poscere, mos, concidere aliquando
ut omnia corruant et incen- opinati sunt, neque quem-
dio pereant ob hoc unum, quam Deorum restare, nisi
ut obiectio tua refutetur? illam naturam creatricem,
Sidera ingentibus spatiis et Iovem: quamquam quae Cic.
distantiis a se invicem esse N. D. I, 14 sq. attulit, do-
remota, univèrsum conti- cent, nobis non liquido
nere, totiusque ordinem de hac re iudicare licere.
conservare etc. dogma stoi- Hinc Plutarchi illud in li-
cum fuit. *in tot saecula pro-* bro, Adversus Stoicos Vol.
missas vices: nec enim im- XIV. p. 48. ed. Hutt.: Chry-
mortalitatem mundo tribu- sippus et Cleanthes coelum,
isse Stoicos constat. *libra-* terram, aërem, mare diis im-
mentis aequali pondere at- pleverunt, et neminem tam-
que motu. *repentino — in-* men ex tam multis immor-
condio. Est haec Stoico- talem reliquerunt, excepto
rum ἐκπύρωσις. Quum enim uno Iove. Imo ceteros om-
principium, s. natura creans nes natos esse et interituros
et regens omnia esset iis ex ignis vi. Cf. Lipsii Phy-
ignis sive natura ignea, ea siol. Stoic. II, 22.

vorago tot deos forbeat! ^a Est tanti, ut tu coarguaris, ista concidere? Profunt tibi etiam invito, euntque ista tua causa: etiam si maior illis alia, ac prior causa est.

XXIII. Adiice nunc, quod non externa cogunt deos, sed sua illis in legem aeterna voluntas est: statuerunt, quae non mutarent. Itaque non possunt videri facturi aliquid, quamvis nolint: quia quidquid definire non possunt, perseverare voluerunt: nec unquam primi consilii deos poenitet. Sine dubio ^a stare illis et desciscere in contrarium, non licet: sed non ob aliud, quam quia vis sua illos in proposito tenet; nec imbecillitate permanent, sed quia non libet ab optimis aberrare, et sic ire decretum est. In prima autem illa constitutione, quum universa disponent, etiam nostra viderunt, rationemque hominis habuerunt. Itaque non possunt videri sua tantum causa decurrere, et explicare opus suum, quia pars operis sumus et nos. Debemus ergo et Soli, et Lunae, et ceteris coelestibus beneficium, quia, etiam si potiora

a. *Est tanti, ut tu coarguaris, ista concidere? Profunt tibi etiam invito* est e Gruteri emendatione, codicum, inprimis cod. Naz. ope adiuta, et Lipsii Gronoviique assensu firmata. Erasmus: *Sit tanti* —. *Ista tibi concedere possunt etiam invito euntque* etc. — a. *stare illis et d.* Codd. et ant. edd. inserunt recte *stare* — et. Reposuit Grut. cum Lipsio. Sensus quoque postulat. Sidera quiescere non possunt, etsi tu voves: neque item in contrarium aut diversum exorbitare. Mox *nec imbecillitate* praebet cod. Naz. et unus palat.: alii, in f. *ex imbecill.*

1. *Sed sua* — est. Numquam iis voluntas est, a lege discendendi. *mutarent* — vis sua constantia et firmitas illis propria. Cf. Natur. Quaest. I. princ. enim a Iove omnia initium cepisse. Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐν πάντα τέτυνται. Plutarch. Vol. XIV. p. 46. Hutt. *potiora* munera. cf. de Ira II, 27. Et est

2. *In prima autem illa constitutione*, aeterna, quae esse factum deorum homi- love auctore fiebat. Dicunt numque causa.

potiora illis sunt, in quae oriuntur, nos tamen in maiora ituri iuvant. Adice, quod ex destinato iu-³ vant. ideoque obligati sumus, qui non in beneficium ignorantium incidimus, sed haec quae accipimus, accepturos scierunt: et quanquam maius illis propositum sit, maiorque actus sui fructus, quam servare mortalia: tamen in nostras quoque utilitates a principio rerum praemissa mens est, et is ordo mundo datus, ut appareat curam nostri non inter ultima habitam. Debemus parentibus nostris pietatem. et⁴ multi non ut gignerent, coierunt. Dii non possunt videri nescisse, quid effecturi essent, quum omnibus alimenta protinus, ^b et auxilia providerunt: nec eos per negligentiam genuere, quibus tam multa generabant. Cogitavit enim nos ante natura, quam fecit: nec tam leve opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Vide quantum nobis permiserit, quam non intra ho-

S 3

mines

b. *et auxilia* est ex cod. Naz. et Colon. ap. Grut., quum alii codd. et edd. haberent, *et alia utilia*, s. *et alia prov.* s. *ex alia prov.*: facile autem intelligere est, *utilia* esse scholii loco positum et mox in textum invectum.

3. Haec et sequentia tam fuerint, qui de fato, de Deo praeclara sunt, ut non mirandum sit, quod Christiani etc. scripserint, Plutarchus antiquiores fere omnes, et aliique, et instar omnium Fabricius in Bibl. Graec. To. III. Harles. in Catalogo Stoicor. docuerunt.

4. *Cogitavit — excidere* sc. mente, animo. Cura nostri eos numquam latuit: carior est diis homo quam sibi (Iuvenal. X, 347.). Non sumus tam levis res, ut extra curam cogitationemque posuerint. cf. IV, 3. et 8. 11. 29. Ex his ipsis Stoeae rivulis hortos suos irrigasse videtur Cicero de Legg. I, 7 sq. aliisque locis.

5 mines humani imperii conditio sit! vide in quantum corporibus vagari liceat, quae non coërcuit sine terrarum, sed omnem in partem sui misit! vide, animi quantum audeant, quemadmodum soli aut noverint deos, aut quaerant, et mente in altum datâ divina comitentur! Scias, non esse hominem tumultuarium et incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum, natura nihil habet quo magis gloriatur, aut certe cui 6 gloriatur. Quantus iste furor est, controversiam diis muneris sui facere? Quomodo adversus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine impendio non potest: c qui negat ab his accepisse se, a quibus quum maxime accipit; qui et semper daturi sunt, et nunquam recepturi? Quanta autem perversitas, ob hoc alicui non debere, quia etiam infitianti benignus est, et continuationem ipsam, seriemque beneficiorum, 7 argumentum vocare necessario dantis? Nolo! sibi habeat! quis illum rogat? et omnes alias impudentis
animi

c. qui negat ab his accepisse se, a quibus quum maxime accipit. Lipsium, qui aiebat: possit et legi: cum maxima accepit, et semper recte Gron. repulit. Possit, ait, si postulemus, Senecam σολοικίσειν.

5. vide in quantum — misit. Sive, interpretatur Lipsius, quia maria sulcamus, in aërem vehiculis aut funibus tollimur; sive, quia oculos etiam mittimus in ipsum coelum; sive denique, quia nulli glebae affixis quaqua- versus licet ire. sine terrarum est terrarum tenus, Bentl. ad Horat. Carm. II, 18, 30. et mente in altum data i. ad coelum directa: sic Plin. H. N. XI, 20 apes in altum datae, ait. divina, siderum cursum. cf. II, 29. III, 20. Scias — opus, quae erat Epicuri sententia, a fortuito atomorum concursu nos esse formatos. aut certe cui gloriatur in cuius honorem gl.
6. Quantus iste furor — facere? In dubium vocare Dei beneficia, et sintne vere talia atque a voluntate, inquirere. Fuisse in Stoicis, qui hanc controversiam fecerint, manifestum est; sed nobis nonnisi ex hoc libro innotuit. sine impendio nempè adversus homines, quibus reddi gratia sine re non potest. L.

animi voces his adstrue. Non ideo de te minus meretur is, cuius liberalitas ad te, etiam dum negas, pervenit: cuiusque beneficiorum vel hoc maximum, quod etiam querenti daturus est.

XXIV. Non vides, quemadmodum teneram liberorum infantiam parentes ad salubrium rerum patientiam cogant? Flentium corpora, ac repugnantium, diligenti cura fovent: et ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt: et mox liberalia studia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad ultimum, audacem iuventam² frugalitati, pudori, moribus bonis, si parum sequitur, coactam applicant. Adolescentibus quoque, ac iam potentibus sui, si remedia metu aut intemperantia reiiciunt, vis adhibetur ac servitus. Itaque beneficiorum maxima sunt, quae a parentibus accipimus, dum aut nescimus, aut nolumus.

XXV. His ingratis, et repudiantibus beneficia, non quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt ex diverso nimis grati, qui aliquid incommodi precari solent his quibus obligati sunt, aliquid adversi, in quo affectum memorem accepti beneficii approbent. An hoc recte faciant, et pia voluntate, quaeritur:

§ 4 quorum

XXIV. Dii nobis beneficia dant inftar parentum nostrorum. — 1. *In rectum exitura constringunt* fasces et cunis, ut in rectum exeant, crescant. *liberalia studia*, grammaticam, musicen, graphicen etc.: opponuntur ea sordidis artificiiis.

2. *iuventam*, aetatem quae infantiam sequitur. Hic usus interdum ap. auctores occurrit, nam alias iuven-
tas plerumque adolescentiam sequi solet. *potentibus sui* de togae virilis datione cogitat Lipsius.
XXV. His ingratis similes sunt, qui mala amicis optant, ut inde sibi opportunitates nascantur gratum animum ostendendi. — 1. *quaeritur*: haud dubie ab auctoribus Stoeae, quos sequitur. *pravo amore flagrantibus, qui* etc. sc. si ea frui non possint ut nobiliore etc.

quorum animus simillimus est pravo amore flagrantibus, qui amicae suae optant exilium, ut desertam fugientemque comitentur: optant inopiam, ut magis desideranti donent: optant morbum, ut affideant: et
 2 quidquid inimicus optaret, amantes vovent. Fere idem itaque exitus est odii, et amoris insani. Tale quiddam et his accidit, qui amicis incommoda optant, quae detrahant, et ad beneficium iniuria veniunt: quum satius sit vel cessare, quam per scelus officio locum quaerere. Quid si gubernator a diis tempestates infestissimas, et procellas petat, ut gratior
 3 ars sua periculo fiat? quid si imperator deos oret, ut magna vis hostium circumfusa castris, fossas subito impetu compleat, et vallum trepidante exercitu convellat, et in ipsis portis infesta signa constituat, quo maiore cum gloria rebus lapsis profligatisque succurrat? Omnes isti beneficia sua detestabili via ducunt, qui deos contra eum advocant, cui ipsi affuturi sunt, et ante illos sterni, quam erigi volunt. Inhumana ista perverse grati animi natura est, contra eum optare, cui honeste deesse non possis.

XXVI. Non nocet illi votum meum, inquit, quia simul opto et periculum, et remedium. Hoc dicis, nonnihil te peccare, sed minus quam si sine remedio periculum optares. Nequitia est, ut extrahas, mergere; evertere, ut fuscites; ut emittas, includere. Non est beneficium, iniuriae finis: nec unquam id detraxisse meritum est, quod ipse, qui detraxit,
 2 intulerat. Non vulneres me malo, quam sanes. potes inire gratiam, si, quia vulneratus sum, sanas:
 non,

3. *Convellat.* Nam stipitibus interpositis fiebat: unde haec phrasis. cf. Lipsius de Mil. rom. V, dial. 1. *portis* sc. castrorum, quae quatuor erant. L.

1. *extrahas* e mari naufragium passum. *ut emittas* e carcere captivum. *iniuriae finis* incommodis malisque, quibus aliquem afferis, finem imposuisse.

non, si vulneras, ut sanandus sim. Nunquam cicatrix, nisi collata vulneri placuit: quod ita coisse gaudemus, ut non fuisse malle. Si hoc ei optares, cuius nullum beneficium haberes, inhumanum erat votum: quanto inhumanius ei optas, cui beneficium debes?

XXVII. Simul, inquit, ut possim ferre illi opem, precor. Primum, ut te in media parte voti tui occupem, iam ingratus es. nondum audio quid illi velis praestare: scio quid illum velis pati. Sollicitudinem illi et metum, et maius aliquod imprecaris malum. optas, ut ope indigeat: hoc contra illum est. optas ut tua indigeat ope: hoc pro te est. non succurrere vis illi, sed solvere. Qui sic properat, 2 ipse solvi vult, non solvere. Ita quod unum in voto tuo honestum videri poterat, ipsum turpe et ingratum est, nolle debere. optas enim, non ut tu facultatem habeas referendae gratiae, sed ut ille necessitatem implorandae. Superiorem te facis, et quod nefas est, bene meritum ad pedes tuos mittis. quanto satius est, honesta voluntate debere, quam per malam rationem solvere? Si infitiareris quod acceperas, 3 minus peccares: nihil enim nisi quod dederat, amitteret. nunc vis illum subiici tibi iacturâ rerum suarum, et status mutatione in id devocari, ut infra beneficia sua iaceat. Gratum te putabo? coram eo,

S 5

cui

2. *Nunquam cicatrix* — L. *ad pedes tuos* tamquam placuit. Id est, per se non supplicem, qui ad genua placet, sed comparatione tua prolabatur, ut ipsi opem placet. Malo quam vulnus. L.

3. *ut infra beneficia sua* — L. *ut infra beneficia sua* iaceat, ut nunc conditionem habeat, quae istis beneficiis ne emendari quidem liberari statim vult, nec tam possit, quae ipse antea dedegratus esse quam expeditus. rat. *Iacere, νεῖσθαι* de pessima

fima

cui prodesse vis, opta. Votum tu istud vocas, quod inter gratum et inimicum potest dividi? quod non dubites adversarium et hostem fecisse, si extrema taceantur? Hostes quoque optaverunt capere quasdam urbes, ut servarent: et vincere quosdam, ut ignoscere. nec ideo non hostilia vota: in quibus, quod mitissimum est, post crudelitatem venit. Denique qualia esse iudicas vota, quae nemo tibi minus volet, quam is pro quo fiunt, succedere? pessime cum eo agis, cui vis a diis noceri, a te succurri: inique cum ipsis diis. Illis enim durissimas partes imponis, tibi humanas. ut tu prosis, dii nocebunt? Si accusatorem submitteres, quem deinde removeres, si aliqua illum lite implicares, quam subinde discuteres, nemo de tuo scelere dubitaret. quid interest, utrum istud fraude tentetur, an voto? nisi quod potentiores illi adversarios quaeris. Non est quod dicas: Quam enim illi iniuriam facio? Votum tuum aut supervacuum est, aut iniuriosum: immo iniuriosum, etiam si irritum. Quidquid non efficis, Dei munus est: iniuria vero, quidquid optas. Sat est: tibi non aliter debemus irasci, quam si feceris.

XXVIII. Si vota, inquit, valuissent, et in hoc valuissent, ut tutus esses. Primum, certum mihi optas periculum sub incerto auxilio. deinde utrumque certum

suma conditione usurpatur, deminutum esse. cf. Ernesti Iulii Caesaris historia exempl. Cic. h. v. Lipsius tamen plorum copiam praebet, quae de hominibus et iis quidem haec illustrantur.

quibus bene fecit accipere malit. At de his in antegressis: bene meritum ad pedes tuos mittis, iam sermo fuit. quod non dubites — fecisse te in bene meritum. si extrema taceantur, e. c. auxilium, quod ei ferre gestis.

4. Hostes — ignoscerent. Iulii Caesaris historia exemplorum copiam praebet, quae haec illustrantur.

5. cui vis — noceri, quatenus a Diis precaris, ut bene merito mala iniungantur. submitteres, subornares, clam instrueres. removeres, refutares.

certum puta; quod nocet, prius est. Praeterea, tu conditionem voti tui nosti: me tempestas occupavit, portus ac praesidii dubium. Quantum existimas tormentum, etiamsi accepero, eguisse? etiamsi servatus fuero, trepidasse? etiamsi absolutus fuero, causam dixisse? Nullius metus tam gratus est finis, ut non gratior sit solida et inconcussa securitas. Opta, ut reddere mihi beneficium possis, quum opus erit, non ut opus sit. Si esset in tua potestate quod optas, ipse fecisses.

XXIX. Quanto hoc honestius votum est? Opto in eo statu sit, quo semper beneficia distribuat, nunquam desideret. Sequatur illum materia, qua tam benigne utatur largiendo iuvandoque, ut nunquam illi sit dandorum beneficiorum inopia, datorum poenitentia. Naturam per se pronam ad humanitatem, ad misericordiam, et clementiam, irritet ac provocet turba gratorum: quos illi et habere contingat, nec experiri necesse sit. Ipse nulli implacabilis sit, ipsi nemo

1. *Praeterea — dubium.* i. divitiae et voluntas cum Tibi voti conditio et exitus noti erant, mihi non item: dubium, incertum erat, portumne ac praesidium s. opem consequeretur. *accepero* sc. auxilium portus praesidii-que.

2. *non ut opus sit*, mihi illud reddere: fecisses ut opus esset, ipse in illud discrimen me adduxisses, me laevis, deiecisisses, ut scilicet auxilium mihi ferre meque beneficio tuo afficere posses.

XXIX. Honestius votum est, ut amicus in optimo statu maneat.

1. Sequitur illum *materia*

i. divitiae et voluntas cum copia bene de aliis merendi: ei facillime adsint. Sic V, 12, 6: felicissimis itaque opulentissimisque plurimum aestus subest, minusque se inveniunt, quo in maiorem materiam inciderunt, qua fluctuarentur.

2. *Naturam* eius. Semper liceat ipsi esse tam felici, ut nonnisi gratos habeat beneficiorum compotes: nunquam *experiri*, gratiam reponere, solvi necesse sit: quod quidem fieri nequit, nisi fors eius deterior facta ad beneficia ab iis recipienda fuerit.

nemo placandus. tam aequali in eum fortuna indulgentiâ perseveret, ut nemo in illum possit esse, nisi
 3 conscientia gratus. Quanto haec iustiora vota sunt, quae te in nullam occasionem differunt, sed gratum statim faciunt? Quid enim prohibet referre gratiam prosperis rebus? quam multa sunt, per quae quidquid debemus, reddere etiam felicibus possumus? fidele consilium, assidua conversatio, sermo comis, et sine adulatione iucundus; ^a aures, si deliberare velit, diligentes; tutae, si credere; convictus familiaritas. Neminem tam alte secunda posuerunt, ut non illi eo magis amicus desit, quia nihil absit.

XXX. Ista tristis, et omni voto submovenda occasio, ac procul repellenda. ut gratus esse possis, iratis diis opus est? Nec ex hoc quidem peccare te intelligis, quod melius cum eo agitur, cui ingratus es? Proponere animo tuo carcerem, vincula, sordes, servitutem, bellum, egestatem: haec sunt occasiones tui voti. si quis tecum contraxit, per ista dimittitur.
 2 Quin potius eum potentem esse velis, cui plurimum debes, et beatum? Quid enim, ut dixi, vetat, te referre

a. aures, si deliberare velit, diligentes; tutae, si credere; convictus familiaritas. Sic egregie emendavit Erasmus, codd. addicentibus; quum passim legeretur et in editis et in mss. aut res si d. v. d. tute sic cr. conv. f. Quod tamen ille addidit: secretae conv. codd. respuunt.

3. occasionem qualem ut verum dicendo, et nihil dis-referres, solveres gratiam, simulando nec adulando. — voveras. ut non illi eo magis — absit: quia semper magnae fortunae (Velleii Patreculi dictum) comes adulatio, et veritas ac candor apud felices potentesque vix habitant.

XXX. Etiam summa felicitate praeditis et beatis gratiam referre possumus,

1. iratis diis. cf. 27, 5. cui i. e. si ei ingratus es, talia carcerem etc. a diis preceris. sordes accusati. si quis tecum contraxit societatem. Interdum contrahere occurrit subintell. vinculo: per ista vota tua solvitur.

referre etiam summa felicitate praeditis gratiam, cuius plena tibi occurret et varia materia? Quid? tu nescis debitum etiam locupletibus solvi? Nec te invitum distringam. Omnia sane excluderit opulenta felicitas: monstrabo tibi, cuius rei inopia laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit. Scilicet ille, qui verum dicat, et hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicet a consensu concentuque falsorum. Non vi-³des, quemadmodum illos in praeceps agat extincta libertas, et fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetque, sed adulandi certamen est, et unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissime fallat? Ignoravere vires suas, et dum se tam magnos, quam⁴ audiunt, credunt, attraxere supervacua, et in discrimen rerum omnium perventura bella: utilem et necessariam rupere concordiam. secuti iram, quam nemo

2. *Nec te invitum distringam*, illigatum tenebo, ut debitor contra voluntatem tuam maneat. *fastigia* de summa tecti parte, ἀετώ, deinde de quavis summitate dici notum est: sic Suet. Caes. 76 ampliora humano fastigio. *stupentem* illa mendacia, iisque illinitum. *falsorum* amicorum, mentientium.

3. *extincta libertas* amicorum et familiarium propter illam consuetudinem pro rectis blanda, s. adulatorum suos audiendi. *illos* s. falsos. *ex animi sui senten-*

tia: formula vetus, qua significabant, puriter, libere et ex interiore sensu dici. cf. Ernesti Clav. Cic. Ceterum de hac sententia collegit quaedam Freinshem. ad Curt. III, 2, 11.

4. Exempla plura attulit Plutarchus in libro noto de adulatione et alias. Noster haud dubie Ptolemaeorum, inprimis vero Persei, ultimi Macedonum regis, cuius historia e Livio notissima est, memor fuisse videtur. Ipsa autem haec verba sequentia nostrum animum, si quid aliud, adverterunt, quoniam,

mo revocabat, multorum sanguinem hauserunt, fururi novissime suum, dum vindicant inexplorata pro certis, flectique non minus existimant turpe quam vinci, et perpetua credunt, quae in summum per-
5 ducta maxime nutant. ^aIngentia super se ac suos regna fregerunt, nec intellexerunt, in illa scena, et vanis et cito diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore ipsos nihil non adversi expectare debuisse, ex quo nihil veri audire potuerunt.

XXXI. Quum bellum Graeciae indiceret Xerxes, animum tumentem, oblitumque quam caducis confideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuntium belli, et ad primam adventus famam terga versuros: alius, nihil esse dubii, quin illa mole non vinci solum Graecia, sed obrui posset: magis verendum, ne vacuas desertasque urbes invenirent, et
profu-

a. *Ingentia super se ac suos regna.* Sic omnes fere codd. dant: alii, *Super se ac sua regna*, unde Erasmus finxit: *super se casura r.* Sed emendatione non opus quamvis ingeniosa.

niam, quasi a vate profecta, causam continent fatis manifestam calamitatis qua regnum borussicum afflictum querimur. *secuti — revocabat*, temperabat.

XXXI. Exemplo fit Xerxes. — 1. *Xerxes.* Remnarrat Herodot. VII, 3. 9 sq. 101 sq. 209. cf. Meiners Geschichte der Wiss. II, p. 107. Accidit ol. 75, 1. Ceterum impetu declamatorio abripi Senecam in describenda deliberatione patet, et memoria magis confusum quam recentem ab Herodoti lectione haec scripsisse. Sed quum haec Xerxis expeditio eius-

que exitus fatis amplam declamationibus materiam praerberet, nec historicis, e. c. Phylarcho, veritati semper adhaerescere placuisset, non mirum, quod in hanc quoque rhetores summopere involaverint, mutando, ornando etc. Hinc autem vel simili ex fonte non nimis limpido nostrum historica sua desumpsisse, aliquoties monuimus. Si enim Herodotum VII, 10. consuluisse, Artabani dissuadentis bellum in Graeciam et castigantis Mardonium regi assentientem verba non praetermisisset.

profugis hostibus vastae solitudines relinquerentur, non habituris, ubi tantas vires exercere possent. Alius, illi vix rerum naturam sufficere, angusta esse 2 classibus maria, militi castra, explicandis equestribus copiis campestria, vix patere coelum satis ad emittenda omni manu tela. Quum in hunc modum multa undique iactarentur, quae hominem nimia aestimatione sui furentem concitarent, Demaratus Lacedaemonius solus dixit: „ ipsam illam qua sibi placeret multitudinem, indigestam et gravem, metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: im- 3 modica nunquam regi posse; nec diu durare, quidquid regi non potest. In primo, inquit, statim monte Lacones obiecti, dabunt tibi sui experimentum. Tot ista gentium millia trecenti morabuntur, haerebunt in vestigio fixi, et commissas sibi angustias tuebuntur, et corporibus obstruent. tota illos Asia non 4 movebit loco. tantas minas belli, et paene totius generis humani ruentis impetum, ^a paucissimi sistent.

Quum

a. *paucissimi sistent.* Mss. tres *sustinent.* Sicque emendatum est etiam in Naz.; tamen prius fuit: *paucissimis stent.* Sic Gruterus. Ista manus emendatrix improba fuit; et pro una litera, quae deerat, tres infulsit, ut tamen non conveniret. Scribendum erat: *paucissimi sistent.* Vel hinc disce praestantiam principis Senecae codicum. Haec Gron., qui vim verbi exemplis nunc satis-notis adstruxit. Tam palmariam emendationem recepi fidenter.

2. *Demaratus*, rex Lacedaemoniorum, qui patria Leonidas rex Lacedaem. relicta in Asiam profugerat, cum retinuit, sociis domum bene exceptus a Xerxe. cf. Herodot. VI, 70. Quae h. l. et celebrata Gloverii, Angli, Demaratus dixit, quam maxime diversa sunt ab iis, quae Herodot. VII, 102 sq. narrat.

3. *In primo — monte:* an- monidis duo epigrammata gustias Thermopylarum di- in hos qui pro patria ad Ther-

Quum te mutatis legibus suis natura transmiserit, in semita haerebis, et aestimabis futura damna, quum putaveris quanti Thermopylarum angusta constiterint. Scies te-fugari posse, quum scieris posse retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis, velut torrentis modo ablati, cuius cum magno terrore prima vis defluit: deinde hinc atque illinc coorientur, et tuis te viribus prement. Verum est quod dicitur, maiorem belli apparatus esse, quam qui recipi ab his 6 regionibus possit, quas oppugnare constituis. Sed haec res contra nos est: ob hoc ipsum te Graecia vincet, quia non capit. uti toto te non potes. Praeterea, quae una rebus salus est, occurrere ad primos rerum impetus, et inclinatis opem ferre non poteris, 7 nec fulcire ac firmare labantia. Multo ante vinceris, quam victum esse te sentias. Ceterum non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nihil tam magnum est, quod perire non possit: cui nascitur in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine,

Thermopylas occubere, exstant in Brunckii Anal. To. I. p. 131. nr. XXIX. et XXX. ubi vid. Iacobs.

4. *Quum te mutatis legibus suis natura transmiserit*: propter pontes duos Hellesponto iunctos, et propter montem Atho perfossum. Herodot. VII, 35 sq. 21 sq. Declamator Seneca in Suafor. 2: maria terrasque rerum Natura statione mutavit sua: moriamur trecenti, ut hic primum invenerit, quod mutare non possit. Vides, ait Lipsius, *mutandi ver-*

bum in hac re placuisse: quia nempe e terra mare, e mari terram fecit. *transmiserit* in Graeciam. *semita* i. angustiae Thermopylarum.

5. *et tuis te viribus prement*: quas explicare non poteris: quae se involvent aut obterent. Factum quoque hoc est in proelio navali ad Salamina. Herodot. VIII, 60 sq. et deinde in proelio ad Plataeas. Herodot. IX, 59 sq. Hinc et verba: *uti toto te non potes*, explices.

dine, sua causa. " Acciderunt quae Demaratus praedixerat. Divina atque humana impellentem, ^b et mutantem quidquid obstitit, trecenti stare iusserunt; stratusque per totam passim Graeciam Xerxes intellexit, quantum ab exercitu turba distaret. Itaque Xerxes pudore, quam damno inferior, Demarato

b. *et mutantem quidquid obstitit.* Iam Erasmo displicuit haec lectio, qui putavit, forte fuisse: *minitantem*, non probante Grutero. Non esse tamen τὸ *mutantem* veram lectionem. Fortasse fuit: *motantem*. *Mutare* autem et *motare* saepe a librariis permutata esse, quis dubitet? Cf. Virg. Aen. III, 581 ibique Heyne.

7. *sua causa.* Etiam si quos vide apud Brisson. de Asiae causae absint, ex ipsa regno Persarum p. 61 sq. mole exercitus tui causa 203 sq. Cur *Sardium* propria pernicii enascitur. lentissimae Asiae minoris et Sic Horat. Carm. III, 4, 65. quidem Lydiae urbis (cf. Vis consilii expers mole Heeren Ideen etc. II. p. 130 ruit sua. ed. 1.) meminerit, inde explicaverim, quod Phylarchum putem Demarato Sardes, more persico e. c. e Themistoclis vita Plut. et Cornel. Nepotis noto, dono datas esse a Xerxe scripserit: cuius scriptoris tamen fides, si Polybio II, 56 magis, ut par est, credamus quam Valckenario in Wyttenbachii Biblioth. Crit. II, 1. p. 107 sq. sublesta fuerit. *sed quam miserabilis gens* etc.

8. *Divina atque humana* etc. Multi sunt Herodotus aliique auctores invasionem Xerxis describentes in exponendis et, si fieri possit, exaggerandis calamitatibus Graeciae ab exercitu Persarum inflictis: e. c. Athenae dirutae et solo aequatae, templa deorum cremata etc. cf. Meiners Geschichte der Wiss. II. p. 108 sq. *Itaque Xerxes* etc. Herodotus rei non meminit. Sed Phylarchus libro XI historiarum (diu iam nobis deperditarum) teste Suida memoravit s. v. *Τιάρα*. Inclinatam (*κεκλιμένην*) gessere duces hanc tiaram, capitis ornatum, reges soli rectam. Ritus hunc tangunt et alii,

Si Herodotum noster inspexisset lib. VII, 10. hanc maculam Persis non adspexisset. Artabanus enim Xerxi verum dixerat, patrus eius, male tamen ab eo propterea exceptus. *non sibi* i. suo commodo.

rato gratias egit, quod solus sibi verum dixisset, et
 9 permittit petere quod vellet. petit ille, ut Sardes, ma-
 ximam Asiae civitatem, curru vectus intraret, rectam
 capite tiaram gerens. id solis datum regibus. Dignus
 fuerat praemio, antequam peteret: sed quam mise-
 rabilis gens, in qua nemo fuit, qui verum diceret re-
 gi, nisi ^c qui non dicebat sibi?

XXXII. Divus Augustus filiam ^a ultra impudicitiae
 maledictum impudicam relegavit, et flagitia Princi-
 palis domus in publicum emisit: admissos gregatim
 adulteros, pererratam nocturnis comestationibus ci-
 vitem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater le-
 gem de adulteriis tulerat, filiae in supra placuisse,
 quotidianum ad Marfyam concursum: quum ex adul-
 tera in quaestuariam versa, ius omnis licentiae sub
 2 ignoto ¹ adultero peteret. ^b Haec tam vindicanda
 Prin-

c. qui nondicebat. Gruterus invenit haec verba in libris suis:
^a Lipsii codd. aberat negatio. Et abesse potest. Demaratus
 enim et suum ipsius commodum haec expeditione curavit,
 quod videre licet ex Herodot. VII, 235. Vincentius tam-
 en bell. Speculi hitorialis IV, 38 negationem tenuit, praes-
 bens: *nisi qui non favebat sibi.*

^{a. ultra impudicitiae maledictum.} Sic optimi codd., Naz.
 Col. et Erasmi, probantibus Lipsio et Gronovio. Antea:
intra pudicitiae. — ^{b. Haec tam vindicanda.} Sic optimi
 codd., quum Muretus dedisset: *Haec non t.*

XXXII. Ipse Augustus pro- 338 sq. qui huius loci, ut-
 positionis huius veritatem pote in hac re classici, non
 testatur. — 1. Res foedif- immemor fuit p. 370 sq. Au-
 sima publico adeo testimo- gustus eam relegavit in in-
 nio confirmabatur: Quae- sulam Pandatariam (Sancta
 storem enim in Senatu li- Maria nunc vocatur) iuxta
 teras ab Augusto ad eundem insulam Aenariam s. Pithe-
 scriptas recitalle fert et no- cufam (nunc Ichia) a. u. 752,
 ster et Sueton. Octav. 65. deinde Rhegium, ubi inedia
 Plin. H. N. XXI, 3. Egregie vitam finire cogebatur a Ti-
 tamen Iuliam ab criminibus berio a. u. 768. cf. Taciti
 istis liberatum ivit Wielan- Annal. I, 63. *ad Marfyam:*
 dus in Opp. To. XXIV, p. cuius statua in foro erat, et
 ad

Principi quam tacenda, quia quarundam rerum turpitudine etiam ad vindicantem redit, parum potens irae publicaverat. Deinde quum, interposito tempore, in locum irae subisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quae tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, saepe exclamavit: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Maecenas vixisset. Adeo tot habenti millia hominum, duos reparare difficile est! Caesae sunt legiones; et protinus scriptae. fracta classis; et intra paucos dies natavit nova. saevitum est in opera publica ignibus; surrexerunt meliora consumtis: tota vita, Agrippae et Maecenatis vacavit locus. Quid putem? defuisse similes qui assumerentur, an ipsius vitium fuisse, qui maluit quaeri, quam quaerere? Non est quod existimemus, Agrippam et Maecenatem solitos illi vera dicere: qui si vixissent, inter dissimulantes fuissent. Regalis ingenii mos est, in praesentium contumeliam amissa laudare, et his virtutem dare vera dicendi, a quibus iam audiendi periculum non est.

T 2

XXXIII.

ad eam tribunal, cum Apolline ita iuncta, ut Marfyas superbiam repraesentaret ab Apolline, ut fabula nota refert, punitam. Lascivorum conventus ibi fuisse constat. cf. Wieland ad Horat. Serm. To. I. p. 229 versio. theotisc., et Böttiger in Musei atticici I, 2 p. 330 sq.

2. quia quarundam — redit: spectant haec ad tacenda solummodo. M. Vipsianus Agrippa mortuus

erat a. u. c. 742, et L. Cilius Maecenas a. u. 476.

3. Adeo — difficile est! Sed verisimile est, Liviam, cuius et filii Tiberii res tum potissimum agebantur, non e re sua putasse, ut tales amicos eligeret Augustus, his praestantissimis viris similes, nec illa exclamatione iterata magnopere invitatum esse, ut reparationem iuvaret. tota vita reliqua. mortuus autem est a. u. 767. post Chr. nat. 14.

XXXIII. Sed ut me ad propositum reducam, vides quam facile sit, gratiam referre felicibus, et in summo humanarum opum positis. Dic illis non quod volunt audire, sed quod audisse semper volunt: plenas aures adulationibus aliquando vera vox intret: da consilium utile. Quaeris, quid felici praestare possis? effice, ne felicitati suae credat: ut sciat illam multis et fidis manibus continendam, Parum in illum contuleris, si illi semel stultam fiduciam permanens semper potentiae excusseris, docuerisque mobilia esse quae dedit casus, et maiore cursu fugere quam veniunt: nec his portionibus, quibus ad summa perventum est, retro iri, sed saepe inter fortunam maximam et ultimam nihil interesse? Nescis quantum sit pretium amicitiae, si non intelligis multum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non domibus tantum, sed seculis raram: quae non aliubi magis deest, quam

XXXIII. Bonum itaque consilium dando et veritatem dicendo gratia potentioribus referri potest. — 1. *Sed quod audisse semper volunt.* Dic illis non id quod nunc volunt cupiuntque audire, i. e. adulationes blandaque, sed quod ut semper audiverint, aliquando optabunt, id est bona et recta consilia. Sic Croesus veritatem, quam Solon ap. Herodot. I, 30 ei dixit, graviter tulit, blanditias praefereus, sed mox optavit, ut semper Solonis monita audivisset. Laudat apposite Lipsius fragmentum Critiae Stobaei floril. p. 322 ed. Schow.

2. *Sed saepe — interesse.*

Nostrer de Tranquill. c. XI egregie de hac re differuit: sed horae momentum, ait §. 8, interest inter folium et aliena genua. Quam multa exempla historia nobis praebuit in Croeso, Dario Codomanno, Perseo, Iugurtha aliisque ex antiquitate: nec nostra tempora carent similibus exemplis, quam fragilis sit fortuna humana, docentibus. *Quid? istos tu libros:* in quibus amicos et clientes idem salutes nominatim atque ordine designatos esse inde colligere licet: quos tot tantaque nomina complexos fuisse ait, ut ne maxima quidem memoria, e. c. nomenclatorum, iis retinendis sufficerit.

quam ubi creditur abundare. Quid? istos tu libros, quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse? Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas et secundas admisiones digeruntur. Consuetudo ista vetus est regibus, regesque simulantibus, populum amicorum describere. Est proprium superbiae, magno aestimare introitum ac tactum sui liminis, et pro honore dare, ut ostio suo propius affideas, ut gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quae receptos quoque excludunt.

XXXIV. Apud nos primi omnium C. Gracchus, et mox Livius Drusus instituerunt segregare turbam suam, et alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios universos. Habuerunt itaque isti amicos primos, ^a habuerunt secundos, nunquam veros. Amicum vocas, cuius disponitur salutatio? aut potest huius tibi patere fides, qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabatur? Huic pervenire usque ² ad distringendam libertatem licet, cuius vulgare et

T 3 publi-

a. *habuerunt secundos*. Sic codd. optimi, non, *et sec.* at *numquam veros* omnes exhibent codd. Pincianus tamen maluit, *neutros veros*, quam emendationem statim recepit Muretus, non magis necessariam, quam Lipsii: *numquid v.?*

3. *Non — pulsant salutaturi. qui — digeruntur.* Cf. de Clement. I, 10, 1, not. *Honestiores* sive primae admissionis, primi ad salutationem admissi etc.

XXXIV. Nam felices et potentes paucis veris amicis gaudent. — 1. *Apud nos — universos*. Cf. Lipsii not. ad Tacit. VI, 9 et Ernesti excurs. ad Sueton. Tib. 46.

Spectat huc contubernium, quod Romanis cum philosophis aliisque doctis graecis etc. intercessit, e. c. Augusti cum Areo philosopho, Sueton. 89. Maecenatis cum Horatio, Virgilio aliisque, Horat. Satir. I, 5 etc. Egit de hoc contubernio Gierig in Exc. II. ad Plin. Epp. To. II.

2. *distringendam*, solvendam,

publicum verbum et promiscuum ignotis, Ave, non nisi suo ordine emittitur? Ad quemcunque itaque istorum veneris, quorum salutatio urbem concutit, scito, etiam si animadverteris obseffos ingenti frequentia vicos, et commeantium in utramque partem catervis itinerà compressa, tamen venire te in locum
 3 hominibus plenum, amicis vacuum. In pectore amicus, non in atrio quaeritur. illo recipiendus est, illic retinendus, et in sensus recondendus. Hoc doce, gratus es. Male de te existimas, si inutilis es, nisi afflicto; si rebus bonis supervacuus. Quemadmodum te et in dubiis, et in adversis, et in laetis sapienter geris, ut dubia prudenter tractes, adversa fortiter, laeta moderate: ita in omnia utilem te amico
 4 exhibere potes. Adversa eius si nec deserueris, nec optaveris, multa nihilominus, ut non optes, in tanta varietate, quae tibi materiam exercendae fidei praebeant, incident. Quemadmodum qui optat divitias alicui in hoc, ut illarum partem ipse ferat, quamvis pro illo videatur optare, sibi prospicit: sic qui optat amico aliquam necessitatem, quam adiutorio suo fideque discutiat: quod est ingrati, se illi
 5 praefert, et tanti aestimat illum miserum esse, ut ipse gratus sit, ob hoc ipsum ingratus. Exonerare enim se vult, et ut gravi sarcina liberare. Multum interest, utrum properes referre gratiam, ut reddas beneficium; an ne debeas. Qui reddere vult, illius se
 commo-

vendam, laxandam, quam licem de te bene meritum metus et reverentia retinet docueris, iam gratus es. ac velut clausam tenet. *vi-* 4. *nec optaveris* ut ei
cos plateas. *commeantium*, tunc opem ferre possis: quo
 qui iam salutaverant, alii de voto in antegressis ege-
 qui salutaturi sunt. Copiam rat.
 describit Virgil. Ge. II, 462
 not. 5. *praefert* quia vult ut
 opis suae egeat, ab eo pendeat. L.

3. *Hoc doce.* Si hoc fe-

commodo aptabit, et idoneum illi venire tempus volet: qui nihil aliud quam ipse liberari vult, quomodo-
cunque ad hoc cupiet pervenire: quod est pessimae
voluntatis.

XXXV. *Ista, inquam, nimia festinatio ingrati est. id apertius exprimere non possum, quam si repetivero quod dixi. Non vis reddere acceptum beneficium, sed effugere. Hoc dicere videris, Quando isto carebo? quocumque modo mihi laborandum est, ne isti obligatus sim. Si optares ut illi solveres de suo, multum abesse videreris a grato: hoc quod optas, iniquius est. Exsecraris enim illum, et caput sanctum tibi dira imprecatione defigis. Nemo, ut existimo, de immanitate animi tui dubitaret, si aperte illi paupertatem, si captivitatem, si famem ac metum imprecareris. Aliquid interest, utrum vox ista voti sit tui? Sanius aliquid enim horum optas!*

T 4

I nunc,

a. *metum.* Ita libri omnes. Optimi tamen Critici deque Seneca egregie meriti Pincianus et Gruterus hac lectione non contenti, nescio quidni, nisi quod prurigine emendandi moverentur, ille *mortem*, hic *letum* maluerunt. Male, si quid video. Gratus enim h. l. bene de se merito summa mala quaevis optat, eius tamen generis et sub ea conditione, ut sua ipsius ope illis eum liberare possit. Atqui contra mortem nemo valet. Mox, *Aliquid interest, utrum vox ista voti sit tui? Sanius aliquid enim horum optas. Inunc* etc. Sic restituit Gron. locum omnium codd. auctoritate.

Ex-

XXXV. Repetit quae dicitur legit Bentl. ad Horat. Carm. xerat: non festinandum est. V, 17, 5 nostri loci me-
se in gratia referenda, non mor.

optanda mala amici etc. — 2. *Sanius aliquid enim*
1. *defigis κηλεῖς*; de eo in etc. Dictum est, observan-
usu est, qui incantationibus te Gronovio, per ironiam.
aliquem quasi attonitum om- Enimvero horum aliquod
nique auxilio privatum at- cui optas, 'sanius optas:
que destitutum reddit, ut par est utriusque voti insa-
loco moveri nequeat. Loca nia: nihilo sanior haec op-
quaedam huc spectantia col- tas quam illa. Sanius enim
illud

I nunc, et hoc esse grati puta, quod ne ingratus quidem faceret, qui modo non usque in odium, sed tantum ad inficiationem beneficii perveniret.

XXXVI. Quis pium dicet Aeneam, si patriam capi voluerit, ut captivitate patrem eripiat? Quis Siculos iuvenes, ut bona liberis exempla monstrarent, si optaverunt ut Aetna immensa ignium vi supra solitum ^a ardens et incensa praecipitet, datura ipsis occasionem exhibendae pietatis, ex medio parentibus incendio raptis? Nihil debet Scipioni Roma, si Punicum bellum ut finiret, aluit: nihil Deciis, quod morte patriam servaverunt, si prius optaverunt, ut devotioni fortissimae locum ultima rerum necessitas faceret. Gravissima infamia est medici, opus quaerere. Multi quos auxerant morbos, et incitaverant, ut maiore gloria sanarent, non potuerunt discutere, aut cum magna miserorum vexatione vicerunt.

XXXVII.

Extrema dederat cod. Naz. — *opta si in hunc; alii, sivi nunc, sim nunc.* Vulgg. habebant: *At quid interest, utrum vox ista tua sit an votum. Sanus aliquid horum opta. Inunc etc.* — a. *ardens et incensa praecipitat, datura etc.* E cod. Naz. et antiquissimo Erasmi sic restituit Gron. Antea: *ardens daret ipsis occasionem. Mox ut finiret aluit* e cod. Naz. qui habebat *aliud.* Rottendorffii et erfurtensis codd., a Gronov. inspecti, cum additamento habebant Nazariani scripturam: *perseveravit aliud.* Illud *perseveravit* esse scholion τῷ *aluit* facile apparet. Antea: *ut finiret, perseverare maluit.*

illud, sc. ut ei solvas de suo, *culo* etc. cf. ad III, 37, 2 optes, quam aliquid horum. not.

XXXVI. 1. *ut captivitate — eripiat:* si forte captus fuisset: nam captum non fuisse, sed humeris filii ex urbe ablatum constat. Attigerat haec III, 37, 1. Ceterum cf. Heynii Exc. XVII ad Virgil. Aen. II. *Quis Si-*

2. *nihil Deciis.* P. Decio Muri, patri et filio, priori bello latino a. u. 414, posteriori bello samnitico a. u. 457 f. 458. Nepotem recentiores quidam addunt, sed perperam. Cf. Viri docti notam ad Eberhardi Zustand der schönen Will. bey den

XXXVII. Callistratum aiunt, ita certe Hecaton auctor est, quum in exilium iret, in quod multos simul cum illo seditiosa civitas et intemperanter libera expulerat, optante quodam, ut Atheniensibus necessitas restituendi exules esset, abominatum talem reditum. Rutilius noster animosius, quum quidam illum consolaretur, et diceret instare arma civilia: brevi futurum, ut omnes exules reverterentur: Quid tibi, inquit, mali feci, ut mihi peiorem reditum, quam exitum optares? Malo, ut patria exilio meo erubescat, quam reditu moereat. Non est istud exilium, cuius neminem non magis, quam damnatum pudet. Quemadmodum illi servaverunt bonorum civium officium, qui reddi sibi penates suos noluerunt clade communi, ^a quia satius erat duos ini-

T 5

quo

a. quia satius erat duos iniquo malo affici q. o. p. Recte e eodd. omnibus vindicavit Gron. contra emendatores, qui reponere maluerunt alii *fontico*, alii *iniquo* etc. *Unico* invalerat vulgatas. An *iniquum malum*, ait Gron., minus bene dicitur, quam *magnum malum*, *meritum malum*, *matuum malum*? Mox *opprimi* non compareret in cod. Naz., sed abesse

den Römern, Altonae 1801. p. 58 sqq.

XXXVII. 1. *Callistratum aiunt* — *reditum*: oratorem eximium et imperatorem non contemnendum, Atheniensem, qui causa super Oropo peroranda tale Demostheni eloquentiae, quale Herodotus historia sua recitanda Thucydidii historiae studium iniecit, ut ex Demetrio magnelio refert Pseudoplutarch. p. 844. b. fræs., ex Hermippo Gellius III, 13. Demosthenes eum magni fecit: interroga-

tus enim, uter esset melior orator, ipse an Callistratus, respondit: ἐγὼ μὲν γράφομενος, Καλλίστρατος δὲ ἀκούομενος. Egrege de patria meritis capitis damnatus in exilium abiit. Ex quo quum invito populo rediisset, ad supplicium raptus est. Cf. Ruhnkenii Historia critic. Oratt. Graec. in Reisk. edit. Oratt. graec. Vol. VIII p. 140. sq. *Rutilius*. cf. ad V, 17, 2. *instare bella civ.* inter Marium et Sullam.

2. *quia satius erat duos* sc. Callistratum et Rutilium.

Simi-

3 quo malo affici, quam omnes publico: ita non servat grati hominis affectum, qui bene de se merentem difficultatibus vult opprimi, quas ipse submoveat: qui etiam si bene cogitat, male precatur. Ne in patrocinium quidem, nedum in gloriam est, incendium extinxisse, quod feceris.

XXXVIII. In quibusdam civitatibus impium votum sceleris vicem tenuit. Demades certe Athenis eum, qui necessaria funeribus venditabat, damnavit, quum probasset magnum lucrum optasse: quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Quae-
 2 ri tamen solet, an merito damnatus sit. Fortasse optavit, non ut multis venderet, sed ut care: ut parvo sibi constarent, quae venditurus esset. Quum constet negotiatio ex emto et vendito, quare votum eius in unam partem trahis, quum lucrum ex utraque sit? Praeterea omnes licet, qui in ista negotiatione sunt, damnes: omnes enim idem volunt, id est, intra se optant. Magnam hominum partem damnabis. cui enim non ex alieno incommodo lucrum? ^a Miles bellum optat, si gloriam. agricolam anno-

abesse vix bene potest, exstat quoque in aliis mss.: Gron. tamen a librariis esse profectam hanc vocem contendit. Dicitur, ait, per intellectum verbi substantivi, legitque: *in difficultatibus vult*. Sed durum id esse quis videt, et quaelo quidni et in cod. Naz. scribendo socordia quadam librarium bonum quandoque subrepente illud *opprimi* elabi poterat?

a. *Miles bellum optat, si gloriam* sc. optat. Sic restituit Gron. e cod. Naz. Olim: *optat in gloriam*, uti omnes fere

Similia alia refert Valer. Max. V, 3. Plut. de exilio etc.

XXXVIII. Impia sunt talia gratorum vota: sceleris adeo vicem tenent in quibusdam civitatibus.

1. *Demades*, orator Atheniensis, Phocionis coevus, mortuus est Ol. 115, 2. Cf. de eo Ruhnck. l. l. p. 150 sq. Simile romanum narret Valer. Max. VIII, 1. Sueton. Tib. 2. *qui necessaria*

annonae caritas erigit. eloquentiae exceptat pretium 3
litium numerus. medicis gravis annus in quaestu est.
infinitores delicatarum mercium iuventus corrupta
locupletat. nulla tempestate, nullo igne laedantur te-
cta: iacebit opera fabrilis. Unius votum deprehen-
sum est, omnium simile est. An tu Arruntium et
Ate-

re codd.: unde Pinc. *inglorium agricolam annonae caritas erigit*. Muretus: *Miles bellum optat. Agricolam a. c. e. Erigit bene habet: moneo, ne exigit emendes. Mox eloquentiae exceptat pretium litium numerus*. Sic cod. Naz. Col. unus pal. et Erasmicus: unde Erasmus quoque in editione. Praefero hanc lectionem ei, quam alii codd. et praeficae edd. dabant: *exoptat*. Valet itaque analogice *exdepto* i. q. comparo, quaero. Sed exemplum adhuc quaero, nec credo lectionem esse genuinam. Muretus temere coniecturam suam in textum immisit: *eloquens captat pretium ex litium numero*. Lipsii coniecturas libens omitto. Bentleius ad Horat. Carm. I, 54, 13. Vol. I. p. 89. 90. ed. lipf. emend.: *eloq. exaltat*. Exspectes etiam hic concretum, ut militem etc. habemus: hinc sensum Muretus, ut fuit homo sagacissimus, bene cepisse videtur, verba non item.

— *venditabat, ὁ ἐνταφιο- πώλης*, qui fascias (*τελαμῶνας, ταινίας*) ad funera a capite ad pedes vincienda, unguenta, coronas etc. venditabat. cf. Brunckii Anal. To. III. p. 169. nr. 96. Fortasse et haec Hecaton huius quaestionis gratia retulerat. *Quaeri — fit*. Factum hoc esse videtur quoque in scholis rhetorum et declamationibus: ubi saltem his rebus idoneus locus erat.

3. *infinitores*. cf. ad VI, 17, 1. *delicatarum mercium*, ferici, coae vestis, unguentorum, margaritarum etc. L. *Unius*, pollinctoris istius, quem Demades damnavit. *Arruntium et Aterium*: tantum ex hoc loco hos nosci-

mus: nam qui e Tacito laudantur, cognomines quidem sunt, sed alii. Heredipetae iam ex Horatii II Serm. 5 noti sunt: cf. Consol. ad Marc. 19. Gataker ad Antonin. VI, 59. *designatores* qui funera comitabantur, disponebant, ordinabant. cf. Lipsium de Amphitheatr. c. 15. *Libitinarios* qui funera efferenda conducebant et cetera in hunc apparatus. Simili fere munere funguntur Londini the undertakers. Nomen his hominibus dedit Libitina i. e. Vectorius, ad rem funebrem tracta, fortasse quod casu quodam tabernae, ubi necessaria funeribus efferendis profstabant, eius templo iace-

Aterium, et ceteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, 4 quae designatores et libitenarios, vota? illi tamen quorum mortes optent, nesciunt: hi familiarissimum quemque, ^b ex quo propter amicitiam rei plurimum est, mori cupiunt. Illorum damno nemo vivit: hos quisquis differt, exhaurit. Optant ergo, non tantum ut accipiant, quod turpi servitute meruerunt, 5 sed etiam ut tributo gravi liberentur. Non est itaque dubium, quin hi magis quod damnatum est in uno, optent: quibus quisquis morte profuturus est, vita nocet. Omnium tamen istorum tam nota sunt vota, quam impunita. Denique se quisque consulat, et in secretum pectoris sui redeat, et inspiciat quid tacitus optaverit. quam multa sunt vota, quae etiam sibi fieri pudet! quam pauca, quae facere coram teste possimus!

XXXIX. Sed non, quidquid reprehendendum, etiam damnandum est: sicut hoc votum amici, quod in

b. *ex quo propter amicitiam rei plurimum est.* Sic omnes codd. et edd. Gruterus tamen con. *spei plurimum est*, quae emendatio textum editionum insequutarum invaluit. Pincianus quoque emendavit, *cum quo propter rem amicitiae pl. e.* Sed vulgata stare potest: *plurimum rei est* significat: multas opes inde expectat, rem familiarem amici sibi fore hereditaria sperat.

iacerent. cf. Plut. Quaest. Halic. IV. c. 15 p. 676 rom. c. 23. To. VIII p. 323 Reisk.

sq. Hutten., qui etiam statuatam Ἀφροδίτης ἐπιτυμβίας Delphis huc trahit, nescio quo iure. In huius Libitinae templum morientium nomine nummus inferri solebat e Servii Tull. instituto: unde tabellae mortalitatis confici poterant. Dionys.

4. *Damno.* nihil enim libitinariis tollitur, etsi non additur. *hos — exhaurit:* quisquis spem hereditariorum non cito implet morte, exhaurit eos, quia munera assidue mittunt et ut tributa pendunt. L.

XXXIX. 1. *damnandum est*

in manibus est, male utentis bona voluntate, ^a et in id vitium incidentis, quod evitat; nam dum gratum animum festinat ostendere, ingratus est. Hic, ait, in potestatem meam recidat, gratiam meam desideret, sine me salvus, honestus, tutus esse non possit. tam miser sit, ut illi beneficii loco sit, quidquid redditur. Haec diis audientibus! Circumveniant illum domesticae insidiae, quas ego possim solus opprimere. instet potens inimicus et gravis, infesta turba nec inermis, et creditor urgeat et accusator.

XL. Vide quam sis aequus! horum optares nihil, si tibi beneficium non dedisset. Ut alia taceam, quae graviora committis, pessima pro optimis referendo, hoc certe delinquis, quod non exspectas suum cuiusque rei tempus: quod aequè peccat, qui non sequitur, quam qui antecedit. Quomodo non semper beneficium recipiendum est, sic non utique reddendum. Si mihi non desideranti redderes, in-²gratus esses: quanto ingrator es, qui desiderare me cogis? Exspecta. quare subsidere apud te munus meum non vis? ^a quare obligatum molestè fers? quare, quasi cum acerbo foeneratore, signare parem properas? Quid mihi negotium quaeris? quid in me deos immittis? quomodo exigeres, qui sic reddis?

XLI.

a. *et in id vitium incidentis.* E cod. Naz. illud *vitium* peti- tum et textui iam a Grutero redditum. — a. *quare obligatum molestè fers?* Sic omnes codd. et plurimae edd. At Muretus: *obligatus* etc. Mox *signare parem* omnes scripti, omiſſa vulgata: *rationem*.

est sententia iudicis, exem- beneficium sed tamquam
plo illius Demadis. L. *quod* commodatum quid solveres.
in manibus est, de quo nunc *subsidere* haerere et rema-
disquisitio est. *Hic* qui bene- nere. L. *signare*. Signan-
ne de me meritus est. tur rationes, quum finiun-
tur: quum bene dispunctae

XL. 2. *Si mihi non — est* — tur: quum bene dispunctae
ses. quoniam non tamquam et pares factae comprobantur.
tur.

XLI. Ante omnia ergo, Liberalis, hoc discamus, beneficia secure debere, et occasiones reddendorum observare, non manu facere: hanc ipsam cupiditatem primo quoque tempore liberandi se, meminimus ingrati esse. Nemo enim libenter reddit, quod invitus debet: et quod apud se non vult esse, onus 2 iudicat esse, non munus. Quanto melius ac iustius, in promptu habere merita amicorum: et offerre, non ingerere, nec obaeratum se iudicare? quoniam beneficium commune vinculum est, et inter se duos alligat. Dic, Nihil moror, quo minus tuum revertatur ad te: opto hilaris accipias. si necessitas alterutri nostrum imminet, fatoque quodam datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere, aut ego accipere, det potius qui solet. Ego paratus sum. *Nulla mora in Turno!* ostendam hunc animum, quum primum tempus advenerit: interim dii testes sunt.

XLII. Soleo, mi Liberalis, notare hunc in te affectum, et quasi manu prendere, verentis et aestuantis, ne in ullo officio sis tardior. Non decet gratum animum sollicitudo, ^a contra summa fiducia sui, et
ex

a. *contra summa fiducia sui.* Sic omnes codd. et edd. praeter Muretum, qui *sed contra* ex ingenio addidit. Mox *tamquam convicium est, recipe quod debeo.* Hoc pr. etc. Rubenii est coniectura codicis Naz. Leod. et aliorum auctoritate adiuta: hi enim praestabant *tam*, alii *tamen*, alii *iam*, unus Leodiensis *tamquam* i. e. apud Senecam, exempli causa, quod hic locum habet. *recipe*, non *recipere, quod debes* Naz., aliique: unde *debeo* et Gron. et Ruben. recte fecere; nam *s* et *o* saepe propter ductuum similitudinem in codd. confundi constat. Gronovius emendabat:
Inter-

tur. Imo illa ipsa verba vi- fra arcessere. Cf. ad Con-
dentur subscripsisse in codi- fol. ad Marc. c. 19, 2.
cis paginis, *par ratio.* L. 2. *Nulla mora in Turno.*

XLI. Occasio reddendi be- Est hemistichium Virgilio
nificii expectanda est. — Aen. XII, 11.

1. *manu facere* i. opera no- XLII. 1. *manu prendere*:
similis

ex conscientia veri amoris dimissa omnis anxietas. Tanquam convicium est, recipe, quod debeo. hoc primum beneficii dati sit ius, ut recipiendi tempus eligat, qui dedit. At vereor, ne homines de me se-² quius loquantur. Male agit, qui famae, non conscientiae gratus est. Duos istius rei iudices habes: te, quem non potes fallere; et illum, quem potes. Quid ergo, si nulla intervenerit occasio? semper debebo? Debebis: sed palam debebis, sed libenter debebis, sed cum magna voluptate apud te depositum intueberis. Poenitet accepti beneficii, quem nondum redditi piget. quare qui tibi dignus visus est, a quo acciperes, indignus videatur, cui debeas?

XLIII. In magnis erroribus sunt, qui ingentis animi credunt, proferre, donare, plurimum sinum ac domum replere: quum ista interdum non magnus animus faciat, sed magna fortuna. Nesciunt, a quanto interim maius ac difficilius sit capere, quam fundere. Nam ut nihil alteri detraham, quoniam utrumque ubi ex virtute sit, par est: non minoris est animi beneficium debere, quam dare. eo quidem operosius hoc quam illud, quo maiore diligentia custodiuntur accepta, quam dantur. Itaque non est trepidandum,² quam cito reponamus, nec procurrendum intempestive:

Interim, i. e. interdum, convicium est, recipe quod debeo. Hoc pr. etc. Erasmus et aliae edd. vulgg. praestant: Tam cum vitio est, recipere quod non debes, quam non dare, quod debes. Hoc benef. pr., omnibus tamen codd. repugnantibus. — a. quanto interim maius etc. Sic omnes codd. et sic fere Erasmi editio, quae tamen perperam ordinem verborum inversum habet sic: q. m. ac d. interim sit etc.

similis est nostra phrasis: Tranquill. c. 1. quaedam in mit Händen greifen, de rebus, quae certae sunt, et prenderem. L. Tanquam quas velut manu tangimus exempli causa, ut hoc utar. et tenemus. Seneca de XLIII. 1. Plurimum sinum.

Ita

sive: quia aequè delinquit, qui ad referendam gratiam suo tempore cessat, quam qui alieno properat. Positum est illi apud me: nec illius nomine, nec meo timeo. Bene illi cautum est: non potest hoc beneficium perdere, nisi mecum, immo ne mecum quidem.

3 Egi illi gratias, id est, retuli. Qui nimis de beneficio reddendo cogitat, nimis cogitare alterum de recipiendo putat: ^b praestet se in utrumque facilem: si vult recipere beneficium, referamus, reddamusque laeti. Illud apud nos custodiri mavult: quid thesaurum eius eruimus? quid custodiam recusamus? dignus est, cui utrum volet, liceat. Opinionem quidem et famam eo loco habeamus, tanquam non ducere, sed sequi debeat.

b. *praestet se in utrumque f.* Pinciani et Gruteri codd. sic dabant, non, *praestat esse in utrumque f.*

Ita enim mos, togae sinum expandere, et in eum recipere donata: sinum implere minoribus donis aut pecunia: domum ornamentis alioque instructu. L. *ubi ex virtute fit, par est.* Vita paria esse Stoicis, ita et virtutes, notum dogma. Lipsii Manuduct. in philos. stoic. III, 4.

2. *Positum est illi beneficium apud me:* quasi depositum. Haec abrupta apud

Senecam frequentia sunt. *immo ne mecum quidem.* vel me mortuo, ei erepto, beneficium non perdit, quoniam animus gratus supererit, quem etiam in meos ostendere poterit.

3. *ducere* praere et nos ad eam adspicere. *sequi.* Ex benefactis bona erit: si non statim, tardius: si non apud omnes, saltem peritos et bonos. cf. Epist. VII, 8. 9. et similia apud Iacobs ad Anal. Brunckii I p. 154.

L. ANNAEI SENECAE
 AD AEBUTIUM
 LIBERALEM
 DE BENEFICIIS
 LIBER VII.

Argumentum et Ordo.

Similia prioribus, Quaestiunculae, et subtilibus utilia tamen mixta. Illud principio serium, coërcendam curiositatem, et nimiam sciendi cupidinem: animum potius ad mores et Virtutem, id est, Sapientiam mittendum. Ex verbi deinde occasione Quaestio, An aliquis donare Sapienti possit, cum eius sint omnia? ait posse, quia animo quidem, non usu tamen omnia possidet. Altera, An qui tentavit reddere beneficium, reddiderit: ita, sed tamen iterum iterumque conandum docet. Tertia, An quod a viro bono acceperis, eidem iam malo reddes? Reddes, sed cum cautione, ne illa quibus male, et in suam alienamve noxam utatur. Quarta, Numquid oblivisci datorem beneficii sui oporteat? Non omnino, et posse tenere memoria ait, immo et interdum exigere. Ultima, Quomodo ferendi ingrati? placido animo, mansueto, magno. L.

I. BONUM, mi Liberalis, habeas animum volo:

In

I. Promittit se, quae non missis, quae regunt mores, dixerit, additurum, et prae- iucunda aut ingenium exer-
 centia

*In manibus terrae. Non hic te carmine longo,
Atque per ambages et longa exorsa tenebo.*

^a Reliqua hic liber cogit, et exhausta materia, circumspicio, non quid dicam, sed quid non dixerim. Boni tamen consules quidquid superest, quum tibi superfuerit. Si voluiffem lenocinari mihi, debuit paulatim opus crescere, et ea pars in finem reservari, ² quam quilibet etiam satiatus appeteret. Sed quidquid maxime necessarium erat, ^b in primum congesti: nunc si quid effugit, recolligo. Nec mehercule, si me interrogas, nimis ad rem existimo pertinere, ubi dicta sint quae regunt mores, persequi cetera, non in remedium animi, sed in exercitationem ingenii ³ inventa. Egregie enim hoc dicere Demetrius Cynicus,

a. Reliqua hic liber cogit, et exh. Sic omnes codd. qui τὸ et addunt. — *b. in primum congesti.* Sic Naz. aliique, qui nec *statim cong.*, quod vulg. habent, nec *statum*, quod etiam edd. nonnullae habent, agnoscit.

centia persequiturum, ad exemplum Demetrii Cynici. — 1. Versus sunt Virgilii Ge. II, 45 sq. ubi edd. habent: *carmine ficto*, quae poetae quidem apta sunt, sed nostro ut philosopho aptius erat, *longo*, quod ipse suo iure mutavit: nam lectio varians non est.

3. *Demetrius Cynicus* amicus Senecae. cf. de Provid. III, 3 not. Addas post Fabricii Bibl. Graec. Vol. III. p. 515 Harl. Burignii Memoire sur Demetrius le Cynique in Histoire de l'Acad. des Inscrip. To. 38 p. 179 sq. Ceterum conferri meretur cum his Demetrii dictis Senecae Epist. 94.

Plus prodesse — ad manum. Recte monet Uptonus ad Epicteti manuale init. Stoicorum, e. c. Epicteti, M. Antonini, quorum loca huc spectantia adduxit, hoc imprimis fuisse, ut suos subinde monerent, praecepta quaedam sapientum, τὰ καίριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα in animis quotidiana meditatione revolvant. Eodem etiam more usus est Epicurus, cuius *κύρια δόξαι* apud Diogenem Laert. X, 139 sq. leguntur. Praeceptum autem hocce e Socratis schola originem ducere suam patet, et Aristippi responso, quod Lipsius ad h. l. e Diog. Laert. II, 71 laudat, non qui multa,

nicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparetur, solet: „Plus prodesse, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quemadmodum, inquit, magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit, et eorum occasiones intentus expectat: nec enim refert, quam multa sciat, si scit quantum victoriae satis est: sic in hoc studio multa delectant, pauca vincunt. Licet nescias, quae ratio Oceanum effundat ac revocet: quare septimus quisque annus aetati signum imprimat: quare latitudo porticus ex remoto spectantibus, non servet proportionem suam, sed

V 2

ultima

ta, sed qui utilia legant discantque, studiosos et eruditos esse, confirmatur.

4. *Quemadmodum — omnes numeros — expectat.* Palaestrae verbum in motibus illis et formatione flexuque membrorum. Bene laudat Lipsius Quintil. Inst. Orat. XII, 2, 12 quae aptae sane etiam sunt ad Demetrii sensum. Eius verba sunt haec: Et ut palaestrici doctores illos quos numeros vocant non idcirco discantibus tradunt, ut his omnibus in ipso luctandi certamine utantur: sed ut sub copia illa, ex qua unum aut alterum, cuius se occasio dederit, efficiant. — *nexusque* in lucta: dicunt aliter nodos et ligaturas. Mul-

ta huius generis iunxit Philostratus Imaginum lib. II. p. 819, resupinationes, pedis malleolum calce percutere, manum contorquere, medio corpore prehensum de terra tollere vel prosternere (qua re ἀθλητῆς ἀμεισολάβητος apud Nilum de octo vitiis p. 367 athleta inexpugnabilis dicitur) supplantare s. pedes auferre etc. *vincunt*, rem confirmant, affectus et vitia domant.

5. *quae ratio — revocet.* fluxum et refluxum maris dicit. *quare septimus — imprimat.* ad gradus vel κλιμακῆρας aetatum adspirare videtur, observante Lipsio, in quibus antiquitus proditum, septimo quoque anno mutationem

tionem

ultima in angustias coëant, et columnarum ^c novissime intervalla iungantur: quid sit, quod geminorum 6 conceptum separet, partum iungat. utrum unus concubitus spargatur in duos, an toties concepti sint: cur pariter natis fata diversa sint, maximisque rerum spatiis distent, quorum inter ortus minimum interest. Non multum tibi nocebit transisse, quae nec licet scire, nec prodest. Involuta veritas in alto latet. Nec de malignitate naturae queri possumus: quia nullius rei difficilis inventio est, nisi cuius hic unus 7 inventae fructus est, invenisse. Quidquid nos meliores

c. *novissime* omnes codd. et edd. praeter Mureti, qui Pinciani coniecturam recepit, et subsequantium edd.

tionem aut discrimen evenire, sive ut revera corpori aliquod signum sit, anno septimo dentibus cadentibus et nascentibus, bis septimo pubertate erumpente etc., qua de re conferri iubet Lipsius Philonem de opificio Mundi, sive septimo quoque anno aetas infantis, pueri, adolescentis etc. designatur, sive morbus, periculum mutatione imminet homini. Cf. Varro A. Gellii III, 10. *quare latitudo iungatur*. Iam Lucretius IV, 428 sq: Porticus aequali quamvis est denique ductu, Stansque in perpetuum paribus suffulta columnis, Longa tamen parte ab summa cum tota videtur, Paulatim trahit angusti fastigia conii, Tecta solo iungens, atque omnia dextera laevis: Domicum in obscurum coni

conduxit acumen. cf. Seneca Nat. Qu. I, 3.

6. *utrum unus concubitus — sint*. Iam Hippocrates de natura pueri p. 248. Opp. Genevae 1657. fol. affirmat: *διδυμα δὲ γίνονται ἀφ' ἐνὸς λαγνεύματος ἕτως* etc., ubi explicat. *verum*, quae iis accidunt, quibusque occupantur. *Involuta — latet*. Socrates, Democritus, Anaxagoras, Empedocles, omnes paene veteres rerum obscuritatem conquiescenti sunt: Democritus in puteo demersam esse veritatem aiebat, Lactantio referente Institut. III, 27. Diog. Laert. IX, 44. 72 not. Menag. Nec aliam fovit sententiam Empedocles. cf. Sturzii Empedocles Agrigentin. p. 486 sq.

7. Quae sequuntur Stoeae et Cynismi, nam hae sectae fere

liores beatosque facturum est, aut in aperto, aut in proximo posuit. Si animus fortuita contemnit, si se supra metum sustulit, nec avida spe infinita complectitur, sed didicit a se petere divitias: si deorum hominumque formidinem eiecit, et scit non multum esse ab homine timendum, a Deo nihil: si contemtor omnium, quibus torquetur vita, dum ornatur, eo perductus est, ut illi liqueat, mortem nullius mali esse materiam, multorum finem: si animum virtuti consecravit, et, quacunq[ue] vocat illa, planum putat: si, sociale animal et in commune genitus, mundum ut unam omnium domum spectat, et conscientiam suam diis aperit, semperque tanquam in publico vivit: ^d se magis veritus quam alios, subductus ille tempestatibus, in solido ac sereno stetit, consummavitque scientiam utilem, atque necessariam. reliqua oblectamenta otii sunt. Licet enim iam in tutum retracto animo, ad haec quoque excurrere, cultum, non robur, ingeniis afferentia.“

V 3

II.

d. *se magis*, non, *si se m.*, cod. Naz., qui mox *consummavitque*, ubi vulgg. τῶν *que* carent.

fere nihil distabant, sententiae tam praeclarae sunt, ut parum mireris, quod Demetrium verbis factisque eas referentem et Senecae et omnis praestantissimi aetatis illius nominis, Thraseae Paetique (Tacit. Ann. XVI fin.) amore et admiratione sua dignissimum censuerint. *Deo nihil*: deus enim, Stoeae praeceptis, neque vindicat neque nocet. *Optimum* e. c. divitiarum, gloriae.

8. *planum*, aequum: viam commodam esse credit. *si* tanquam *sociale*. Iam Socrates, Cicerone Tusc. Qu. V, 37 teste, mundanum se esse dixit: eumque sequuti sunt omnes fere philosophi, imprimis Stoici. cf. Lipshii Physiol. Stoic. I, 8. *tempestatibus* i. affectibus, erroribus vitiisque: Sapiens describitur, qui, ut virtus illa Hesiodica, in firmo, alto ideoque sereno loco fiat.

II. Haec Demetrius noster utraque manu tenere proficientem iubet. haec nusquam dimittere, immo affigere et partem sui facere, eoque quotidiana meditatione perducere, ut sua sponte occurrant salutaria, et ubique ac statim desiderata praesto sint, et sine mora ulla veniat illa turpis honestique distinctio, sciatque nec malum esse ullum nisi turpe, nec bonum nisi honestum. Hac regula vitae opera distribuat: ad hanc legem et agat cuncta, et exigat: miserimosque mortalium iudicet, in quantiscunque opibus refulgebunt, ventri ac libidini deditos, quorum animus inertis otio torpet. Dicat ipse sibi: Voluptas fragilis est, brevis, fastidio obiecta: quo avidius hausta est, citius in contrarium recidens, cuius subinde necesse est aut poe-
3 niteat, aut pudeat. In qua nihil est magnificum, aut quod naturam hominis, diis proximi, deceat: res humilis, membrorum turpium ac vilium ministerio veniens, exitu foeda. Ista est voluptas et homine et vi-
4 ro digna, non implere corpus, nec saginare, nec cupiditates irritare, quarum tutissima est quies: sed perturbatione carere, et eam quam hominum inter se rixantium ambitus concutit, et eam quae intolerabilis ex
alto

II. Illa quae regunt mores in promptu sunt tenenda, ut sapientiam consequaris. Sapienti autem sunt omnia, non tamen ut Alexandro aliisque. — 1. *proficientem*, qui in via ad sapientiam est, qui iam promovit aliquid et profecit. cf. Lipsii *Manuduct. in philos. stoic.* II, 9.

2. *Dicat ipse sibi* etc. Haec esse contra Epicureos directa, facile apparet. Saepem autem noster hos repre-

hendit atque refutat, quia suo tempore vitiis cuiuscunque generis scatente Epicureismus perperam intellectus multis affectis gaudebat. Verbo moneo, respexisse videri ad Xenoph. *Memorab. Socr.* II, 1.

4. *et eam — concutit*, excitat. Duplicem perturbationem hic facit, a terra et a coelo. Illam, quae ex opibus, honoribus, spe metuque, ut verbo dicam, rerum humanarum proficiscitur:

alto venit, ubi de diis fama creditum est, vitiisque illos nostris aestimavimus. Hanc voluptatem aequallem, intrepidam, nunquam sensuram sui taedium, percipit hic quem deformamus quummaxime: qui, 5 ut ita dicam, divini iuris atque humani peritus, praesentibus gaudet, ex futuro non pendet. nihil enim firmi habet, qui in incerta propensus est. Magnis itaque curis exemptus, et distortquentibus mentem, nihil sperat, aut cupit, nec se mittit in dubium, suo contentus. Nec illum existimes parvo esse conten- 6 tum. omnia illius sunt non sic, quemadmodum Alexandri fuerunt: cui, quanquam in litore maris rubri steterat, plus deerat quam quâ venerat. illius ne ea quidem erant, quae tenebat, aut vicerat, quum in Oceano Onescritus praemissus explorator erraret, et

V 4

bella

tur: istam, quae a superstitione oritur et prava opinione de Diis, quos sibi similes faciunt homines, vitiis dediti, irati, ut et isti sint ultores vindicesque fulmine armati et apud inferos etiam tamquam tortores collocati. *hic quem—quummaxime* i. sapiens stoicus.

5. *divini iuris atque humana* i. philosophiae. *Divina* enim continent physicam et theologiam naturalem, *humana* dialecticam et moralem. cf. Ernesti Cl. Cic. Divinus. Scit itaque quum quae de mundo diisque homo cognoscere possit, et quomodo Dii colendi, tum nihil nisi turpe esse malum, nec bonum nisi honestum, ideoque quid homines de-

ceat, atque quid sibi aliisque debeat.

6. *Alexandri*. Similia vide Epist. 91, 17. 94, 61 etc., ubi iam notavimus, iniquiorem iusto fuisse Senecam in Alexandrum. *Onescritus*. Proprie Nearchum, non Onescritum praefuisse expeditioni, qua ante Chr. 326. terminos imperii sui orientem et meridiem versus explorari voluit Alexander, docet Arrianus in Exped. Alex. M. VI, 2, 6 ed. lipf. 1798. Noster tamen, uti etiam postea Plinius, ab Onescrito ipso in hunc errorem abducti sunt, quippe qui in libro suo de rebus gestis Alexandri mentitus erat, se classi praefuisse, quae per Indum Oceanumque usque ad

7 bella in ignoto mari quaereret. Non satis apparebat inopem esse, qui extra naturae terminos arma proferret? qui se in profundum, inexploratum et immensum, aviditate caeca profus immitteret? Quid interest, quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? tantum illi deest, quantum cupit.

III. Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit, quem per Liberi Herculisque vestigia felix temeritas egit, sed omnium quos fortuna irritavit implendo. Cyrum et Cambyfen, et totum regni Persici stemma percensere quem invenies, cui modum imperii satietas fecerit? qui non vitam in aliqua ulterius procedendi cogitatione finierit? Nec id mirum est. ^aquidquid cupiditati

a. *quidquid cupiditati contingit.* Sic codd. Grut. omnes: non, *contigit*, vulgg.

ad ostia Euphratis et Tigris navigaverit, quamquam non nisi uni navi praefuisse manifestum sit. Ceterum periculum istum Nearchi conservatum Arriano in Indicis egregie illustravit Wilh. Vincentus (the voyage of Nearchus from the Indus to the Euphrates etc. London 1797.) et bene edidit Schmieder Halis 1798. De Onesicrito cf. Fabric. Bibl. Gr. To. III. p. 47. 523 Harl. *Bella vero Alexandrum in ignoto mari quaesivisse, et in profundum se immisisse, negat historia.* cf. Arriani Indic. c. 32, 9 sq. *extra naturae terminos* declamatorie expressa sunt, quasi cum terris natura desineret et Oceanus ignotus et immotus, caligo et chaos deinde essent.

cf. ad Tacit. de morib. Germ. c. 45 not.

1. *quem per Liberi Herculisque — egit.* Fabulis de Bacchi et Herculis expeditionibus usi sunt scriptores de rebus gestis Alexandri M. et adultores: nec ingrata ei fuit haec comparatio cum istis diis inprimis propterea, ut milites suos aemulatione quadam rerum ab istis gestarum alacriores redderet ad longinquiorem secum expeditionem subeundam. cf. Schmieder ad Arriani Indic. c. 1, 7. *implendo* vota, indulgendo. *Cyrum* et eius filium *Cambyfen* et omnes insequutos reges Persarum usque ad Darium Codomannum, qui omnes fere expugnare aliena voluerunt per totam vitam.

piditati contingit, penitus hauritur et conditur. nec 2
 interest, quantum eo quod inexplebile est, congeras.
 Unus est sapiens, cuius omnia sunt, nec ex difficili
 tuenda. Non habet mittendos trans maria legatos,
 nec metanda in ripis hostilibus castra, non opportu-
 nis castellis disponenda praesidia: non opus est le-
 gione, nec equestribus turmis. Quemadmodum dii 3
 immortales regnum inermes regunt, et illis rerum
 suarum ex edito tranquilloque tutela est: ita hic offi-
 cia sua, quamvis latissime pateant, sine tumultu obit:
 et omne humanum genus, potentissimus eius optimus-
 que, infra se videt. Derideas licet: ingentis spiritus 4

V 5 res

2. *Unus est sapiens* etc. Sapiens sequitur descri-
 ptio, quem aliquoties iam vidimus a Stoicis propo-
 situm esse, ut docerent, quae quantaque virtus imperium-
 que rationis postulent: quod ut manifestius ostenderent,
 omnia illa, quibus homo Deo vel maxime proximus
 fieri possit, in eum congesterunt, tamquam exemplar,
 ad cuius similitudinem cuique annitendum esset. Qua
 in re non multum absunt ab eo consilio, quo et no-
 strae religionis doctores inde ab antiquissimo tempore
 usi sunt, ut Christum nobis exemplar, quod imitaremur,
 commendarent et proponerent. Hinc orta sunt illa
 paradoxa de sapiente, quae Cicero exposuit in libello,
 Paradoxa, inscripto, et de fin. III, 22. cf. Tiedemanni
 System der stoischen Philos. III, 270 sqq. *in ripis roma-*

no ritu eius temporis: in terminis imperii castra et
 castella erant ad ripas Euphratis, Danubii et Rheni
 contra Parthos, Dacos et Germanos.

4. *Derideas licet.* Quia insolito more paradoxa sua
 de sapiente pronuntiarent Stoici, risum adversariorum
 evitare vix potuere, qui hominum, praesertim sui
 aevi corrupti imbecillitatem ac vitiositatem intuentes,
 consilio, quo elata fuere, prorsus neglecto, praeter
 factum, verborum quoque alia diversaque significa-
 tione adhibitorum usum captarent, cupidinemque Stoeae
 insolita novaque dicendi et argutius quam clarius de-
 fendendi, calumniarentur atque deriderent. Cf. Horat.
 Serm. I, 3. Quod vero plerumque evenisse constat iis,
 qui philosophiae historiam callent, et nuper Kantii
 Criti-

res est, quum Orientem Occidentemque lustraveris animo, quo etiam remota et solitudinibus interclusa penetrantur, quum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatissime fundit, aspexeris, emitte hanc Dei vocem: Haec omnia mea sunt. Sic fit, ut nihil cupiat: quia nihil est extra omnia.

IV. Hoc ipsum, inquis, volui. teneo te: volo videre, quomodo ex his laqueis, in quos tua sponte decidisti, expliceris. Dic mihi, quemadmodum potest aliquis donare sapienti, si omnia sapientis sunt? nam id quoque quod illi donat, ipsius est. Itaque non potest dari beneficium sapienti: cui quidquid datur, de suo datur. atqui dicitis, sapienti posse donari. Idem autem me scito et de amicis interrogare. Omnia dicitis illis esse communia: ergo nemo quidquam amico donare potest: donat enim illi communia. — Nihil prohibet aliquid et sapientis esse, et eius qui

Criticismo invalescente factum esse. *Mea sunt* quatenus animo et cogitatione iis fruor, qui sciam et mihi haec facta esse. *extra omnia*, nam haec omnia censet sua.

IV. Et si omnia sapientis sunt, beneficia tamen dari sapienti possunt, ut regi, omnia quamvis possideat, tamen donare aliquis potest. — 1. *Inquis*. Acute et feliciter ad rem applicat, a qua videbatur abire. L.

2. *Omnia dicitis* vos Stoici: non quasi haec tamquam sibi propria dicerent, nam Pythagorae hanc bonorum communionem inter amicos adscribi constat, quippe qui primus dixit: *κοινὰ*

τὰ Φίλων εἶναι. cf. Menagium ad Diogenem Laert. VIII, 10. Receptit quoque Socrates. Hinc mutuati sunt Stoici, colore tamen suo alito: dixerunt enim, amicitiam esse quidem communionem necessariorum vitae, sed solos inter bonos propter similitudinem consistere posse. Diog. Laert. VII, 124 not. *Nihil prohibet* etc. Vna eademque res simul sapientis et possessoris esse potest: illius, quoniam omnia eius sunt, quatenus tamen cogitatione et mente tantummodo fruitur, huius, quatenus ipsis quocumque modo utitur. *descripta*, distributa, assignata.

qui possidet, cui datum et assignatum est. Iure civili omnia regis sunt: et tamen illa quorum ad regem pertinet univēsa possessio, in singulos dominos descripta sunt, et unaquaeque res habet possessorem suum. Itaque dare regi et domum, et mancipium,³ et pecuniam possumus: nec donare illi de suo dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Fines Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini privata terminatione distinguunt; ^a et totus ager huius aut illius reipublicae est: pars deinde suo domino quoque censetur. ideoque donare agros nostros reipublicae possumus, quamvis illius esse dicantur: quia aliter illius sunt, aliter mei. Numquid dubium est, quin servus cum peculio domini sit? dat tamen domino suo munus. Non enim ideo nihil habet servus, quia non est habiturus, si dominus illum habere noluerit: nec ideo non est munus, quum volens dedit, quia potuit eripi, etiamsi nolisset. Quemadmodum⁵

a. et totus ager huius aut illius reipublicae est. Coniectaneum est Erasmi, quod in textum recepit Muretus. Antea: et totus ager aut ullius reipublicae est, quomodo et codd. Naz. ac Col.: illius aut illius r. e. unus cod. pal. habebat: Codd. Pinciani ager aut illius r. e. Facile hinc est videre, τὸ huius casu excidisse, et Erasmmum rem acu tetigisse.

4. peculio, quod servus stituamus, necesse est, quovel ex diario comparfit, vel modo etc. Hac interpretatione admissa, nulla traiectione aut emendatione Livisavente. Adeo servi vicarii Gronoviique, qui locum erant in peculio servicum pro conclamato habebant, opus esse videtur:

5. Quemadmodum etc. modo memineris, probare Sensus: quemadmodum illud: omnia. sc. esse sapientis probemus, ego ac tu, pro ac ut interdum omitti solere explorato et certo habere ita, cuius quidem usus exemplaque quaedam attulit Heusinger ad Offic. Cicer. I, 1, 1. p. 4.

probemus omnia, nunc enim omnia sapientis esse, inter nos convenit, illud quod quaeritur colligendum est, quomodo liberalitatis materia aduersus eum supersit, cuius uniuersa esse concessimus. omnia patris sunt, quae in liberorum manu sunt: quis tamen
 6 nescit, donare aliquid et filium patri? Omnia deorum sunt: tamen et diis posuimus donum, et stipem iecimus. Non ideo quod habeo, meum non est, si tuum est: potest enim idem esse meum et tuum.
 b Is, inquit, cuius prostitutae sunt, leno est: omnia autem sapientis sunt; inter omnia autem et prostitutae sunt. ergo et prostitutae sapientis sunt. leno autem est, cuius prostitutae sunt: ergo sapiens est leno.
 7 Sic illum vetant emere. dicunt enim: Nemo rem suam emit: omnia autem sapientis sunt: ergo sapiens nihil emit. Sic vetant et mutuam sumere, quia nemo usuram pro pecunia sua pendat. Innumerabilia sunt, per quae cavillantur, quum pulcherrime, quid a nobis dicatur, intelligant.

V. ^aEnim sic omnia sapientis esse dico, ut nihilominus proprium quisque in rebus suis dominium ha-

b. *Is, inquit.* Sic nonnulli' codd. mss. quod recepi, eiecto *inquis.* Nam Liberalis idem ac Seneca sensit, omnia esse sapientis. *Inquit* itaque est, uti alibi plerumque, obiiciunt, et hoc convenit cum sequentibus: vetant et cavillantur.

a. *Enim sic.* Cod. Naz. et reliqui pal. praeter unum ita dant: restituit etiam inde Gron. Antea: *Enimvero sic.* Saepe autem τὸ *enim* periodum incipere notum est.

6. *stipem.* Varro de L. rius esse potest, sequitur, L. lib. IV. p. 50. bip. ubi sapientem esse etiam leno- cf. Scaliger., Diis, ait, cum nem etc. Sic *cavillantur* thesauris assem dant, stipem derident Epicurei aliique dicunt. cf. Lipsius ad Tacit. nos, *quum* etfi etc.

Annal. XIV, 15. *Is, inquit* V. Exemplis illustrat pro- aduersarius. Redit ad ob- positionem istam. — 1. *Tem-* iectiones aduersariorum hac *pus* — *venit.* Fortasse in via: Obiiciunt, si una ea- opere, cui tum vacabat, demque res et mea et alte- Magna Moralia appellat ipse,

beat: quemadmodum sub optimo rege omnia rex imperio possidet, singuli dominio. Tempus istius probandae rei veniet. interim hoc huic quaestioni sat est, id quod aliter sapientis, aliter meum est, me posse donare sapienti. Nec mirum est, aliquid ei, cuius est totum, posse donari. Conduxi domum a te: in hac aliquid tuum, aliquid meum. res tua est: usus rei tuae, meus est. Itaque nec fructus tanges, colono tuo prohibente, quamvis tua in possessione nascantur: et si annona carior fuerit, aut fames,

Heu frustra magnum alterius spectabis acervum,
in tuo natum, in tuo positum, in horrea iturum tua.
Nec conductum meum, quanquam sis dominus, in-
trabis: nec servum tuum, mercenarium meum ab-
duces: (et quum abs te rhedam conduxero, benefi-
cium accipies, si tibi in vehiculo tuo sedere permi-
sero. Vides ergo posse fieri, ut aliquis accipiendo
quod suum est, munus accipiat.

VI. In omnibus istis quae modo retuli, uterque eiusdem rei dominus est. quomodo? quia alter rei dominus est, alter usus. Libros dicimus esse Cicero- nis: eosdem Dorus librarius suos vocat: et utrum- que

ipse, hanc quaestionem ube- rius tractaverat, quae haud dubie probatione indigere videtur: etsi κατ' ἀνθρώπων argumenta non sine vi sint.

2. Versus est Virgil. Ge. I, 158. *horrea*, ubi grana tritici etc. asservantur, les magasins: hinc area messes terere dicebatur, loco quippe editiore in ipso agro parato, ubi statim trituratione fiebat: quo facto grana horreis illata sunt. Cf. Heyne ad Tibull. I, 5, 21 Obss.

3. *nec servum tuum*, quem a te conduxisti et nunc mercenarius meus est.

VI. Continuat. — 1. *Dorus librarius*. Bibliopolae nomen, ut Horatii tempore Solfii. *librarius* igitur non solum qui scribit, sed quoque qui vendit libros iam paratos usui. Sequentia hoc asserunt, et libraria apud Aul. Gellium est taberna vaenaliu librorum. Cf. Wower de Polymathia c. 6. fin.

que verum est. alter illos tanquam auctor sibi, alter tanquam emtor asserit: ac recte utriusque dicuntur esse. Utriusque enim sunt: sed non eodem modo. sic potest T. Livius a Doro accipere, aut emere libros suos. Possum donare sapienti, quod viritum meum est, licet illius sint omnia. Nam quum regio more ^a cuncta conscientia possideat, singularum autem rerum in unumquemque proprietas sit sparsa: et accipere munus, et debere; et emere, et conducere potest. Caesar omnia habet, fiscus eius privata tantum, ac sua: et universa in imperio eius sunt, in patrimonio propria. Quid eius sit, quid non sit, sine diminutione imperii quaeritur. nam id quoque quod tanquam alienum abiudicatur, aliter illius est. Sic sapiens universa animo possidet, iure ac dominio sua.

VII. ^a Bion modo omnes sacrilegos argumentis esse colligit, modo neminem. Quum omnes de saxo de-
iecturus

a. cuncta conscientia possideat. Omnium hanc codd. et edd. scripturam Muretus temere mutaverat, eiecto τῶν conscientia. — *a. Bion.* Aberrationes Dio s. *Dic modo* librorum historiam philof. ignorantium sollennes sunt.

2. *Fiscus*: ab aerario haec tur. Dionis aetate bona principis propria se- omne fisci et aerarii discrimen evanuisse videtur 53, 22. Sed conferendi sunt de tota hac re Hegewischii et Bossii libri bonae frugis pleni, qui anno 1804 editi sunt.

VII. *Bion* borysthenita Theophrasti tempore vixit eiusque discipulus fuit, sed deinde eclecticum se gessisse videtur. Gratiolus fuit apud regem Macedoniae, Antigodum I, circa ol. 120. Cf. nos ad Senec. de Tranq. An. c. 8, 2 Opp. Vol. I. p. 351.

Addas

iecturus est, dicit: Quisquis id quod deorum est, sustulit et consumpsit, atque in usum suum vertit, sacrilegus est: omnia autem deorum sunt: quod quisque ergo tollit, deorum tollit, quorum omnia sunt: ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est. Deinde quum² effringi templa, et expilari impune Capitolium iubet: dicit, Nullum sacrilegium esse. quia quidquid sublatum est ex eo loco qui deorum erat, in eum transfertur locum, qui deorum est. Hic respondetur: Omnia quidem deorum esse, sed non omnia diis dicata. In his observari sacrilegium, quae religio numini adscripta. Sic et totum mundum deo-³rum esse immortalium templum, solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum: et tamen a sacris profana discerni, et non omnia licere in angulo, cui nomen fani impositum est, quae sub coelo et conspectu siderum licent. Iniuriam sacrilegus Deo quidem non potest facere: quem extractum sua divinitas posuit: ^b sed punitur, quia tanquam

b. *sed punitur.* Sic omnes boni codd. quibus *tamen* abest post *sed.* Mox *viritim ei f.* optimi codd. dant, non, quod Muretus habet, *vicissim ei f.* Sic cap. VI, 1 est, *quod viritim meum est.*

Addas Brucker. I. p. 607 sq. Schol. de satyricis libris intellexit. *de saxo tarpeio*, dictum hoc Bionis a nemine veterum, quantum scio, romano ritu, nam id supplicium in magnis sceleribus. L.

2. *Capitolium.* Seneca libere transtulit verba Bionis, qui haud dubie de Acropolis quadam, fortasse Athenarum, loquutus fuerat. Ceterum Theodori athei discipulum in his Bionem facile agnoscas. *observari* et puniri.

3. Bene eum Seneca refutavit:

Dictum hoc Bionis a nemine veterum, quantum scio, romano ritu, nam id supplicium in magnis sceleribus. L.

crit. To. I. p. 568 not. J., ubi huius loci meminit, monitu alacrior factus horulas impenderim quaerendo et excutiendis adversariis. Saepe Bionis dicta laudantur, e quibus Diog. Laert. IV, 46 sq. nonnulla collecta dedit. Horat. Epp. II, 2, 60. Bionis sermones laudat, quos

4quam Deo fecit. Opinio illum nosira ac sua obligat poenae. Quomodo ergo sacrilegus videtur, qui aliquid aufert sacri, etiamsi quocunque transtulit, quod surripuerat, intra terminos est mundi: sic et sapienti furtum potest fieri. Aufertur enim illi non ex his quae uniuersa habet, sed ex his quibus dominus inscriptus est, quae viritim ei seruiunt. Illam alteram possessionem agnosceret, hanc nolet habere, 5etsi poterit: emittetque illam vocem, quam Romanus Imperator emisit, quum illi ob virtutem et bene gestam Rempublicam tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire potuisset: Non est, inquit, vobis eo opus cive, cui plus opus sit, quam uni civi. Quanto maioris viri putas, respuisse hoc munus, quam meruisse? multi enim fines aliis abstulerunt, sibi nemo constituit.

VIII. Ergo quum animum sapientis intuemur potentem omnium, et per uniuersa dimissum, omnia illius

futavit: quae est quoque Baylii sententia. In reipublicae leges peccat, quatenus haec a sacrilego surrepta, erant Deo dicata ut propria nec ideo a quocquam tangenda.

4. *viritim*. sic supra c. 6, 1. quod viritim meum est, i. e. mihi ut personae publ. in caput meum transcriptum et iure assignatum.

5. *Romanus Imperator*. Fuit Man. Curius Dentatus, qui devicto Pyrrho a. u. 479, quum senatus septena agri populo, ipsi autem quinquaginta decrevisset, popularis assignationis modum non excessit, parum idoneum

reipublicae civem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non esset, ut verbis Valerii Max. IV, 3, 5 utar. Narrat idem Plin. H. N. 18, 3. Suo more hoc Seneca extulit, hoc est, iusto argutius. *quantum — potuisset*, quantum bobus uno sulco circumduxisset. Muretum, qui Varr. Lectt. 19, 18 de Horatio Coclite haec intelligenda putavit, bene refutavit Lipsius e Valerio et Plinio.

VIII. Sapiens animo omnia possidet. Exemplum est Demetrius, cuius egregia dicta asseruntur usque ad c. XII.

illius esse dicimus, quum ad hoc ius quotidianum, si ita res tulerit, capite censebitur. Multum interest, possessio eius animi magnitudine aestimetur, an censu. haec uniuersa habere, de quibus loqueris, abominabitur. Non referam tibi Socratem, Chryspum, Zenonem, et ceteros magnos quidem viros, maiores ^a quidem, quia in laudem vetustorum inuidia non obstat. Paulo ante Demetrium retuli: quem ² mihi

a. *quidem*. Optimi sic codd. Erasmus: *tamen*; quippe qui repetitionem, non tamen profus insolitam, vitans suo, ut putasse videtur, iure, nec ullo codice adiutus, posuit.

1. *quum ad hoc ius quotidianum* quo utimur et quo aliquid possidemus. *capite* suo, statu, conditione et rebus quas suas esse dicit. Aspicit autem, recte observante Lipsio, ad tabulas censuales, in quibus viritum singuli et eorum opes describebantur. Itaque tunc, inquit, non tantas ei opes dabo, sed communi et civili iure censum capitis eius inspiciam et pro eo aestimabo. *quia in laudem* — *obstat*. Eandem observationem haud raro obviam sic expressit Horat. Carm. III, 24, 31: Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quaerimus, invidi. Vellei. Pat. II, 92. Praesentia invidia, praeterita veneratione persequimur: his nos obrui, illis instrui credimus.

2. *Paulo ante Demetrium retuli* c. 1, 3. *nec nos ab illo corripisse* i. e. Gronovio interprete, nec nos conta-

gione et consuetudine eius posse emendari et ad similitudinem tantae virtutis formari. Convicium saeculo facit auctor praestanti sensu: istis temporibus potissimum ideo datum Demetrium, ut ostenderetur numquam mores vitamque adeo esse corruptam, ut perfectum et consummatum virtute virum trahat atque inficiat, neque ullam virtutem esse tantam, quae praesenti morum corruptioni possit subvenire. *non concinnatae*, ornatae et venustae. cf. Ernesti iun. Lexic. technol. lat. rhet. concinnitas. Eloquentiam Demetrii comparat Schweigh. ad Epicteti Diss. init. p. 7 nott. cum ea, quam Arrianus Epicteto tribuit. *exemplum* quia D. nec a nostris quidem vitii corruptus est. *Convicium* quia ab illo emendati non sumus, qui hoc aut nemo alius praestare poterat.

mihi videtur rerum natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet, ^b nec illum a nobis corrumpi, nec nos ab illo corripiri posse: virum exactae, licet neget ipse, sapientiae: firmaeque in his, quae proposuit, constantiae: eloquentiae vero eius, quae res fortissimas deceat, non concinnatae, nec in verba sollicitae, sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis. Huic non dubito, quin providentia et talem vitam, et talem dicendi facultatem dederit, ne aut exemplum seculo nostro, aut convicium deesset.

IX. Demetrio si res nostras aliquis deorum possidendas velit tradere sub lege certa, ne liceat donare, affirmaverim repudiaturum, ^a dicturumve: „Ego vero me ad istud inextricabile pondus non alligo, nec in altam faecem rerum hunc expeditum hominem demitto. Quid ad me defers populorum omnium mala? quae nec daturus quidem acciperem: quoniam multa video, quae me donare non deceat. Volo sub conspectu meo ponere, quae gentium oculos regumque praestringunt? volo intueri pretia sanguinis, animarumque vestrarum? Prima mihi luxuriae spolia propone: sive illa vis per ordinem expandere, sive, ut est melius, in unum acervum dare. ² Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, et

b. *nec illum a nobis corrumpi, nec nos ab illo corripiri posse.* Vulgata est omnium librorum lectio: quam cur deseramus, nulla causa est. — a. *dicturumve* reposui ex omnibus mss. codd. loco vulg. *dicturumque*. Mox *nec in altam faecem* ex con. Gruteri est, quum darent codd.: *in aliam faecem*. Erasimus: *in illam faecem*.

1. *hunc expeditum hominem* nullo rerum onere impeditum Demetrium. Lipsius addit, quod est in paupertate. *pretia sanguinis* — *vestrarum*, quibus sanguinem et animam impenditis.

2. *testudinem* (Schildpatt) qua polles, lectos et repositoria maxime ornabant. Plin.

et foediffimorum pigerrimorumque animalium testas, ingentibus pretiis emtas, in quibus ipsa illa quae placet varietas, subditis medicamentis, in similitudinem veri coloratur. Video istic menfas, et aestimatum lignum senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos, arboris infelicitas torfit. Video 3 istic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium.

X 2

omnium

H. N. IX, 11: testudinum putamina secare in laminas lectosque et repositoria his vestire Carvilius Pollio instituit prodigi et sagacis ad luxuriae instrumenta ingenii. In Luciani Asin. c. 53 occurrit *κλίνη μεγάλη ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη*. Vertit Appul. Metam. lectus indica testudine pellucidus: ex eius verbo nota, ait Lipsius, lucem et splendorem affuisse etc. Iam Virgil. Ge. II, 463 varios pulchra testudine postes dixit. coll. Ovid. Metam. II, 737 etc. et — *testas* per appositionem, ut testudines contemptu dignissimae appareant. *subditis medicamentis*, coloribus alijs superpositis: ita laminae coloratae, ut varietas et scrupulosa distinctio existeret. Laudat apposite Lipsius Plinii H. H. 16, 3. qui, Neronis, ait, principatu inventum esse, ut testudo tunc in ligni bracteas secaretur et ut pigmentis perderet se, pluriusque vaeniret imitata lignum. *menfas* e citro. E Mauretania affere-

bantur arbores eiusmodi. Plin. H. N. 13, 15. Petron. de mutat. Rep. 28. ubi cf. Wernsdorf. Poet. lat. min. III. p. 29 sq. qui et nostriloci memor fuit. Ciceronem orbem citri primum omnium Romanorum emisse pro summa nostrae monetae 100 Frideric. aur. tradit Plin. N. H. 13, 15.

3. *crystallina*. Plin. 33 init.: Crystallina ex eadem terra effodias, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. 37, 2 cum murrhina quoque iungitur ac describitur. Pertinet autem ad silicem quarzum crystallum: nobis notus est nomine crystalli montani, *crystal de roche*. *accendit*, auget. De *murrhina* cf. ad Ep. 119, 4 not. Vocat haec *murrhina* s. murrea pocula statim improprie *capaces gemmas*: sic Lucan. X, 160 de luxu in aula Cleopatrae: manibusque ministrat Niliacas crystallus aquas: gemmaeque capaces Excepere merum. Ceterum quoque veras gemmas formatas in pocula vini offert Apul.

omnium enim rerum voluptas apud imperitos, ipso quo fugare debet periculo, crescit. Video ^b murrhina pocula: parum scilicet luxuria magno fuerit, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se pronuntiant. Video uniones, non singulos singulis auribus comparatos: iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt: iunguntur inter se, et insuper alii binis superponuntur. non satis muliebris infania viros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia auribus
 fin

b. *murrhina*. Naz. Rottendorf. Erfurt. et omnes Gruteri: *murrea*: quod h. l. repositum malim. Utrumque tamen recte. Sic Propert. IV, 5, 26 *murrea* habet: variant etiam Ep. 119, 4 codd. mss., alii *murrhina*, alii *murrea*, praebentes, ubi Erasmus sequutus sum: quamquam Gronovius *murrea* praesferret. Mox *capacibus gemmis inter se pronuntiant* antiqua lectio et genuina est omnium codd.: Naz. enim *magno fuerint — inter se pronuntiant*, alii *magna fuerint — pronuntiant*: parvo aut nullo fere discrimine. Hinc Lipsius *permutarint*, vel *permutaverint* facere maluit: quatenus alternabant inter se pocula et portiones. Erasmus fecerat *propinarent*. Cf. not.

Apul. Metam. II. p. 138 Ruhnken., et mos, ut e gemma bibendi, ita post coenam quae bibissent, *evomendi* notissimus est, vel e Schelleri Lexico. Sensus est: Non satis est luxuriae, bibere quod mox vomant, sed capacibus ideoque pretiosissimis his gemmis s. murrhinis poculis pronuntiant inter se, i. e. declarari et iactari oportet invicem illud vinum, et vetustum, quoniam poculis continetur egregiis, et multum, quoniam pocula sunt ampla, ideoque mox ut vomant convivae necesse est. Monui haec, quandoquidem, quae tamen nostra interpretum omnium imbe-

cillitas interdum fuit eritque, nodum in scirpo quaerentes pro conclamato declararunt Erasmus, Gruterus, Lipsius, Gronovius aliique.

4. *Video uniones* etc. De luxu hoc mulierum noster de vita beat. c. 17, 2 not. ait: quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Iuvenal. I, 456. Sueton. Caes. 50. Vitell. 7. Attingunt quoque praeter alios Plin. 9, 35. Petron. c. 55. p. 271 ibiq. Burm. hunc luxum, qui in domus Augustae ministeriis auriculae ornatricibus ortum dedit. Cf. Gruteri Inscript. p. 579, 2.

singulis pependissent. Video fericas vestes, si vestes⁵ vocandae sunt, in quibus nihil est quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit: quibus sumtis, mulier parum liquido, nudam se non esse, iurabit. Haec ingenti summa, ab ignotis etiam ad commercium gentibus arcessuntur, ut matronae nostrae, ne adulteris quidem, plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.

X. „Quid agis avaritia? quot rerum caritate aurum tuum victum est? omnia ista quae retuli in maiore honore pretioque sunt. Nunc volo tuas opes recognoscere, laminas utriusque materiae, ad quas cupiditas nostra caligat. At mehercule terra, quae

X 3 quid-

5. *Sericas vestes*, a Seribus nominatas, natione quadam, quae in Tangut haud procul ab occidentalibus Sinae finibus, iudice Matth. Sprengelio in Geschichte der geograph. Entdeckungen p. 126. ed. II., sive in Sina ipsa, si ff. Vossium et Hagerum (cf. Allgem. Litt. Zeit. anni 1807. nr. 174. p. 149.) sequi malueris, habitavit. Similes vestes iam antea e bysso, s. lana gossypii arboris Linn. in Insula Coe confici solebant, tam tenues, ut in publico matrona transluceat, ait Plin. N. H. 16, 17. Senec. Ep. 90, 21. not. *ab ignotis* etc. Serum enim extra Gangem habitantium notitia aliqua Romam venerat hoc ipso Senecae, qui teste Plinio de India accuratissime egerat in libro diu perditto, tempore. cf. Heeren de Graecor. de India no-

titia in Commentatt. Soe. reg. Gotting. T. IX. X. Merces Serum tum per Aegyptum, tum per diversa Asiae itinera Romam venire: cum Seribus ipsis Romae nullum fuit commercium.

1. Cynico philosopho haec invectiva verba in avaritiam et eius materiam dignissima sunt, quae tamen iam in Sclio Nicocreonis antiquissimo. (cf. Brunck. Anal. To. I. p. 148. nr. 1.) occurrunt, ubi Iacobs quaedam similia collegit in Animadv. p. 274. cf. Epist. 94, 57. Sallust. Catil. c. 17 etc. *laminas* auri argentique. Inimice laminae est ap. Horat. Carm. II, 2, 2 ubi Benth. nec nostri loci immemor fuit. *At mehercule* — *incubuit*. Horat. l. l. ait similiter: Nul- lus argento color est avaris Abdito terris: qui locus ex nostro lucem accipit, ne rō

quidquid utile futurum nobis erat protulit, ista defodit et merfit, et ut ^a noxiosis rebus ac malo gentium in medium prodituris, toto pondere incubuit. Video ferrum ex iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum et argentum: ne aut instrumentum in caedes mutuas deesset, aut pretium. Et adhuc ista aliquam materiam habent: est in quo errorem oculorum animus subsequi possit: video istic diplomata, et syngraphas, et cautiones, vacua habendi simulacra, ^b umbras quasdam avaritiae laborantis, per quas decipiant animum, inanium opinione gaudentem.

3 Quid enim ista sunt? quid foenus, et kalendarium, et

a. *noxiosis*. Sic codd. optimi, non *noxiiis*, quod vulgg. habent. Sed utrumque recte. — b. *umbras quasdam avaritiae laborantis*. Sic Erasmus. Codd. variant, *umbra quaedam*, *umbra quadam*. Fortasse hae voces scholii locum obtinent. Gruteri codd. deinceps non *per quas*, sed *per quae* habent.

avaris intelligas cum Döringio amiciff. de hominibus.

2. *Video ferrum — prolatum*. cf. Tibull. I, 10. *est in quo — possit*: oculi quidem falluntur in hoc, quod dignitatem honoremque his metallis tribuant, sed animus hunc errorem subsequitur et in bonum usum convertit, quatenus inde vasa etc. confici possunt. Vanae autem sunt illae *membranulae*, quae donationes aut beneficia principum, *diplomata*, assignationes aut contractus, *syngraphas* et obligationes sub chirographo, *cautiones* continent, et docent fidem omnem evanuisse etc.

3. *Kalendarium* liber foe-

nebris. *extra naturam*: non enim ipsa haec produxit, sed avaritia et habendi studium invenit. *vaenale tempus*, quia usura solvebatur pro tempore, quo quis forte utitur. *sanguinolentae centesimae*: Molestissimas et gravissimas fuisse Romae usuras notum est, vel e Livio, Horatio Serm. I, 2, 14 aliisque. Centesimae sc. partes fortis. Huc trahunt Plin. Ep. X, 62 qui ait, duodenis assibus debere vel mutuari solenne esse eo tempore: quos, explicant, solutos esse quotannis pro centenis assibus, adeoque quovis mense unciam. Inde Lipsius perperam ait: quae centesimo mense (unde nomen) fortem aequant.

et usura, nisi humanae cupiditatis extra naturam quaesita nomina? Possum de rerum natura queri, quod aurum argentumque non interius absconderit, quod non illis maius, quam quod detrahi posset, pondus iniecerit. Quid sunt istae tabulae, quid computationes, et vaenale tempus, et sanguinolentae centesimae? Voluntaria mala ex constitutione nostra 4 pendentia, in quibus nihil est, quod subiici oculis, quod teneri manu possit, inanis avaritiae somnia. O miserum, si quem delectat sui patrimonii liber magnus, et vasta spatia terrarum colenda per vinctos, et immensi greges pecorum per provincias ac regna

X 4

pascen-

aequant. Alii $8\frac{1}{2}$ pro centenis quovis mense, ideoque duodecim mensibus praeterlapsis centesimas solutas esse; quas sanguinolentas iure meritoque quis appellare possit. cf. Stroth. ad Liv. VII, 16 quem sequitur Hugo in Lehrbuch der Geschichte des röm. Rechts §. 95 p. 113. ed. III. Meretur quoque comparari Heineccius in Antiq. rom. ad Institut. III, 15.

4. *constitutione animi nostra* perversa, qua descivimus a natura: quod queritur saepe, e. c. Ep. 122. Nullam autem hae res materiam habent, quum sint papyraceae et imaginariae. *O miserum* etc. Iam republica libera, Catonis adeo maioris tempore, haec mala, quae Demetrius hic conqueritur, viguisse, Plutarchus e. c. IV p. 623. Columella I, 8 aliique affatim docent. Quibus ortum de-

dere luxuria, divitiae inaequalissime divisae et maxime latifundia: quis nescit, e. g. L. Marc. Philippi trib. pl. querelam apud Cicer. de Off. II, 21 agrarias leges suadentis: non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent? Ubique ab eo inde tempore, saeculo urbis conditae sexto, servis, quorum multitudinem bella servilia et ludi atque ergastula gladiatorum satis docuere, ager Romanorum ditiorum coli coeptus est, et pascua praeferrri, eodem etiam Catone auctore, Cic. de Off. II, 25, 5. Columella VI praef. *et aedificia* — *vinctentia*. Epist. 90, 43 ait adeo: Non habebant domus instar urbium. Respexit fortasse Neronis domum auream, quam is a Palatio Esquilias usque fecit, Suet. c. 31 narrante.

pascendi, et familia bellicolis nationibus maior, et aedificia privata laxitatem urbium magnarum vincen-
5tia! Quum bene ista, per quae divitias suas dispo-
suit ac fudit, circumspexerit, superbumque se fece-
rit, si quidquid habet, ei quod cupit comparet, pau-
per est. Dimitte me, et illis divitiis meis redde.
Ego regnum sapientiae novi, magnum, securum.
ego sic omnia habeo, ut omnium sint.“

XI. Itaque quum ^a C. Caesar illi ducenta donaret,
ridens reiecit, ne dignam quidem summam iudicans,
qua non accepta gloriaretur. Dii deaeque, quam
^b pusillo illum animum aut honorare voluit, aut cor-
rumpere! Reddendum egregio viro testimonium est.
Ingentem rem ab illo dici audivi, quum miraretur
Caii dementiam, quod se putasset tanti posse mutari.
Si tentare, inquit, me constituerat, toto illi fui ex-
periendus imperio.

XII.

^a. C. Caesar. Caius C. adiecit Pinc. e coniectura. recte:
quamvis in nullo Cod. mss. apparet. — ^b. pusillo. Redu-
xit Gron. e Naz. et multis aliis. Antea *pauvillo*. cf. supra
II, 27, 1. 34, 3.

XI. Quae dixit Demetrius, ut philosophos aliosque vi-
ipfis factis refert. — *Ca-* ut philosophos aliosque vi-
ius Caesar Caligula. *ducen-* ros doctos in aula praemiis
ta sestertia: quinque millia satis lautis alerent, quo ri-
Philippicorum. L. Nunc fa- dendi sibi materiam ex
cerent summam 2000 Frideric. eorum moribus rixisque pa-
aur., si unum sestertium rarent: exemplo sint ex an-
aequat decem Frideric. aur. tiquitate plerique Ptolemae-
corrumpere ad opum et pec- orum, ut recentiores omit-
cuniae amorem possessio- tam ut satis notos. Egre-
nemque traducere voluit gie tamen hic Cynicus, opum
Caligula, tyrannus ille, qui contemtor, partes suas tui-
homines virtutemque con- tus est. Nec aliter Seneca,
temnens nihilque philoso- quamvis ditissimorum unus,
phis fidens, pecunia hac De- egit: quippe qui, Tacito
metrio oblata, derisui eum, Ann. 14, 52 sq. referente,
si accepisset, traducere vo- omnia sua Neroni traditu-
luit: qui quidem mos regi- rus erat: sed in libro de
bus saepe familiaris fuit, vita beata hunc animum
egregie ostendit.

XII. Sipienti ergo donari aliquid potest, etiam si sapientis omnia sunt. Aequè nihil prohibet, quum omnia amicis dicamus esse communia, aliquid amico donari. Non enim mihi sic cum amico communia sunt, quomodo cum socio, ut pars mea sit, pars illius: sed quomodo patri matrique communes liberi sunt: quibus quum duo sunt, non singuli singulos habent, sed singuli binos. Primum omnium iam² efficiam, ut quisquis est iste, qui me in societatem vocat, sciat se nihil mecum habere commune. Quare? quia hoc consortium solum inter sapientes est, inter quos amicitia est. ceteri non magis amici sunt, quam socii. Deinde pluribus modis communia sunt. Equestria omnium equitum Romanorum sunt: in illis³ tamen locus meus fit proprius, quem occupavi. hoc si cui cessi, quamvis illi communi re cesserim, tamen aliquid dedisse videor. Quaedam quorundam sub certa conditione sunt. habeo in equestribus locum, non ut vendam, non ut locem, non ut habitem: in hoc tantum, ut spectem. Propterea non mentiar,⁴ si dicam me habere in equestribus locum: sed quum in theatrum veni, si plena sunt equestria, et iure habeo locum illic, quia sedere mihi licet: et non habeo, quia ab his, cum quibus ius mihi loci com-
X 5 mune

XII. Conclusio. Sipienti stoico dogmate: reliqui non-donari aliquid potest, ut nisi sunt amici temporarii, amico. — 1. *socio*, e. c. qui etiam si parentes, liberi, mecum vectigalia ut publicanus redemit, meus con- III, 16.
fors est. cf. Ernesti Clav. 3. *Equestria* sc. loca, sunt
Cic. h. v. et interp. ad Horat. gradus quatuordecim, in qui-
Carm. III, 26, 60. *pars mea* bus equiti tantum sedere et
i. fors (actie) quam contri- spectare ludos licebat. A. u.
bui. c. 686 lege L. Roscii Othonis
2. *inter sapientes*. Soli ius in quatuordecim sedendi
sapientes inter se amici, dabatur. Dio Cass. 36, 25.
quia hi soli bona noscunt, *hoc si cui* sc. equiti.

mune est, occupatus est. Idem inter amicos putari fieri. Quidquid habet amicus, commune est nobis: sed illius proprium est, qui tenet. uti ^a his, illo non
 5 lente, non possum. Derides me, inquis. Si quod amici est, meum est, liceat mihi vendere. Non licet. nam nec equestris, et tamen communia tibi cum ceteris equitibus sunt. Non est argumentum, ideo aliquid tuum non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim est, etiam quod sub lege certa tuum est. ^b Accepi, sed cuncti non minus.

XIII. ^a Ne te traham longius, Beneficium maius esse non potest: ea per quae beneficium datur, possunt esse maiora: et plura, in quae se undique benevolentia effundat, et sic sibi indulgeat, quemadmodum amantes solent: quorum plura oscula, et complexus arctiores, non augent amorem, sed exercent. Haec quoque, quae venit quaestio, profligata

- a. *his*. Addidi e codd. Naz. etc. cum Gron., qui observat, etsi praecedat *quidquid*, tamen quia hoc collectivum est, bene ei respondere *his*, relatum ad sensum, non ad vocem.
- b. *Accepi, sed cuncti non minus*. Cum Gron. hanc palat. tertii, sed non in margine, ut ait, exstantem lectionem recepi: τῷ *habes* post *minus* carent optimi codd. Antea: *Accepi, sed certe non minus habes*. Nempe acceperunt illud, quod tuum quoque est; quia commune est. Dixit de equestribus: *communia tibi cum ceteris equitibus sunt*.
- a. *Ne te traham longius*. Muretus monuit, defectum h. l. esse. Sed nulla huius coniecturae causa est. cf. not.

XIII. Aliae quaestiones. Beneficia sunt paria et aequalia. Voluntate constant beneficia. — 1. *Ne te traham longius* etc. Transcendi modus est ad aliam quaestionem, nec deest quidquam. In illa antegressa quaestione amicum iusto longius detenuerat, ideoque ad aliud transire studet: Beneficium beneficio maius esse non potest. Quum Stoici omnia recte facta (τὰ κατὰ νόμον) paria esse consentirent, ut notum est vel e Ciceronis Paradoxis, sequebatur et beneficia esse paria. haec quoque in prioribus inchoavit, et paene confecit. II, 31 seq.

ta est in prioribus: itaque breviter perstringetur. Possunt enim in hanc, quae data sunt aliis, argumenta transferri. Quaeritur, an qui omnia fecit, ut beneficium redderet, reddiderit. Ut scias, inquit, illum non reddidisse, omnia fecit, ut redderet. Apparet ergo, non esse id factum, cuius faciendi occasionem non habuit. Ut creditori suo pecuniam non solvit is, qui ut solveret, ubique quaesivit, nec invenit. Quaedam eius conditionis sunt, ut effectum **3** praestare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent. Si omnia fecit ut sanaret, peregit medicus partes suas. etiam damnato reo, oratori constat eloquentiae officium, ^b si omni iure usus est. Laus imperatoria etiam victo duci redditur, si et prudentia, et industria, et fortitudo muneribus suis functa est. Omnia fecit, ut beneficium redderet: **4** obstitit illi felicitas tua. Nihil incidit durius, quod veram amicitiam experiretur. Locupleti donare non potuit, sano assidere, felici succurrere: gratiam retulit, etiam si tu beneficium non recepisti. Praeterea, huic intentus semper, et huius rei tempus

b. *si omni iure usus est.* Sic in cod. Col. et aliis ap. Grut. Lipsiumque. Cod. Naz. *si omni si omni rursus est*, ubi libarii repetitionem earum vocum invenio, non cum Gronovii veteris scripturae vestigia. Proinde non suffragor Gronovio calidius iusto emendanti: *Si omni se in omnia usus est.* Erasimus: *si omni arte usus est.* Mox *Laus imperatoria etiam victo duci redditur* Lipsii est emendatio, quum antea esset: *laus imperatori etiam victo et duci r.* Codd. Naz. et Col. dabant: *L. imperatori etiam victo d. r.*

2. *Possunt — hanc* sc. ei suppeditabat et permit-
quaestionem. *inquit* obii-
citur. tebat, si omnia quae face-
re licebat, fecerit.

3. *Quaedam etc.* Respondet
obiectiioni. *praestare debe-*
ant, e. c. debita creditori
solvi debent. *si omni iure*
usus est i. e. si omnia at-
tulit, quae ius in hac causa
4. *Omnia fecit* is qui be-
neficia accepit et reddere
voluit: sed quum res tuae
optime succederent, nulla
illi occasio gratiam referen-
di fuit.

pus opperians, qui in hoc multum curae, multum sedulitatis impendit, plus laboravit, quam cui cito referre gratiam contigit.

XIV. Debitoris exemplum dissimile est: cui parum est pecuniam quaesisse, nisi solvit. Illic enim fiat acerbus super caput creditor, qui nullum diem gratis occidere patiatur: hic benignissimus, qui quum te viderit curantem et sollicitum atque anxium, dicat: Mitte hanc de pectore curam. Desine tibi molestus intare: omnia a te habeo. Iniuriam mihi facis, si me quidquam amplius desiderare iudicas. Plenissime ad me pervenit animus tuus. Dic, inquit, mihi: reddidisse beneficium diceres illum, qui sic gratiam retulit? Eodem ergo loco est, qui reddidit, et qui non reddidit. Contra, nunc illud pone, si oblitus esset accepti beneficii, si ne tentasset quidem gratum esse, negares illum gratiam retulisse? At hic diebus noctibusque se lassavit, et omnibus aliis renuntiavit officiis, huic uni imminens, et operatus, ne qua se fugeret occasio. Eodem ergo loco erunt, ille qui curam referendae gratiae abiecit, et hic qui nunquam ab illa recessit? iniquus es, si rem, a me exigis,

a. *operatus*. Sic omnes codd. Muretus amplexus est: *opperians*.

XIV. Inter creditorem et benefactorem maximum discrimen est. Voluisse et attentasse satis est. — 1. *qui nullum diem* elapsis Calendis, sive Idibus, terme à rigueur, ultimo quo solutio fortis aut usurae fieri et redigi a creditore solebat: cuique diei inscribit ille usuram solvendam. *Instare*, te ipsum urgere et premere. 2. *Inquit*, obiicitur. An putares, sic gratum retulisse beneficium? *Contra*, enimvero, at vero, est obiiicientis, qui oblitum beneficii accepti et gratiae referendae cupidum inter se opponit etc., non respondentis obiectioni per similem obiectionem. 3. *Operatus* qui alicui rei operam dedit. Lipius laudat de brev. vit. c. 12, 3. Sed cf. Lexica.

exigis, quum videas animum non defuisse. Ad summam, puta, quum captus esses, me pecuniam mutuatum, rebus meis in securitatem creditoris oppositis, navigasse hieme iam saeva, per infesta latrociniis litora, emensum quidquid periculi afferre potest etiam pacatum mare: peragratis omnibus solitudinibus,⁴ quum quos nemo non fugiebat ego quaererem, tandem ad piratas perveni: et iam te alius redemerat. negabis me gratiam retulisse? etiamne si in illa navigatione pecuniam, quam saluti tuae contraxeram, naufragus perdidisti? etiamne si in vincula quae detrahere tibi volui, ipse incidi? Negabis me retulisse gratiam? At mehercle Athenienses, Harmodium et Aristogitonem, tyrannicidas vocant: et Mucii manus in hostili ara relicta, instar occisi Porfenaë fuit: et semper contra fortunam luctata virtus, etiam citra effectum propositi operis, enituit. Plus praestitit, qui fugientes occasiones secutus est, et alia atque alia captavit, per quae referre gratiam posset, quam quem sine ullo sudore gratum prima fecit occasio.

XV. Duas, inquit, res ille tibi praestitit, voluntatem,

4. *quam quos* piratas. sunt, ut videre licet vel e Cogitasse videtur de piratis Scolio notissimo Callistrati inprimis Africae, Aegypti, in Brunckii Anal. To. I. p. qui vel post Pompeii tempora idemdem maria passim infestabant et littora; Hippias non ab iis interfectus quarto demum anno post Athenis eiiceretur, pro horum saepe mentio fit in libris eroticis, e. c. ab Heliodoro, Charitone etc. libertatis tamen vindicibus

5. *tyrannicidas*. Hipparchum natu maximum Pistrati filium, et, ut fama ferebat, etiam Hippiam, interfecerunt ol. 66, 2: id-eoque ab Atheniensibus semper magni facti et laudati

et auctoribus celebrabantur. cf. Valcken. ad Herodot. V, 55 p. 398, 66. Meiners Geschichte der Wiss. II, 87. XV. In locum rei quandoque succedit bona voluntas. — 1. *voluntatem otiosam*.

tatem, et rem: tu quoque illi duas debes. Merito istud diceres ei, qui tibi reddidit voluntatem otiosam: ^a huic vero, qui et vult, et conatur, et nihil intentatum relinquit, non potes dicere. utrumque enim praestat, quantum in se est. Deinde, non semper numero numerus aequandus est. aliquando una ² res pro duabus valet. Itaque in locum rei succedit tam propensa voluntas, et cupida reddendi. Quodsi animus sine re, ad referendam gratiam non valet: nemo adversus deos gratus est, in quos voluntas sola confertur. Diis, inquit, nihil aliud praestare possumus. Sed si huic quoque, cui referre gratiam debeo, nihil aliud praestare possum: quid est, quare non eo adversus hominem gratus sim, quo nihil amplius in deos confero?

XVI. Si tamen quid sentiam quaeris, et vis signare responsum: hic beneficium recepisse se iudicet; ille se sciat non reddidisse. Hic illum dimittat: ille se teneat. hic dicat, Habeo: ille respondeat, Debeo. In omni quaestione propositum sit nobis bonum publicum. praeccludendae sunt excusationes in-
gratis,

a. huic vero, qui et vult, et conatur, et nihil intentatum relinquit, non potes dicere. Coniecturam Pinciani Muretus recepit, nec equidem deserere ausus sum. Codd. praestabant: Huic vero debes -- et non potest dicere.

Jam. Voluit quidem, sed sa signabant: apud Pomponium de Origine Iuris. Postea sub Augusto aut circa obtinuit, ut auctoritatis fideique causa subscriberent.

L. Lipsius non cogitasse videtur, antiquissimis temporibus iuris prudentium fuisse, respondere, scribere, *1. signare.* Pro more iuris prudentium, qui tunc obtinuit. Antiquitus consulebantur tantum, nec respon-
morae tuae imprimere.

gratis, ad quas refugere possint, et sub quibus infirmitatem suam tegere. Omnia feci! fac etiam nunc. Quid? tu tam imprudentes iudicas maiores nostros 2 fuisse, ut non intelligerent iniquissimum esse, eodem loco haberi eum qui pecuniam, quam a creditore acceperat, libidine aut alea absumsit, et eum qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo casu tristiore, aliena cum suis perdidit? nullam excusationem receperunt, ut homines scirent fidem utique praestandam. Satius enim erat a paucis etiam iultam excusationem 3 non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari. Omnia fecisti ut redderes. Hoc illi satis sit: tibi parum. Nam quemadmodum ille, si enixam et sedulam operam transire pro irrita patitur, cui gratia referatur indignus est: ita tu ingratus es, nisi ei, qui voluntatem bonam in solutum accepit, eo libentius debes, quia dimitteris. Non rapias hoc, nec teste- 4 ris:

2. *Quid? tu — utique praestandam.* Lectorum causa, qui ius rom. non callent, moneo, leges XII tabularum hanc duritiam, quae antiquioris moris fuerit, probasse: docent hoc fragmenta harum legum Tabula III expofitarum, et conditio misera obaeratorum et nexorum, donec sensim mitigaretur, primum lege poeetilia papiria a. u. 427. Mansit tamen principium, cuius Seneca mentionem fecit. cf. Heineccii Antiq. rom. ad Instit. III, 30.

3. *illi qui beneficium dederit. irrita i. e. pro nulla*

aut frustratoria: nihil ei adscribit aut tribuit. L.

4. *Non rapias hoc, nec testeris.* Noli iusto cupidius te liberatum a gratia referenda putare, illamque liberationem arripere, aliosque testes eius rei advocare, perinde ac si reddideris beneficium acceptum. *si ille desit — est.* Mireris quod de suo sapiente hanc mutationem suspicari potuerint Stoici, quum eum tamen perfectissimum esse crederent, deoque parem etc.: sed observes necesse est, severioris ideoque purioris Stoeae hanc quaestionem numquam fuisse, nec esse potuisse, nisi dogma

ris: occasiones reddendi nihilominus quaeras. Redde illi, quia repetit; huic, quia remittit: illi, quia malus: huic, quia non malus. Ideoque non est, quod ad te hanc quaestionem iudices pertinere: an, quod beneficium quis a sapiente acceperit, reddere debeat, si ille desit esse sapiens, et in malum versus
5 est. Redderes enim et depositum, quod a sapiente accepisses: et etiam malo redderes creditum: quid est, cur non et beneficium? Quia mutatus est ille, te mutat? Quid? si quid a sano accepisses, aegro non redderes: quum plus semper imbecillo amico debeamus? et hic aeger est animo: adiuvetur, feratur. Stultitia morbus est animi. Distinguendum hoc, quo magis intelligatur, existimo.

XVII. Duo sunt beneficia. unum, quod dare nisi sapiens sapienti non potest: hoc est absolutum et verum beneficium. alterum, vulgare, plebeium, cuius
2 inter nos imperitos commercium est. De hoc non est dubium, quin illi qualiscunque est debeam reddere, sive homicida, sive fur, sive adulter evasit. Habent scelera leges suas. melius istos iudex, quam ingratus, emendat. nemo te malum, quia est, faciat. Malo beneficium proiciam, bono reddam. huic, quia debeo; illi, ne debeam.

XVIII.

gma suum de sapiente san-
ctissimum ipsi subvertere vo-
luerint. Sed ab illa severi-
tate Zenonis aliorumque
Stoae heroum sensim defec-
cisse constat nonnullos, in-
primis Panaetium aliosque,
quos recentioris Stoae asse-
clas recte vocaveris, haud
pauca e doctrina aliorum
philosophorum sibi assimi-
lantes.

XVII. Distinguit inter be-
neficia absoluta ac vulgaria.

Haec cuique sunt reddenda. — 1. *Imperitos*. Ita mollius appellasse constat Stoicos, qui neque proficicientes neque sapientes: alias stulti.

2. *De hoc plebeio beneficio. habent — suas* i. e. scelerati legibus subditi sunt: illis sunt relinquendi: sed a gratia eis referenda ideo non liberi sumus, quia scelerati sunt.

XVIII. De altero beneficii genere dubitatur, quod si accipere non potui nisi sapiens, ne reddere quidem nisi sapienti possum. Puta enim me reddere. ille non potest recipere: non est iam huius rei capax. scientiam utendi perdidit. Quid si me remittere manco 2 pilam iubeas? stultum est dare alicui, quod accipere non possit. Ut respondere ab ultimo incipiam: Non dabo illi, quod accipere non poterit: reddam, etiam si recipere non poterit. Obligare enim non possum, nisi accipientem: liberari tantum, si reddo, possum. Ille uti illo non poterit? viderit. penes illum erit culpa, non penes me.

XIX. Reddere est, inquit, accepturo tradidisse. Quid enim si cui vinum debeas, et hoc ille infundere reticulo iubeat, aut cribro: reddidisse te dices, aut reddere voles, quod dum redditur, inter duos pereat? Reddere, est id quod debeas, ei cuius est, volenti dare. hoc unum mihi praestandum est. Ut quidem habeat, quod a me accepit, iam ulterioris est curae. Non tutelam illi, sed fidem debeo: multoque satius est, illum non habere, quam me non reddere. Et creditori statim in macellum laturo, quod acce- 2 perit,

XVIII. Beneficia vero absolute luxuriae instrumenta non nisi sapiens accipere et reddere potest. — 1. *non est iam*, quum a sapientia desciverit et malus factus sit. 2. *manco debili*, manibus capto.

XIX. Afirmat beneficium perdituro tamen reddendum. — 1. *Ut quidem habeat* possideat, secum retineat. Illa cura ad me nunc non spectat. 2. *macellum*. pisces alia-

que luxuriae instrumenta accipere et reddere potest. — Lipsius tamen de nepote intelligit, qui pecuniam apud macellarios, ganeae suae causa relinquit. Sed an macellum pro ganeo in usu fuerit, dubito: et si fateor, bene huic loco talem usum convenire. *delegaverat*, per assignationem solverit. Iam supra vidimus. *discinctus*, cingulo soluto, ut pecunia in terram caderet.

perit, reddam. etiam si mihi adulteram; cui numerem, delegaverit, solvam: et si nummos quos accipiet, in sinum suum discinctus fundet, dabo. Reddendum enim mihi est, non servandum, quum reddidero, aut tuendum. Beneficii accepti, non reddit custodiam debeo. Dum apud me est, salvum sit. ceterum licet accipientis manibus effluat, dandum est **3**repositenti. Reddam bono, quum expediet; malo, quum petet. Tale, inquit, beneficium, quale accepisti, non illi potes reddere. Accepisti enim a sapiente: stulto reddis. ^a Non. reddo illi, quale nunc potest accipere: nec per me fit quod deterius, sed per illum. id quod accepi, reddam. Cui, si ad sapientiam redierit, reddam quale accepi: dum in **4**malis est, reddam quale ab illo potest accipi. Quid, inquit, si non tantum malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis Apollodorus, aut Phalaris: et huic beneficium, quod acceperas, reddes? Mutationem sapientis tantam natura non patitur. nam in pessima ab optimis lapsus, necesse est etiam in malo vestigia boni teneat. ^b Nunquam tantum virtus exstinguitur, ut non certiores animo notas imprimat, quam ut **5**illas eradat ulla mutatio. Ferae inter nos educatae, quum in silvas eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinae retinent: tantumque a placidissimis absunt, quantum a veris feris et nunquam humanam manum pallis. Nemo in summam nequitiam incidit, qui unquam

a. *Non. reddo illi* etc. Optimorum haec est codd. lectio: alii *Nam*; *Nunc*: sed notum est, has voculas inter se commutari a librariis. Erasmus primum distinxit: *Non: reddo*. Muretus: *imo reddo*, quod sumit ex Erasmi paraphrasi. Nimis confidenter Lipsius: in meo, ait, veritas: *Nam reddo*. — b. *Nunquam tantum*. sequor codd. Grut., qui non habent, *in tantum*.

4. *Apollodorus, aut Phalaris*, tyranni crudelissimi, ad Plutarch. de S. N. V. de quibus vide ad II de Ira cap. 8. c. 5, 1. Addas Wyttenbach.

quam haesit sapientiae. altius infectus est, quam ut ex toto elui, et transire in colorem alium possit. Deinde interrogo, utrum iste ferus sit animo tantum, 6 an et in perniciem publicam excurrat? Proposuisti enim mihi Apollodorum et Phalarin tyrannum, quorum si naturam habet intra se malus, quidni ego isti beneficium suum reddam, ne quid mihi cum eo sit iuris amplius? Si vero sanguine humano non tantum 7 gaudet et pascitur, sed et suppliciis omnium aetatum crudelitatem insatiabilem exercet, nec ira, sed auiditate quaedam saeviendi furit, si in ore parentum filios iugulat, si non contentus simplici morte, distorquet, nec urit solum perituros, sed excoquit, c si arx eius cruore semper recenti madet: parum est huic beneficium non reddere. Quidquid erat, quo 8 mihi cohaereret, intercisit iuris humani societas abscidit. Si praestitisset quidem mihi aliquid, sed arma patriae meae inferret: quidquid meruerat, perdidisset, et referre illi gratiam scelus haberetur. si non patriam meam impugnat, sed suae gravis est, et sepositus a mea gente, suam exagitat: abscidit nihilominus illum tanta pravitas animi. etiam si non inimicum, invisum mihi efficit: priorque mihi ac potior

Y 2

eius

c. *si arx eius c.* Optime sic Grut. ex dubiis literis cod. Naz. *arcemque* hanc emendationem exculpisse videtur, quam probat Lipsius. Erasmus: *si ars eius est cruor.* Muræus coniecit: *si ara eius cr.*

5. *altius infectus* — *pos-* Iarin spectant, eiusque bo-
fit. Utitur verbis a purpu- vem ahenum. Moneo ver-
rariis usurpare solitis, quae bo, quum quae Bentleius
saepissime ad animum trans- magnus de eo exposuit, in
ferri notum est. Cf. Ruhn- cuiusque harum literarum
ken. ad Timaei Lexic. plat. amatoris manibus sint, certe
sub voce *Δευσσοπιόν* p. 75 sq. esse debeant.

ed. II. *parum est — reddere:*

7. *Si vero* etc. Haec et quali dicat, imo maleficium
sequentia inprimis ad Pha- dandum est.

eius officii ratio est, quod humano generi, quam quod uni homini debeo.

XX. Sed quamvis hoc ita sit, et ex eo tempore omnia mihi in illum sint libera, ex quo, corrumpendo fas omne, ut nihil in eum nefas esset, effecerit: illum mihi servandum modum credam, ut si beneficium illi meum neque vires maiores daturum est in exitium commune, nec confirmaturum quas habet; id autem erit, quod illi reddi sine pernicie publica 2 possit; reddam. Servabo filium eius infantem. quid hoc beneficium obest cuiquam eorum, quos crudelitas eius lacerat? pecuniam quae satellitem stipendio teneat, non subministrabo. Si marmora et vestes desideraverit, nihil oberit cuiquam id quo luxuria eius instruitur: militem et arma non suggeram. Si pro magno petet munere artifices scenae, et scorta, et 3 quae feritatem eius emolliant, libens offeram. Cui triremes et ^a aeratas non mitterem, lusorias et cubi-
culatas,

a. *aeratas*. Sic Erasmus in margine, ubi est: forte, *aeratas*. In textu est: *caeratas*, ut in omnibus codd. mss. Sed recte Lipsius, cui praeiverat Brodaeus IV Miscell. c. 13 (in Gruteri Lamp. crit. Vol. II. p. 517.) verius *aeratas* legi censet. *Ceratas*, si quis retinet, ait L., quia cera illini naves etiam solent,

XX. Beneficia non nocitura etiam tyranno et furioso reddenda sunt. — 1. *corrumpendo fas omne*, quod antea dixerat, intercisa iuris humani societas.

2. *Si marmora*, signa marmorea et *vestes purpureas*: instar Verris apud Cicero-nem. *artifices scenae*, histri-ones, mimos, *τεχνίτας, τεχνίτας Διονύσου, τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας*. Multi de iis egere, e. c. Chishull

ad Antiquit. asiatic. p. 139 sq. cf. Philolog. Bibl. III. p. 139 sq. Wesseling. ad Diodor. Sicul. IV, 5. Si pro magno munere habebit artifices scenae: non enim emet ipsos, sed tanquam munus, beneficium accipiet, de quo hic sermo est. *Emolliant*. Lascivire enim praestat, quam saevire, et huc se tyranni vertant.

3. *lusorias*, aptas ad lusus et vagationes in mari quieto.

culatas, et alia ludibria regum in mari lascivientium mittam. Et si ex toto eius sanitas desperata fuerit, eadem manu beneficium omnibus dabo, illi reddam: quando ingeniis talibus vitae exitus remedium est: optimumque est obire ei, qui ad se nunquam rediturus est. Sed haec rara nequitia est, et semper portenti loco habita, sicut hiatus terrae, et de cavernis maris ignium eruptio. Itaque ab illa recedamus: de his loquamur vitiis, quae detestamur sine horrore. Huic homini malo, quem invenire in quolibet foro possum, quem singuli timent, reddam beneficium, quod accepi. Non oportet mihi nequitiam eius prodesse: quod meum non est, redeat ad dominum, bonus sit an malus. Quam diligenter istud excuterem, si non redderem, sed darem? Hic locus fabulam poscit.

XXI. Pythagoricus quidam emerat a futore phaeacia, ^a rem magnam, non praesentibus nummis.

Y 3

Post

solent, nihil pro re dicit: de rostratis s. bellicis, aeratis, navibus sermo est, quas negat tyranno robur et subsidium mittendas.

a. *rem magnam*. Sic cod. Naz. alique et edd. Mirandum sane foret, nisi quidam codd. haberent: *rem non m.* qua quidem aberratione quid expeditius, quam abui ad emendationem procudendam? Ecce cod. Col., qui alioqui non contemnendae fidei est, profert illam negationem, qua Lipsius statim utitur, ut emendet *re non magna*. Sed condonandus hic emendandi pruritus est seni haud uno nomine venerando, non imitandus: Mox, *Quid perdis operam?* Sic cod. Naz. Antea: *Quid p. o. tuam?*

quieto. Epist. IV, 5: ubi lusionem fecit Suet. Caes. 52. serunt navigia, forbentur. *eadem manu* — *reddam i. e. e medio tollam.*

cubiculatas: cum nostris *4. de cavernis — eruptio.* Gondeln comparari possunt: *cf. de Provid. 1, 3.*

θαλαμηγός. Descriptas aliquas prodigiosas in Athenaeo V. p. 203. Cas., Maximo Tyrio I. p. 7 Reisk. habes. Navis thalamegi mentem
XXI. Exemplum Pythagorici cuiusdam. — 1. *Pythagoricus*, discipulus et assecla doctrinae Pythagorae, utrum

Post aliquot dies venit ad tabernam, redditurus: et quum clausam diu pulsaret, fuit qui diceret: Quid perdis operam tuam? futor ille quem quaeris, elatus, combustus est. Quod nobis fortasse molestum est, qui in aeternum nostros amittimus, tibi minime, qui scis futurum, ut renascatur: iocatus in Pythagoricum. At philosophus noster tres aut quatuor denarios, non invita manu, domum retulit, subinde concutiens. Deinde quum reprehendisset hanc suam non reddend-

utrum unus ex iis, qui priori familiae pythagoricae adhaerescerent, an ex iis, qui diu post schola hac Alexandriae resuscitata Pythagorae disciplinam sequuti sint, ignoramus. Prius aevum huius philosophiae duravit usque ad Alexandri tempora: posterius effloruit Alexandriae et Senecae aevo adhuc viguit. cf. Brucker. Hist. crit. phil. To. II. p. 864 sq. Meiners Geschichte der Wiss. I. p. 405. Si scriptorem incertum apud Phot. cod. 259. sequi malis, fuit hic Πυθαγορινός Pythagorae discipulus; scholiast. Theocrit. XIV, 5 pythagoricum exponit de affecla Pythagorae omnem curam in corpore poliendo ponente. Promiscue tamen pythagoricum, pythagoreumque usurpari Romanis manifestum est, de discipulo Pythagorae quocunque, tum prioris tum posterioris aetatis. Cf. Christoph. Wolf. ad Origenis Philosphumena p. 45. Quum

phaecasia, ἡ Φαιμάς, τὸ Φαιμάσιον calceorum candidorum et levium genus esset, idque sacerdotibus imprimis aegyptiis proprium, cf. ad Epist. 113, 2, quos Pythagoreos imitatos esse constat; non mirum est, quod Pythagorici his calceis quoque usi sunt. Hinc explico *rem magnam*, i. e. magni ab eo factam. *tibi — renascatur*, spectat ad animarum migrationem Pythagorae.

2. *tres aut quatuor denarios*: quatuor aequant circiter tres francos, aut 20 bonos grossos ex supputatione Ionelii ad version. Isaevi anglicam p. 154 et Romii de l'Isle. *subinde concutiens* prae laetitia. *clostrum*, repagulum, ubi ianua male positi cohaerebat. cf. Sagittarium de ianua vett. in Graevii Thes. To. VI. *poenas cupiditatis* quod gavisus erat, futorem esse mortuum, seque summulam retinere posse impune.

re, nec gravis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent: hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt. Ut haec nimia et exprobratrix memoria subsideret, oblivisci eum qui dedit, iussimus: et plus imperando quam praestari poterat, silentium suasimus.

XXIII. Quoties parum fiduciae est in his quibus imperas, amplius est exigendum quam satis est, ut praestetur quantum satis est. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniat. Itaque qui dixit,

Qui candore nives anteirent, cursibus auras:
quod non poterat fieri, dixit: ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit,

His immobilior scopulis, violentior amne:

nemi-

2. *circulis*, conventibus hominum, stationibus: quae fere circulares sunt. L. Exempla locutionis attulit Ernesti in Clav. Cic. h. v.

XXIII. Continuatio. —
1. De *hyperbole* similia habet Quintil. VIII, 5 fin.: Quamvis est omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum. — Monere satis est, mentiri hyperbolen, nec ita ut mendacio fallere velit. Cf. Home Grundsätze der Kritik To. I. p. 328. III. p. 103. Versus *Qui candore* etc. est Virgilii Aen. XII, 84. Alter Ovid. Met. XIII, 801. Si tamen noster hac comparatione Stoicos defendere posse sibi persuaserit, vereor ut

multos naturam atque indolem poeseos et philosophiae callentes ad partes suas trahat: illa enim delectandi, haec docendi atque praecipendi munus imponi sibi gaudet, illa imaginationis ope inprimis et phantasmatis, ut animos audientium et legentium alliciat detineatque, utitur, et affectu prorepta hyperbolen hanc tantum usurpat, at in didactica, ubi docet, respuit; haec animi sobrietate et gravitate semper utens, forma tantummodo poeseos quadam adhibita atque hoc vinculo cum ea coniuncta, veritatem explorare et formas edere studet, atque ideo mendacia semper et hyperbolas repudiat.

nemini hoc quidem se persuasurum putavit, aliquem 2 tam immobilem esse, quam scopulum. Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet: sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. Quum dicimus, Qui beneficium dedit, obliviscatur: hoc dicimus, similis sit oblito: memoria eius non appareat, nec incurrat. Quum dicimus, beneficium repeti non 3 oportere, non ex toto repetitionem tollimus: saepe enim opus est malis exactore, etiam bonis admonitione. Quid ergo? occasionem ignorantibus non ostendam? necessitates illi meas non detegam? quare nescisse se aut mentiatur, aut doleat? Interveniatur aliquando admonitio, sed verecunda, quae non poscat, nec in ius vocet.

XXIV. Socrates amicis audientibus, Emissem, inquit, pallium, si nummos haberem. Neminem poposcit, omnes admonuit. a quo acciperet, ambitus fuit. Quidni esset? Quantulum enim erat, quod Socrates accipiebat? ^a at multum erat, eum fuisse, a

Y 5

quo

a. *at multum erat, eum fuisse, a quo S. a.* Sic cod. Naz. Erasmi longobardicus, alii boni codd. mss. Omnino recte, ait Gronovius, qui recepit. Exempla ab eo adducta ad vim pronominis probandam nunc satis nota sunt. *Eum meruisse* in edd. ante Erasmus, qui ipse *emeruisse, a quo* habet, in margine tamen, *eum fuisse*, uti scripsi. Nemo habet *commeruisse*. Mox, *Nun*, non, *non* optimi codd.: sed confusionem harum vocum iam notavimus follennem.

2. *similis sit oblito.* Dura praeccepta ita lenire Stoici cogebantur. *incurrat* in oculis. indigna sunt. Inimico eius Aristoxeno, Sotioni apud Diog. Laert. II, 74 aliisque, et inventionem et divulgationem talium fabularum

XXIV. Probat exemplo Socratis. — 1. Quae noster hic narrat de Socrate, nequaquam conveniunt cum iis, quae apud Xenophontem et Platonem occurrunt, et patre philosophiae verae perinde adscribas cum Meinerio (Geschichte der Wiss. II p. 359. not.), ac nostrum excuses improba multorum Senecae coevorum philosophorum vita. cf. ad 1, 8, 1 supra.

quo Socrates acciperet. Num illos castigare mollius potuit? Emissem, inquit, pallium, si nummos haberem. Post hoc quisquis properaverit, sero dat. iam Socrati defuit. Propter acerbos exactores repetere prohibemus: non ut nunquam fiat, sed ut parce.

XXV. Aristippus aliquando delectatus unguento: Male, inquit, istis effeminatis eveniat, qui rem tam bellam infamaverunt! Idem dicendum est: Male istis improbis et importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eveniat, ^a qui tam bellam rem, admonitionem inter amicos, sustulerunt! Ego tamen utar hoc iure amicitiae, et beneficium ab eo repetam, a quo petissem: qui alterius beneficii loco accepturus est, ² potuisse reddere. Nunquam, ne querens quidem, dicam:

— — *Eiectum litore egentem*

Excepi, et regni demens in parte locavi.

^b Non est ista admonitio: convicium est. Hoc est in odium beneficia perducere: hoc est efficere, ut ingratum

a. qui tam bellam rem, adm. est coniectura Gruteri e lectione cod. Naz. quam bellarem adm. Antea: qui tam bellam adm.

b. Non est ista admonitio: convicium est. Codici Naz. abest negatio non, aut imo post admonitio: nec Senecae familiaris est usus. Ideo expunxi. Fabricius in nott. mff. quas Io. Gurlittus vir amiciff. nobis communicavit in Wiedeburg. humaniff. Magazin V, 4 p. 348 interpunxerat: non, conv.

XXV. Modeste beneficia *λειμμά διαβάλλουσι!* qua-repetere licet. — 1. *Aristippus*, praestans ille Socratis discipulus et amicus, sectae cyrenaicae auctor, de quo egregius Wielandi liber, Aristippus legi meretur. Quae hic posita sunt, Diog. Laert. II, 76 ubi vid. Menag. refert, at pleniora: *καὼς κακοὶ δ' ἀπόλοιτο οἱ κίναδοι, οἵτινες καλὸν ἡμῶν ἀ-* *λειμμά διαβάλλουσι!* *quadruplatoribus.* accusatores sunt lucri causa, deinde de delatore et calumniatore quoquam dicitur. cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *beneficium quadruplatoris* argute vocat, qui importune exigunt, et nisi assatim reponis, accusant.

2. Versus sunt Virgilii Aen. IV, 373. 318.

gratum esse, aut liceat, aut iuuet. Satis, abundeque est, submissis et familiaribus verbis, memoriam revocare:

*Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum. — —*

Ille invicem dicat: Quidni merueris? eiectum litore egentem excepisti.

XXVI. Sed nihil, inquit, proficimus: dissimulat, oblitus est. quid facere debeam? Quaeris rem maxime necessariam, et in qua hanc materiam consummari decet, quemadmodum ingrati ferendi sint? Placido animo, mansueto, magno. Nunquam te tam inhumanus, et immemor, et ingratus offendat, ut non tamen dedisse delectet. Nunquam in has voces iniuria impellat: Vellem non fecisse! Beneficii tui² tibi etiam infelicitas placeat. Semper illum poenitebit, si te ne nunc quidem poenitet. Non est, quod indigneris tanquam aliquid novi acciderit: magis mirari deberes, si non accidisset. Alium labor, alium impensa deterret: alium periculum, alium turpis verecundia, ne dum reddit, fateatur accepisse: alium ignorantia officii, alium pigritia, alium occupatio. Adspice, quemadmodum immensae hominum cupiditates³ hient semper, et poscant: non miraberis ibi neminem reddere, ubi nemo satis accipit. Quis est istorum tam firmæ mentis ac solidæ, ut tuto apud eum beneficia deponas? Alius libidine insanit, alius abdomini servit, alius^a lucri totus est, cuius summam,
non

a. *lucri totus*. Sic multi codd. et Erasmic. ed. margo: in eius textu est *lucrosus*. Sed Gruteri quinque codd. *lucritosus*, unde

XXVI. Quomodo ingrati 3. *cuius summam* — *spe-*
ferendi sunt? Multi autem *ctet*. de summa tantum est
sunt, quia multi mali. — 2. sollicitus, qua via veniat,
infelicitas mala et bono suc- iure an fraude, an scelere,
cessu carens beneficii datio. nihil curat. Via autem lu-
cri,

non vias spectet: alius invidia laborat, alius caeca
 4 ambitione, et in gladios irruente. Adiace torporem
 mentis ac senium, et huic contrariam inquieti pecto-
 ris agitationem, tumultusque perpetuos. adiace aesti-
 mationem sui nimiam et tumorem, ob quae contem-
 nendus est, insolentem. Quid contumaciam in
 5 perversa nitentium, quid levitatem semper alio tran-
 silientem loquar? Huc accedat temeritas praeceps, et
 nunquam fidele consilium daturus timor, et mille er-
 rores, quibus volvitur: audacia timidissimorum, dis-
 cordia familiarissimorum, et publicum malum, in-
 certissimis fidere, fastidire possessa, optare quae
 consequi posse spes non fuit.

XXVII. Inter affectus inquietissimos, rem quie-
 tissimam, fidem, quaeris? Si tibi vitae nostrae vera
 imago succurret, videberis tibi videre captae quum-
 maxime civitatis faciem, in qua omisso pudoris recti-
 que respectu, vires in consilio sunt, velut signo ad
 per-

unde nostra lectio confirmatur, quae et magni Salmastii af-
 sensu gaudet ad Simplic. p. 17., laudati supra ad III, 4. b.
 Non mirum, quod doctior nostra lectio corruptioni occasio-
 nem dederit. Mox *cuius summam, non vias spectat* est e
 cod. Naz. et a Gronovio egregie confirmatur. Erasmi edi-
 tio: *cuius summam non vinces*. Idem codex cum Col. de-
 inceps: *in gladios irruente*; vulgg.: *in gl. ruente*.

cri, via processus, via frau-
 dis, consilii etc. in usu erant.

4. *ob quae contemnendus*
est. In iis ipsis insolescen-
 tem et se mirantem, ob
 quae despiciere magis ius
 erat et deaestimare. Nonne
 in vanis imo et pravis ple-
 rique se attollunt? L.

ius fortioris: quisque quan-
 tum potest, tantum audet et
 facit. *nec religio*, sacra apud
 hostes saepe, e. c. infulae
 praelatae, aut templa oc-
 cupata eos sedarunt aut ar-
 cuerunt: non ita in hac ci-
 vili praedatione, ubi num-
 er et iusiurandum calca-
 tur. L. Captae urbis descri-
 ptionem invenies apud Ci-
 ceron. ad Herenn. IV, 39.
 Virgil. Aen. II, 298 sq. Quin-
 til. VIII, 3, 68.

XXVII. Continuatio. —
 1. *quummaxime* hoc ipso
 temporis momento. Cf. Er-
 nesti Clav. Cic. h. v. *vires*,

permiscenda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur: soluta legibus scelera sunt: nec religio quidem, quae inter arma hostilia supplices texit, ullum impedimentum est ruentium in praedam. Hic ex privato, hic ex publico, hic ex profano, hic sacra rapit: hic effringit, hic transfilit, hic non contentus angusto itinere, ipsa quibus arcetur, evertit, et in lucrum ruina venit. Hic sine caede populatur, hic spolia cruenta manu gestat: nemo non fert aliquid ex altero. In hac aviditate generis humani, nae tu nimis fortunae communis oblitus es, qui quaeris inter rapientes referentem. Si indignaris ingratos esse: 3 indignare luxuriosos, indignare avaros, indignare impudicos, indignare aegros deformes, senes pallidos. Est istud grave vitium, est intolerabile, et quod dissociet homines, quod concordiam, qua imbecillitas nostra fulcitur, scindat ac dissipet: sed usque eo vulgare est, ut illud nec qui queritur quidem effugerit.

XXVIII. Cogita tecum, an quibuscunque debuisti, gratiam retuleris, an nullum unquam apud te perierit officium, an omnium te beneficiorum memoria comitetur. Videbis quae puero data sunt, ante adolescentiam elapsa: quae in iuvenem collata sunt, non perdurasse in senectutem. Quaedam perdidimus, quaedam proiecimus, quaedam a conspectu nostro paulatim exierunt: a quibusdam oculos avertimus. Ut excusem tibi imbecillitatem tuam, imprimis 2 fragilis est memoria, et rerum turbae non sufficit. necesse est quantum recipit, emittat, et antiquissima recen-

2. *transfilit* sacra per nefram, quod est angustum iter. — 1. *quaedam perdidimus* oblivione — *proiecimus* ultro aspernati et obliti sumus.

XXVIII. Te ipsam noscendo facilius feres ingratum. *exierunt* tempore se subduxerunt.

recentissimis obruat. Sic factum est, ut minima apud te nutricis esset auctoritas: quia beneficium eius longius aetas sequens posuit. sic factum est, ut praeceptoris tibi non esset ulla veneratio: sic evenit, ut circa consularia occupato comitia, aut sacerdotiorum candidato, quaesturae suffragator excideret. Fortasse vitium, de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu invenies. Inique publico irasceris crimini, stulte, tuo. ut absolvaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, utique peiorem exprobrando. non est quod frontem eius indures: sine, si quid est pudoris residui, fervet. Saepe dubiam verecundiam vox conviciantis clarior rupit. nemo id esse, quod iam videtur, timet: deprehensus pudor amittitur.

XXIX. Perdidi beneficium. Numquid quae consecravimus, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si male respondit, bene collatum. Non est ille, qualem speravimus. Simus quales fuimus nos, ei dissimiles. ^a damnum tunc factum, nunc

a. *damnum tunc factum, nunc apparuit.* Sic invenit Pinc. in uno codice receptum a Mureto. Editiones priores: *Damnum non tunc factum apparuit*: quod etiam est in cod. Naz.,

2. *longius posuit*, a te removit. *praeceptoris* — veneratio. cf. ad III, 3, 3. *ut circa consularia* — candidato quum sis ipse senator. Nam inde a Tiberio magistratus non a populo, sed a senatu sunt creati. Tacit. Annal. 1, 15 comitia (sc. ad creandos magistratus), ait, e campo in curiam translata. cf. Plin. Epp. III, 20. *Sacerdotiorum* nec enim unum unitantum: plura cumulabantur. *quaesturae* ut oblivisceris te quaesturam ambientis suffragio tuo affuturum. 3. *stulte, tuo.* quod stulto modo tuum ipsius est, quod te incio ipse aluisti apud te et tamquam stultus incusas, quali sit alterius. *dubiam*, nondum penitus proiectam. *rupit*, totam in impudentiam vertit, frena ei laxavit. L.

XXIX. Non semper beneficia pereunt. — 1. *Inter conse-*

nunc apparuit. Ingratus non sine nostro pudore protrahitur: quoniam quidem querela amissi beneficii, non bene dati signum est. Quantum possumus, causam eius apud nos agamus: fortasse non potuit, fortasse ignoravit: fortasse facturus est. Quaedam nomina, bona ^b lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, ac moram fovit. Idem nobis faciendum: nuntiamus fidem languidam.

XXX. Perdidi beneficium! Stulte, non nosti detrimenti tui tempora. perdidisti, sed quum dares: nunc palam factum est. Etiam in his quae videntur in perditio, moderatio plurimum profuit. Ut corporum, ita animorum molliter vitia tractanda sunt. saepe quod explicavit mora, pertinacia trahentis abruptum

Naz., aliisque. Illa tamen Pinciani lectio haud dubie praeferenda erat. Nolite haec sic mox exprimit: Stulte, non nosti detrimenti tui tempora? perdidisti, sed quum dares.

b. *lentus ac sapiens*. Sic omnes codd. dant. Bentleius tamen ad Horat. Epp. II, 1, 90. To. II. p. 97 ed. lipf. emendat *lentus ac patiens*. At *patiens* idem fere valet quod *lentus*: at *sapiens*, modo ne stoice sumas, locum suum optime tuetur. *Conditor* est sphaema typogr. in ed. Gron. pro *creditor*.

consecrata: in honorem deorum suspenfa, quae, etiam si non consequamur id, cuius causa suspendimus aut consecravimus, tamen bene collocata sunt, quia optima voluntate res facta est. *apparuit*. nec nunc indignare: vetus iactura est, et si iam emerfit et se ostendit. L. *protrahitur* a nobis, nostra opera protractus.

2. *Quaedam nomina* etc. quosdam debitores emendatorem etc.: hoc est interitum. Mando, indulgendo etc. n alioquin

verum est, quod foenerator Alfius ap. Columell. 1, 7 dicere solitus est, optima nomina non appellando fieri mala. cf. Bentlei. ad Horat. Epp. II, 1, 90. To. II. p. 97 ed. lipf.

XXX. Continuat. — 1. *Explicavit mora*: quod quis lente extenuavit ac dissolvit, violenter trahens abruptum, ut in filamentis muliercularum, quae Lipfius comparat, videre licet. *liberas* obligatione solvis, dum eum iam pronuntias ingratum.

ptum est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid infectatione? quare illum liberas? quare dimit-
 2 tis? Si ingratus est, iam nihil debet. Quae ratio est, exacerbare eum, in quem magna contuleris, ut ex amico dubio fiat non dubius inimicus, et patrocini-
 um sibi nostra infamia quaerat? ^a Nec delit: Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. subest aliquid. Nemo non superioris dignitatem quaerendo, etiam si non inquinavit, asperlit: nec quisquam fingere contentus est levia, quum magnitudine mendacii fidem quaerat.

XXXI. Quanto illa melior via, qua servatur illi species amicitiae, et, si reverti ad sanitatem velit, etiam amicitia? Vincit malos pertinax bonitas: nec quisquam tam duri infestique adversus diligenda animi est, ut etiam ^a vi tractus bonos non amet: quibus
 hoc

a. *Nec delit: Nescio* etc. Sic Naz. aliique codd., qui vocibus duabus, quae vulgatas invaserant: *Nec delit, qui dicat*, carent. Neque sunt Senecae, cui subaudiri illa, vel τὸ vox aut rumor aut sermo, multo venustius est visum. Neque hic tantum commissuram eiusmodi applicuerunt. Haec Gronovius, qui exempla affert 1, 3, ubi *num dicam* quare tres Gratiae etc.: II, 26, 1. *Nec dicat* hoc mihi dedit: IV, 40, 4. Et ut breviter *dicam* etc., cancellanda erant, ut fecimus. *querendo* omnes codd. et edd. Sphalma typogr. invasit edd. aliquot *quaerendp*. Laudat Gurlitt. in Wiedeburgii humanist. Magaz. V, 4 p. 349 ad h. l. Horat. Sat. I, 4, 87.

a. *vi tractus*. Sic Muretus, qui tamen in notis fatetur, *vitiatu* legi, uti quoque Erasmus etc. habent, nec habere se quomodo emendet. Optimi codd. *iniuriatus* s. *iniuriam*. Esse locum corruptum aberrationes codd. monstrant: nam e *vitiatu*, quod mendosum est, *vi tractus* ortum est, non magis probum. Erasmus emendat: *iniuriam passus* s. *post iniuriam*: Lipsius: *ut etiam in iniuria bonos*. Meliores itaque

2. *infamia*, quam nobis iracundia aut conviciis con-
 traximus. *magnitudine* quis enim opinionem excedentia sine omni fundamento fin-
 gat?

XXXI. Amicitia ingrati conservanda, aut saltem amicitiae species. — 1. *vi tractus* illa pertinaci bonitate attractus. *impune*, cui etiam hoc novi beneficii accessit,

hoc quoque coepit debere, quod impune non solvit. Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Non est mihi relata gratia, quid faciam? quod dii omnium rerum optimi auctores: qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseverant. Alius illis obiicit negligentiam nostri, alius iniquitatem: alius illos extramundum suum proiicit, et ignavos, hebetesque sine luce, sine ullo opere destituit. Alius solem, cui debemus, quod inter laborem quietemque tempus divisimus, quod non tenebris immerfi confusionem aeternae noctis effugimus, quod annum cursu suo temperat, et corpora alit, fata evocat, percoquit fructus, saxum aliquod, aut fortuitorum ignium globum, et quidvis potius quam deum appellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis

que codices praestolabimur. Fine: *Neminem* — *fundamenta tepente*, non *repente*. Hoc *repente* sphalma typogr. est, quod edd. aliquot, e. c. Gron. invalit, recte monente Gurlito l. l.

cessit, quod ingratitude eius toleretur, imo transmittatur.

2. *Alius* — *destituit*: respicit Epicureos. cf. supra IV, 19. *saxum aliquod*, ut Anaxagoras, Periclis et Euripidis praeceptor, qui omnes stellas nihil nisi *μύδροις*, lapides s. massas candentes, ideoque solem *μύδρον διάπυρον* (Diog. Laert. 11, 8) sive *λίθον διάπυρον* (cf. Xenoph. Memor. Socr. IV, 7, 7. Plato Apol. c. 14) esse contendebat. Vid. Baylii Dict. hist. et crit. h. v. et Tiedemanni Geist der spek. Phil. I. p. 312 sq. Inprimis autem *Ca-*
Vol. IV.

ri, prof. lipf. nuper in summum literarum bonarum detrimentum defuncti, commentationes de Anaxagoreae Cosmotheolog. fontibus et aliae duae in Füllebornii Beyträgen zur Gesch. der Philos. nr. 9. et 10. legi merentur. *fortuitorum ignium globum*, Epicuri, Xenophanis aliorumque fuit sententia. cf. Lipsii Phys. II, 12.

3. *Nihilominus* — *proptitii fuerunt*. Aliquoties haec sapientissimo viro dignissima dicta iam vidimus summo gaudio persuli, e. c. I, 1, 9. II, 29. III, 25.
Z

ledictis suorum infantium arident, non cessant dii beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus: sed aequali tenore bona sua per gentes populosque distribuunt, unam potentiam sortiti, prodesse. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu movent, siderum cursu notant tempora, hie- mes aestatesque interventu lenioris spiritus molliunt: errorem labentium animorum placidi ac propitii fe-
4runt. Imitemur illos, demus, etiam si multa in irri- tum data sint: demus nihilominus aliis, demus ipsis, apud quos iactura facta est. Neminem ab excitanda domo ruina deterruit: et quum penates ignis absum- sit, fundamenta tepente adhuc area ponimus, et ur- bes haustas saepius eodem solo condimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra marique hu- mana opera cessarent, nisi male cadentia iterum ten- tare libuisset.

XXXII. Ingratus est, non mihi fecit iniuriam, sed sibi: ego beneficio meo, quum darem, usus sum. nec ideo pigrius dabo, sed diligentius. quod in hoc perdidit, ab aliis recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum, et tanquam bonus agricola, cura cul- tuque sterilitatem soli vincam. Periiit mihi benefi- cium: iste omnibus. Non est magni animi, dare et perdere: hoc est magni animi, perdere et dare.

4. *urbes haustas* e. c. in- cendio, terrae motu, igne erupto. Sic in Italia et Si- cilia historia docet urbium deletarum loco haud ita multo post excidium recen- tes esse conditas urbes ad Vesuvium et Aetnam.

XXXII. Conclusio. Non cessandum est in dandis be- neficiis: semper dandum, etiam ingratis. *Iste omnibus periiit*: omnes de eo spes conceptas dimiserunt, quia bonae frugis esse desiit: in- ter conclamatos est.

EPIGRAMMATA SVPER EXSILIO

L. ANNAEI SENECAE.

I. AD CORSICAM.

CORSICA Phocaico tellus habitata colono,
Corfica, quae patrio nomine Cynus eras,

Z 2

Cor-

1. *Phocaico*. Sic codex Salmastii, qui ad Solin. p. 94 ed. parisiensis. ex hoc libro suo antiquissimo legendum monuit, non *Phocatio*, ut est in codice Vossiano. Scaliger inter utramque hanc lectionem fluctuasse videtur. Ceterum *Phocaicus*, *Phocaius*, *Phocaeus*, *Phoceus* et *Phocensis* et a librariis, quin et ab auctoribus confundi, docet Burmann. ad h. l. post Duker. ad Thucyd. 1, 13 aliosque. Attigimus ad c. VIII Consolat. ad Helv. §. 1.
2. *patrio*. Codex vetustiss., ut Burmannus ad h. l. putat, Salmastii sic praefat, Nic. Heinsio ad Ovidium probante: adstipulantur vestigia codicis Vossiani, in quo, eodem Burmanno, est: *patrio nomine*. Interpretor, antiquissimo, primo, popularique nomine. cf. Spanhem. ad Callim. Hy. in Del. 19. qui Bochartum sequens a Phoenicibus insulam hanc appellatam putat propter multa promontoria: unde Corfica, i. e. Silvola, etiam nomen accepisse videtur, quamquam alii a Corfa muliere repetant, e. c. Rutil. Itin. 1, 438 et Isidor. Orig. 14, 6. Qui *Graio* praeferunt, v. c. Burmann. et Wernsdorf. Servii putant verbis ad Virgil. Eclog. IX, 30: haec autem insula Graece *Cyrne* (ἡ Κύρνος) dicitur a Cynro Herculis filio, confirmari. Sed quidni et haec Servii observatio ad codicis scripturam fulciendam adhiberi possit?

I. Exstat in Burmanni Antholog. Vet. Lat. To. I. Lib. III. Epigr. XII. p. 464 et Wernsdorfii Poet. Lat. Minor. Tom. V. Part. III. p. 1368, ut Pithoei Scaligerique edd. omittam. Relegatus in Insulam Corsicam auctor precatur, ut delitescere sibi liceat non infeliciter. Quamquam nihil obstat, quominus L. Ann. Seneca, quem in Corsicam a Claudio relegatum esse constat, pro auctore

Corfica Sardinia brevior, porrectior Ilva,
 Corfica piscosis pervia fluminibus,
 5 Corfica terribilis, quum primum incanduit aestas,
 Saevior, ostendit quum ferus ora Canis,

Parce

3. *Ilva*. Ita recte emendavit Scaliger, quum Codices Salm. et Voss. haberent: *porrectior illa*. Hanc lectionem ex incitia librarii manasse apparet, qui insulam nunc *Elba* appellatam ignoraret. Cf. Rutil. Itiner. I, 351: chalybum memorabilis *Ilva* metallis, ubi vid. Wernsdorf. Poet. Lat. min. V, 1 p. 131. Rectius autem esse *porrectior* i. e. extensior, longior, quam *proiectior*, notavit Burm. ad Anthol. lat. lib. I. Epigram. 157.

ctore huius epigrammatis habebatur, tamen propterea dubitatio quaedam nobis iniicitur, quod admodum iciumum est poemation et rhetoricum colorem prae se fert indignum eo qui tantis malis immersum se queri debet. Ceterum *Cyrne* nomen antiquissimum huius insulae fuit, a Cyrno, si Graecos mythographos, unde Servius sua habet, sequaris, Herculis filio inditum, a Phoenicibus autem, si rerum naturam verisimiliorem amplectaris, profectum ob multa insulae promontoria. Ignoramus, an *Cyrnus* huc referendus sit, *Phocaeen-* sium heros, notus ex Herodot. 1, 165 qui narrat, *Phocaeenses* in istam insulam misisse coloniam, condita urbe *Alalia*. Quae Strabo V, 2, 7 ed. Lips. de *Corfica* tradit pauca, parum eam commendant, nec *Boswellus* aliique, qui eam descripserunt, extollunt. Laudat Bur-

mann. Pompon. Mel. II, 7, 129 ed. If. Vossii, et notas Delrii ad Claudiani Consul. Mallii vers. 203 (a Gesnero omiffas). *Ilva* Graecis *Aethalia*, nunc *Elba*. cf. Var. Lect.

4. *piscosis — fluminibus*. Supra triginta flumina tabulae geographicae in ea afferunt: sed parva sunt et torrentes a montibus ruentes nive liquefcente pluvisque ingruentibus. Alio itaque tempore, e. c. aestate, ne haultum quidem aquae, (cf. Epigr. seq. vers. 7.) reperire licet. Seneca in Consolat. ad Helv. 9, 2 consentit: non magnis et navigabilibus fluminum alveis irrigatur.

5. Haec descriptio a recentioribus etiam confirmatur. Gravitationem ideo coeli insulae tribuit Seneca in Consolat. ad Helv. 8, 1, atque aridum et spinosum sa-

xum

Parce relegatis, hoc est, iam parce sepultis:
Vivorum cineri sit tua terra levis!

II. D E E A D E M.

Barbara praeuptis inclusa est Corsica saxis,
Horrida, desertis undique vasta locis.

Z 3

Non

7. *sepultis*. Sic cod. Voff., praefereute etiam Lipsio ad Senec. Consol. ad Helv. 1, 3 et Io. Schulting. ad Suafor. III p. 34: quid quod idem fere hemistichium occurrit apud Virgil. Aen. III, 41: Quid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto etc. Nec dubito, quin Seneca eo respexerit. Pithoeus tamen ex vetere, ut ait, codice edidit: *iam parce solutis*, probante Burm. cum Wernsdorf. ad h. l. Sed enim, etsi haud negem, quod Burmann. bene docuit, tum *solvi* et *solutum esse* de mortuis dici, tum *sepultus* et *solutus* in codd. mss. saepe confundi, tamen τὸ *sepultis* glossema τὸ *solutis* esse h. l. Burmanno non concedam, quum imitatio loci Virgil. laudati manifesta sit, nec verbum exquisitum alio et ipso exquisito interpretari glossatores soleant. Accedit, quod *sepultus* de exfule civiliter mortuo ac quasi sepulto in usu fuerit, ipso Burmanno docente.

II. Male codd. Salm. et Voff. hoc epigramma praecedenti continuant, quum hoc quaedam habeat priori contraria.

xum vocat. *Vivorum cineri — levis*. Oxymorum est. Vivunt quidem exules, sed quum civiliter sint mortui, cinis non inepte locum habet, adeoque et acclamatio illa sollennis et vulgaris in funere amicorum, quae in tali re saepe occurrit: *sit tua terra levis*, e. c. Tibull. II, 4, 50. Euripid. Alc. 462. Meleager in Antholog. graec. (Anal. Brunckii To. I. p. 35. CXXII, 7) λάβοι νύ σε βῶλος ἐλαφρῆ etc.: sicut inimicis et improbis contra precabantur, ut terra sit gravis, e. c. Gallimach. Epigram. XXVIII, 3 (LXI p. 475 Anal. Brunck. To. I.). Wernsdorf.

ad h. l. laudat Eleg. in obit. Maecenatis vers. 141 et Martial. V, 34, 9.

II. Burmannus recensuit in Anthol. Vet. Lat. To. I. Lib. III. Epigr. XIII p. 465. Wernsdorfius in Poet. Lat. Min. V, 3 p. 1369. sq. Quere-la exulis de Corsicae feritate. Nisi haec, quae de coeli inclementia et soli asperitate exponuntur, in spinosam, ubi exul viveret, partem insulae dicta putes, vereor, ut fidem mereantur.

1. *Barbara praeuptis — saxis*. Seneca in Consolat. ad Helv. VI, 4 de Corsica simili modo loquitur: Quid tam

tam

Non poma Autumnus, segetes non educat Aestas:
 Canaque Palladio munere Bruma caret:
 5 Umbrarum nullo Ver est laetabile fetu,
 Nullaque in infausto nascitur herba solo:

Non

5. *umbrarum*. Sic Pithoeus. *umbrorum* vitiose est in codice Voss. *Imbriferum* praestat cod. Salm. probante Burmanno: vernis enim imbribus foecundari tellurem, ut umbras aestivas arboribus proferat: laudatque ideo Virgil. Georg. I, 313, ubi *ver imbriferum* occurrit. Quae etsi per se quidem vera sint, tamen huic carmini, quod omni foecunditate Corsicam carere praedicat, adversantur. A librario itaque indocto hanc codicis lectionem profectam esse nemo dubitaverit. *Umbras* autem pro ramis ac foliis arborum, et deinceps pro arboribus ipsis, imprimis frondosis dici, nemo, qui poetas legerit, ignorat, docteq. a Burm. ad h. l. adstructum est exemplis. *umbrarum fetu* haud dubie durum est, et sine exemplo. Itaque parum abest quin credam, fuisse, *fructu*, i. usu. Praefero igitur cum Wernsdorf. ad h. l. *umbrarum*, nec

tan nudum inveniri potest, Fere consona sunt, monente Wernsdorf. ad h. l., haec quid tam abruptum undique, quam hoc saxum? quid Ovidii de Ponto 1, 3, 57: ad copias respicienti ieiunius? quid ad homines imdulces educat uvas: Non mausuetius? quid ad ipsum salices ripa, robora monte loci situm horribilius? plures virent.

4. *Canaque — caret*. Nec olivae, quae Minervae inventio sunt, (cf. Spanhem. ad Callim. Hy. in Pallad. 26) atque hieme leguntur, in hac insula crescunt. Wernsdorf. ad h. l. laudat et Virgil. Georg. II, 519: Venit hiems; teritur Sicyonia bacca trapetis: et Columell. XII, 52 (non 50) qui olivitatem mediam, i. e. olivarum vindemiam mediam, esse initium Decembris monuit.

5. *Umbrarum — fetu*. Ver nullas novas frondes procreat. Cf. Var. Lect.

3. *Non poma — Aestas*.

Non panis, non haustus aquae, non ultimus ignis:
Hic sola haec duo sunt, exsul, et exsilium.

III.

Q U E R E L A .

Occisi iugulum quisquis scrutaris, amice,
Tu miserum necdum me satis esse putas?

Z 4

Defe-

nec nisi pro lusu ingenii emendationem Cannegieteri ad Aviani fab. 33 p. 184 habeo: *Hic florum nullo ver est laetabile fetu.*

7. *ultimus ignis.* Barth. ad Claudian. p. 322 *non utilis ignis* legendum putavit, ut exprimat auctor ultimam egestatem et miserrimam exsulis, cui aqua et igni interdictum fuerat, calamitatem. Sed recte Burm. ad h. l. hunc conatum retudit: de igne enim rogi intelligatur praestat, quem passim ignem ultimum vel supremum vocari erudite docuit Burm., v. c. Lucan. VI, 358. Ovid. Amor. I, 15, 41 etc.

1. *Occisi iugulum quisquis scrutaris amici.* Sic Heinsius, Scriverius, Francius et Tollius probante Burm. scribendum putaverunt.

7. *Non haustus aquae.* Cf. ad Epigr. 1, 3. *non ultimus ignis* i. rogi. cf. Var. Lect.

III. Summis malis obrutus auctor, quem tamen exsulare carmen non declarat, rogat inimicum, ne se amplius vexet. Si de mortuo intelligamus hoc loquuto exsepulcro, carmen in hominem, qui famae mortui detractum iret, directum intelligamus oportet. Nec inepte hoc fieri potest. Nam mortuos interdum a poetis fingi inimicos suos alloqui constat. Ut alios omittam, exemplo sit Epigramma *ἀδέσποτον* CCCCLVI (Anal. Brunck. To. III. p. 248) egregie ab amiciss. Iacobio sanatum Animadv. III, 2 p. 132 de

Aiace mortuo, qui Phrygem conviciis heroem proscindentem responso suo in fugam verteret: *Αἴαντος παρὰ τύμβον ἀταρβήτοιο παρασὰς Φρύξ ἐπέων λαιδρῆς ἤρχεν ἐπεσβολῆς· Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνεν· ὁ δ' ἀντιγέγωνεν ἔνερθε· Μίμνον· ὁ δ' οὐκέτ' ἔτλη ζῶος ἀποφθίμενον.* Bene tamen hoc carmen etiam a Seneca exule, adeoque civiliter mortuo, ad invidum, qui convicia in hominem infelicissimum iaceret, scriptum haberi potest. Sic cepit Burmannus in Anthol. Vet. Lat. To. I. Lib. III. Epigr. CLI. p. 597 sq. cum titulo: *Senecae Exsulis Querela in Invidum.*

1. *Scrutaris* i. e. laceffis. Haec enim excutiendi et moti-

Defere confossum! victori vulnus iniquo
Mortiferum impressit mortua saepe manus.

IV.

I T E M.

Quisquis es, (et nomen dicam? dolor omnia cogit)
Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis:

Et

verunt. Sed illud *quisquis* non patitur, ut *amici* retineamus. Rescribendum itaque fuisse, *amice*, o bone. Cod. Voff.: *Occisum iugulum quisquis* scr. *unus amicus*. Seq. versu corrigunt quoque *Et miserum* etc. Sed hoc versu τὸ *Tu* tueor.

4. *impressit. at pressit* praestitit cod. Voff. a prima manu. *mortua manus* offendit Oudendorpium, ut nimis dure dictum pro *moriens*. Itaque correxit: *saepè manus moriens*. Sed quum *mortuus* interdum sit quasi mortuus, pro mortuo habitus, et mortuus aliquis concidat, qui tamen vivit, vulgatum feram: et si vel maxime vitae sensu careat, tamen v. c. gladium telumve mortiferum teneat, quo victor temere irruens interfici potest. Quare non opus est, ut, quod amico placuit, Aenigma 34 in Brunckii Anal. III p. 326 de Nesso Centauro post mortem Herculem veste venenata interficiente, Κτανθεις τὸν κτεινάντα κατέκτανον etc. in partes vocemus. *Saepe* autem est interdum.

1. *et nomen dicam?* Burmann. coniecit: *an nomen dicam?*
vel

motitandi prima verbi, a *κρούω* forsan derivati, vis est, unde manavit altera nunc suetior quaerendi. Hinc Lucret. VI, 809: *Terraï penitus scrutantes abdita ferro*. Horat. Serm. II, 3, 276: adde *cruorem Stultitiae*, atque ignem gladio scrutare.

2. *Defere confossum*, i. e. si de exfule capias, durissime iam a fato tractatum, pessime habitum. Tropice enim hoc verbo usos esse veteres multa exempla docent. Sic Seneca de Vita beata c. 27, 6: *mala quae vos ab omni parte confodiunt*.

De versu 4. cf. Var. Lect.

IV. Recensuit Burmann. in Anthologia Vet. Lat. To. I. Lib. III. Epigr. CLIII p. 599. sq. *De custodia sepulcrali* inscribitur in veteri codice Voffii et Schedis mss. Scaligeri. Querela et minae in invidum, qui ne extinctum quidem malis et conviciis afficere, quin adeo affligere desistat. Plerique ab exfule Seneca scriptum esse putant: carmen ipsum a mortuo profectum indicat. Cf. quae ad carmen antecedens monui.

2. *Qui — premis*, i. e. vexas: idem fere quod mox sequi-

Et non contentus tantis, subitisque ruinis,
 Stringis in extinctum tela cruenta caput.
 Crede mihi, vires aliquas Natura sepulcris 5
 Attribuit: tumulos vindicat umbra suos.
 Ipsos crede Deos hoc nunc tibi dicere, Livor,
 Hoc tibi nunc Manes dicere crede meos:
 Res est sacra miser. Noli mea tangere fata.
 Sacrilegae bustis abstinuere manus. 10

Z 5

V.

vel potius sine interrogandi nota, *Quisquis es, en nomen dicam*, ut minetur, se nomen eius non tacitum, quod suadent sequentia *dolor omnia cogit*, ut in Epigram. in Lucian. lib. II. Epigr. 246 p. 436 Anthol. Lat.: Nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales: Et nomen adscribo tuum etc. ubi Burm. iudice etiam *ut legendum est*. Quae bona quidem sunt, sed haudquaquam vulgato meliora. Nam sensus est: an nomen quoque tuum dicam? nam dolor etc.

5. *vires — sepulcris*. Burmann. in Add. monuit: Io. Schraderum emendasse *sepultis*, quia sequatur umbra. Sed eo ipso etiam vulgata lectio bene defenditur.

9. *Res est sacra miser*. In ms. cod. Voff. et Schenidis Scalig. erat, notante Burm., *Res est atra miser*, quod tamen ferri nequit: nam et si dies atris i. e. nefasti vocentur, tamen res atra pro sacrosancta in usu non fuit. Recte itaque Scaligeri Scriveriique emendationem, quae iam apud Pithoeum legitur, Gronovius aliique in textum recipere non dubitarunt.

sequitur, noli mea tangere rerum: adeo ut alterius imitatio videatur. Ut autem hic

5. 6. *Crede mihi — sepulcris — suos*. Spectant manes non violandos obtuleri apud Pithoeum Lib. III. p. 108: Nam durae mortis sacrosatos laedere manes Parce, monent leges et levis umbra loci: ut versus corruptissimos legendos esse suo loco notabimus. Burmannus.

7. 8. *Ipsos — meos*. Si num exemto, tamquam de mile rursus illud Martialis mortuo et sepulto, ut supra Lib. IX Epigr. 42: Ipsam Epigr. I. III. exponendos crede tibi naturam dicere hos versus iudicat: quod haud

V.

I T E M

Carmina mortifero tua sunt suffusa veneno,
Et sunt carminibus pectora nigra magis.

Nemo tuos fugit, non vir, non femina, dentes,
Haud puer, haud aetas undique tuta lenis.

5 Utque furens totas immittit saxa per urbes:
In populum sic tu verba maligna iacis.

Sed

2. *Et sunt carminibus.* Ita cod. Voff. et schedae Scaligeri, Pithoeus et Scriverius, probantibus Lipsio, Burmanno aliisque. *Criminibus* operarum errore in Voff. et Scalig. edd. existat. *Sunt tua carminibus* emendavit Heinsius. *Sed sunt carminibus* Burmann. *At sunt carm.* Francius. *At sunt carminibus pectora tetra magis* Oudendorp. Lindenbrog. em. *malis.*

3. *Nemo tuos fugit.* Sic Heinf. Franc. et Burm. *Sed fugiet* cod. Voff. et schedae Scalig., non, ut Pithoeus, *fugiat*: illud magis consentaneum est τῶν *iacis* versu 6: pro effugit. *Aut puer aut aetas* praestat cod. Voff. et schedae Scal., sollemni τῶν *haud* et *aut* commutatione librariorum. *Sed haud* — *haud* praestat.

5. Scaliger, Pithoeus et Scriverius non ut postea Gronovius, quem

haud dubie vero simile est, in Anthol. Vet. Lat. To. I. si a Seneca haec profecta Lib. III. Epigr. CLIV p. 600 esse concedamus. Ceterum, si ad vivum haec refecare institueris, sponcione defendi veritas non potest: refutant enim cum οἱ τυμβωρῶχοι, quos spoliatores mortuorum, bustis fodiendo apertis, ornamenta sepulcralia furatos esse (Chariton. III, 2, 9 p. 59 et 63. ed. Lipf. cf. Hesych. h. v.) inter omnes constat, tum ipsae leges de sepulcris violatis agentes adhuc in Corp. Iustin. superstites. Laudant Tacit. Annal. II, 69. Phaedri fabb. I, 27 etc.

In Anthol. Vet. Lat. To. I. Lib. III. Epigr. CLIV p. 600 esse concedamus. Ceterum, si ad vivum haec refecare institueris, sponcione defendi veritas non potest: refutant enim cum οἱ τυμβωρῶχοι, quos spoliatores mortuorum, bustis fodiendo apertis, ornamenta sepulcralia furatos esse (Chariton. III, 2, 9 p. 59 et 63. ed. Lipf. cf. Hesych. h. v.) inter omnes constat, tum ipsae leges de sepulcris violatis agentes adhuc in Corp. Iustin. superstites. Laudant Tacit. Annal. II, 69. Phaedri fabb. I, 27 etc.

In vet. cod. Voff. et schedis Scaligeri titulus tantum est: *In eum, qui maligne iocatur.* Exstat ap. Pithoeum p. 44. et ap. Scaliger. p. 199. Minatur maligne iocanti, a quo nemo tutus sit, vindictam et aliorum poetarum et suam, nisi a carminibus malignis pangendis desistat. Ceterum neque de auctore, neque de eo in quem factum sit poemation, quicquam constat, nisi quod codd. Senecae adscribunt.

V. Recensuit Burmannus

1. 2. *Carmina* — *magis.*
Non

Sed solet insanos populos compescere sanus:

Et repetunt motum saxa remissa caput.

In te nunc stringit nullus non carmina vates,

Inque tuam rabiem publica Musa furit.

10

Dum

quem sequimur, post *urbes*, sed post *populum* distinxerunt. Recte observat Burmann. ad h. l. augeri ita invidiam, quod non tantum in se, sed in omnem populum maligne eum iocari dicat. Sic paullo ante: *Nemo tuos fugiet* etc.

8. *motum*. Pithœus em. *volunt* i. e. devotum, diris execratum. Ovidius in Ibin 470. Sed recte Heinsius Burmannusque vulgatum tuentur, *motum*, i. e. furibundum hominem.

Non solum carmina tua maligna sunt, sed tu ipse gaudes malis, quorum causa convicia tua sunt. *Mortifero suffusa veneno*. ut lingua invidiae ap. Ovid. Met. II, 777 est suffusa i. repleta veneno; sic, noster vocat haec carmina, quae Ovidius in Ibin 4. 14 sanguinolenta, verba canina, et Trist. II, 566 iocum venenatum appellavit. Iam quum venenum serpentibus sit proprium, quorum *dentes* emitte illud solere constat, hinc bene *dentes* vers. 3 posuisse dicendus est. Alio sensu occurrit dens invidus ap. Horat. Carm. IV, 3, 16. V, 6, 15, quatenus detrahit alterius laudi, deterit eius merita, ut verbis Mitscherlichii amiciff. ad h. l. utar.

8. *Et repetunt — caput*. Motum caput est, recte interpretante Burmanno, insanum, furibundum, ut numine divino agitati *moti* dicuntur. Glossarium Leiden-
sis Bibliothecae ineditum:

Limphatus, mente motus, furiosus. Seneca de Tranq. An. 15, 16 ait: non potest grande aliquid et supra caeteros loqui nili mota mens. Sic *mota mens* pro alienata, furiosa est Ovid. Trist. V, 6, 24. Senec. Consolat. ad Polyb. 37, 5 etc.

9. *In te nunc stringit*, iacit; praeparat pangitque. Stringere gladium, enses, tela i. e. vibrare in hostem proprie dici constat. Iam quum carmina cum telis, id-
eoque poeta cum milite, comparentur, tropus facilis est, quo iambus apud Ovid. Remed. Amoris 377 et carmina h. l. stringuntur. Omnes, ait, poetae accinguntur ad carmina tua maligna liberis suis iambis resutanda: equidem tantisper, dum illi hac in re toti sunt, hoc in te carmen pango. *Compositus* est oppositus, adversarius. *Componi* enim, ut *comparari*, de iis, praesertim de gladiatoribus, qui se cum pugnaturi sunt, dici vel

Dum sua compositus nondum bene concutit arma
Miles, it e nostra lancea torta manu.

Bellus homo valide capitalia carmina ludis:

Deque tuis manant atra venena iocis.

15 Sed tu perque iocum dicis vinumque. Quid ad rem,
Si plorem, risus si tuus ista facit?

Quare tolle iocos: non est iocus, esse malignum.

Nunquam sunt grati, qui nocuere sales.

VI.

11. *Dum sua compositus* etc. Aliud epigramma et a praecedentibus separandum esse cenlebat Lipsius, quem sequutus est Sriver. et Gronov. in Ed. Tragici Senecae, sed coniunxit in ed. philosophi. Sic et cod. Voff. et schedae Scal. connectunt. *it e* Burm. recte legit: olim *et e*.

13. *Bellus homo et valide capitalia crimina ludis*. Heinsius delebat *to et*, quem sequutus sum. *ludit* cod. Voff. et sched. Scalig. Pro *crimina* scribendum cum Sriverio *carmina*, ut paullo ante versu 2. Burmanno iudice, qui sequenti versu *tetra venena* cum Francio praetulerit, non *atra*, coll. Broukhuf. ad Propert. II, 13, 70 *Sumere et in nostras tetra venena manus*, non *trita*. Sed nostro loco non opus est emendatione.

15. *Sed tu — ista facit?* ita in ed. Pi. b. Scalig. ac Scriv. et ipse Scaliger in margine correxerat. *Sed tu per* ** totum sched. Scal. et cod. Voff. dabant. Scaliger correxerat quoque vers. seq. *cum plorem*. Heinsius: *ut plorem*, probante Burmanno. Sed *iste*, ait Burm., etiam malim pro *ista*. *Ut plorem, risus si tuus iste facit*, si tuus iste risus malignus efficit, ut piorem. Certe *si* sic bis ponitur non admodum venuste. Burm., qui etiam e schedis Scalig. maiorem distinctionem posuit post *vinumque*, parum abest quin legendum cenleat: *quid ad me?* Catulli X, 31: *Verum utrum illius an mei, quid ad me?* comparans.

17. *tolle iocos: non est iocus, esse malignum*. Sic recte editum est. vitiose adfert Dorleans ad Tacit. p. 513: *Quare tollo iocos, non est iocus, esse malignus. Tolle iocos* cod. Voff. et schedae Scalig. et vers. ult. *grates*, unde in margine *grati* vel *gratis* correxerat. Burm.

vel e Cicerone constat. *Miles — concutit* movet, tractat. Sic Ovid. Metam. XII, 79 concutiens tela.

13. *Bellus — sales*. Facetiosus es homo, ideoque tolle iocos tuos tantas mox carmina maxime maligna lestias atque tot mala creant facis, parum cogitans de la-

crimis quas nobis exprimis, dummodo risum excites audientibus legentibusve. Sed quum in hoc iocus non consistat, malignum esse, ideo tolle iocos tuos tantas mox lestias atque tot mala creantes etc. *Bellus* est is qui iocis

cis

VI.

A D A M I C V M.

Crispe, meae vires, lassarumque ancora rerum :

Crispe vel antiquo conspiciende foro :

Crispe potens nunquam, nisi quum prodesse volebas :

Naufragio litus tutaque terra meo.

Solus honor nobis, arx et tutissima nobis:

5

Et nunc afflicto sola quies animo.

Crispe,

3. *Crispe — volebas.* Ita in cod. Voss. et schedis Scalig. at *solebas* Heinsius. Burm.

5. *solus — nobis.* Sic Pith., schedae mss. atque editio Scalig.: *a nobis arx et tutissima* cod. Vossii: *arx munitissima nobis* coniecerat Heinsius. Burm.

cis dicacibus atque amaris in alios iactis risum assensumque captat; quare venustus et dicax vocatur Catullo XXII: cf. Martial. III, 63.

VI. Recensuit Burmannus in Antholog. Vet. Lat. To. I. Lib. III. Epigr. CLVII. p. 598. sq. cum titulo: *Eiusdem ad amicum Crispum.* In codice Voss. et sched. mss. Scalig. titulus est: *Ad amicum optimum.* Quis ille Crispus sit, quem auctor carminis alloquitur, ad liquidum perducere nequit, quia de auctore huius epigrammatis, ideoque de tempore quo scriptum sit, nondum liquet. Exsulem fuisse e carmine colligimus. Si schedas Pithoei sequamur Senecae epigramma hoc tribuentes, Crispum Passienum oratorem celebrem, Agrippinae maritum et Neronis vitricum, intelligere licet, cu-

ius quidem Seneca de Benef. I cap. ult. et Quaest. nat. IV init. meminit, sed sine ulla singularis amoris nota. Cf. de hoc Crispo Passieno Lipsii Excurf. A. ad Tacit. Annal. XII, 6. Opp. To. II. P. II. p. 810. sq. ed. Oberlin.

3. *Crispe — volebas.* Idem de Livia dici apud Velleium Patercul. notaverat Casanbonus, respiciens sine dubio illa ex libr. II c. 130 in fine: cuius potentiam nemo sensit, nisi aut levatione periculi aut accessione dignitatis. Albinovan. de eadem in Epicedio ad Liviam vers. 47: Nec nocuisse ulli et fortunam habuisse nocendi, Nec quemquam nervos extimuisse tuos. Auctor Elegiae in obitum Maecenatis vers. 15: Omnia quum posses, tanto tam carus amico, Te sensit nemo velle nocere tamen. Burmannus ad h. l. et in Ad-

dendis.

Crispe, fides dulcis, placidique acerrima virtus,
 Cuius Cecropio pectora melle madent.
 Maxima facundo vel avo, vel gloria patri:

Quo

7. *Crispe — virtus.* Versum hunc corruptum suspicans Burmannus legendum putat: *Latiique acerrime vindex, Cuius Cecropio pectora melle madent.* Sed locus non emendatione, sed interpretatione indiget, quam petas e notis.
9. *Maxima — patri.* at *facundi* erat in cod. Voss.: in sched. Scalig. mss. legitur cum latina: *vel avi** gloria*; sed in margine *vel avo vel gloria patri* correxerat Scaliger.

dendis. Ruhnken. ad Vellei. Pat. l. l. similem attulit locum e Senecae Consolat. ad Polyb. XXII, 3: Nemo potentiam eius iniuria sensit, numquam ille te fratrem ulli minatus est.

7. *Crispe — virtus:* in te ille, qui placidam vitam degere velit, neminemque laedat, spem suam secure collocare atque virtuti tuae oratoriae, qua contra quemcunque defendatur, committere se suaque omnia potest. Si abstracta in concreta, quae dicunt, haec sic mutaveris, sensus bene procedit, nec ulla causa subest pro corrupto hunc locum habendi cum Burmanno.

8. *Cuius Cecropio — madent.* Atticam et eam suavissimam, qua *mudebat* i. abundabat, eloquentiam ei tribuit, respiciens haud dubie ad Demosthenem. Sic in Petronii Epigr. (Anthol. vet. Lat. To. I. CXXVIII) — et ingentis quatiat Demosthenis arma etc. Quum perbi-

bere quis liberalia studia (Senecae Epist. XXXVI, 4) diceretur et *madere* de iis, qui vino largius se invitaverant, in usu esset, facilis erat transitus, quo tamen graeca vox unde *madeo* derivatur, *μαδάω* caruit, ad usum tropicum, ut alicuius pectus *maderet* i. e. repletum esset, abundaret literis, artibus, sermonibus, *melle Cecropio* i. e. eloquentia attica (*mel* enim, cum respectu fortasse ad Hom. II. α, 249, de eloquentia inprimis solenne fuit): sic Martial. l, 40, 3 *Decianum* vocat *Cecropiae madidum Latiaeque Minervae artibus*, VII, 69, 2 quem locum e nostro loco haustum putat Burm. ad h. l., *Theophilum Cecropio rore madentem*, et; eod. libr. 51, 5 *Pompeium iure madentem*. Cf. Burmann. ad Epigram. lib. II, 243, 2. To. I. Anthol. Vet. Lat. et Mitscherlich. ad Horat. Carm. III, 21, 9.

9. *Maxima — patri.* De Passie-

Quo solo careat si quis, in exsilio est. 10
 An tua, qui iaceo faxis telluris adhaerens,
 Mens mecum est, nulla quae cohæbetur humo?

VII. DE QUALITATE TEMPORIS.

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,
 Omnia sede movet, nil finit esse diu.

Flumina deficiunt, profugum mare litora ficcant,

Subsi-

10. Quo solo careat si quis, in exsilio est. Ita recte distinxe-
 runt Pithoeus, Scaliger, Scriverius, Gronovius post Seneca-
 m Tragicum, et editio Lipsii ac Morelliana Senecae philo-
 sof.: sed in Gronov. utraque editione perperam distinguitur:
 Quo solo careat, si — est. Burm.

11. An tua, qui iaceo faxis telluris adhaerens, Mens mecum
 est, nulla etc. Sic refinxit e codd. vestigiis. Codex enim Voss.
 praefertit: An tu qui iaceo. Schedae mss. Scalig.: An tu
 cui iaceo. In margine correxerat Scaliger: An tua. Pi-
 thoeus edidit: En hic qui iaceo. Quia tamen Senecam ex-
 fulem in Corsica huius epigrammatis auctorem esse putabant
 viri docti, tellurisque vocem, nullo epitheto adiecto, lan-
 guere, Scaliger et Scriverius legendum censuerunt: An tua
 Cyrneae faxis. Faber: At quia Cyrneae. Burmannus:
 At mea Cyrneae faxis — Mens tecum est, uti quoque Gron-
 nov. in Senecae philosophi opp. edidit, qui tamen post Tra-
 gicum vitiose exhibuit: An tua, Cyrneae — Mens tecum
 est. Enimvero cur codices, qui bonum sensum fundunt, de-
 feramus, nulla caussa subest. Tellus autem apud poetas, e.
 c. Virg. Aen. III, 73. VIII, 422. simpliciter insula est.

3. profugum — ficcant. Heinsius legendum censuit: siccant.

Passieno certum est, patrem cum sit iam in insula exsu-
 habuisse etiam oratorem; lante. Cf. Var. Lect.

vid. lib. 2. Controv. 5: de
 avo nihil scio. Lipsius. De
 Sallustio capiendum inscri-
 pserat N. Heinsius, notante
 Burmanno.

VII. Recensuit Burman-
 nus in Anthol. Vet. Lat. To.
 I. lib. III. Epigr. XCV. p.
 550. sq. cum titulo: Sene-
 cae de qualitate temporis.

11. 12. An tua, qui ia-
 ceo faxis — Mens mecum
 est — humo. Rogat et
 exquirat poeta, an Cri-
 spus etiam sui memor sit, et
 an eius animus, qui nullis
 terrarum angustiis cohiberi
 vel retineri possit, non se-

1. Omnia — depascitur.
 Idem fere apud Nemelian.
 Eclog. IV, 32 (in Werns-
 dorf. Poet. Lat. min. To. II.
 p. 210) Omnia tempus alit,
 tempus rapit, usus in arto
 est. Burm.

- Subfidunt montes, et iuga celsa ruunt.
 5 Quid tam parva loquor? moles pulcherrima coeli
 Ardebit flammis tota repente suis.
 Omnia mors poscit. Lex est, non poena, perire.
 Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

VIII.

V O T U M.

Sic mihi sit frater, maiorque, minorque, superstes,
 Et de me doleant nil, nisi morte mea.

Sic

2. *Et de me doleant.* Burmannus cum Heinſio ſic ſcribendum cenſuerunt, quos ſequendos duxi. Olim: *doleat.*

4. *Subfidunt montes* etc. ſi naturae legem adſpicias
 Ita Stilichon apud Claudian. etc.
 Bell. Get. 526: quum ceſſe-
 rit omnis Obſequiis natura
 meis; ſubſidere noſtris Sub
 pedibus montes, areſcere vi-
 dimus amnes. Burm.

5. 6. *moles — repente ſuis.*
 Cogitabat auctor illud Ovi-
 dii lib. I. Metam. 258: Eſſe
 quoque in fatiſ reminſcitur,
 adfore tempus, Quo mare,
 quo tellus correptaque re-
 gia coeli Ardeat, et mundi
 moles operoſa labore: ubi
 vid. N. Heinſii notas. Albi-
 novan. Eleg. ad Liv. verſ.
 365: Omnia ſub leges mors
 vocat atra ſuas. Ecce ne-
 cem intentam coelo terrae-
 que fretoque, Caſurumque
 triplex vaticinatur opus.
 Burm.

7. *Lex eſt — perire.* Se-
 neca in Conſol. ad Helv.
 XIII, 2: Si ultimum diem
 non quaſi poenam, ſed qua-

VIII. Recenſuit Burman-
 nus in Antholog. Vet. Lat.
 To. I. Lib. III. Epigr. CLV.
 p. 603. ſub titulo: *Senecae
 Votum.* Sub Senecae no-
 mine etiam apud Pith. Lib.
 I. p. 41. et Scalig. p. 212.
De Patris filio parvulo in-
 ſcribitur in veteri codice
 Voſſ. et ſchedis mſſ. Scali-
 geri. In fine aſteriſcis ad-
 poſitis nonnulla deeſſe ad-
 ſcripſerat Heinſius, et man-
 cum Epigrammatium votum-
 que imperfectum eſſe, no-
 tavit Lipſius; ſimile illud
 Ovidii lib. II. ex Ponto 6,
 15: Idque facis, faciaſque
 precor, ſic mater et uxor,
 Sic tibi ſint fratres, totaque
 ſalva domus. Burmannus.

1. *Sic mihi — ſuperſtes.*
 Maior eſt M. Annaeus No-
 vatus, ſ. Iunius Gallio, mi-
 nor Annaeus Mela.

Sic illos vincam, sic vincar rursus amando:

Mutuus inter nos sic bene certet amor.

Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit,

5

Facundo patruos provocet ore duos.

IX.

5. *Sic dulci M. etc. Sic Marcus, dulci etc.* editur post Senecam Tragicum Gronovii.

3. *Sic illos — amando* eorum Annaeo Mela nepotem, ideoque per patruos sc. ab illis.

4. *Mutuus — amor.* Similiter Tibull. Eleg. 1, 7, Gallionem et Senecam: cui 82: Mutuus absenti te mihi quidem opinioni Stafium in Genethliaco Lucani Lib. II. fervet amor. Silv. 7, 30 et Sidonium

5. *Sic dulci — fritinnit.* Apollinarem Carm. IX, 230 Lipfius recte intellexit L. aliosque favere putat. Sed Annaei Senecae Philosophi simplicior et verior est Lipfii ratio. *Fritinnire* proprium esse avium parvarum, blandissimum, quem ita describit in Consolat. ad Helv. inprimis hirundinum, et 16, 13. Burmannus tamen deinde translatum esse ad hoc versu per Marcum potius cum Heinſio intelligendum opinatur Lucanum, infantem garrientes nugantesque, nunc notum est. Digna tamen docta Burmanni nota de hoc verbo ad h. Annaei Senecae ex fratre L., quae perpendatur.

IX.

A D C O R D U B A M.

Corduba, solve comas, et tristes indue vultus:

Inlacrimans cineri munera mitte meo.

Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, vatem:

Corduba non alio tempore moesta magis.

5 Tempore non illo, quo versis viribus Orbis,

Incubuit belli tota ruina tibi.

1. *tristes indue vultus. cultus* placebat Heinſio. Sed illud exquisitius est.
2. *Inlacrimans.* Idem Heinſius legebat: *I lacrimans* etc. ut frequenter amabat voculam illam reponere, de quo alibi. Sed hic nihil muto. *Inlacrimari, adlacrimari, delacrimari* et ſimilia verba ipſe adſerit in notis ad Virgil. X. Aen. 628. Burmann.
5. *Tempore non illo.* At cod. Voff. et ſchedae Scalig., eiſdemque et Pithoei editio *Tempore non alio*: melius tamen *non illo* tam luc, quam paullo poſt, Pithoeus, Scriverius et Heinſius, qui etiam legebat: *quo verſi viribus orbis.* Burm. Recepi *non illo.* *Verſis* tamen retinui. Utramque emendationem Heinſii probabat Wernsdorf., adducto Lucani I, 5 verſu: certatum totis concuſſi viribus orbis.

IX. Recenſuit Burmannus quamquam nullo auctoris in Antholog. Vet. Lat. To. nomine adpoſito ediderit I. Lib. III. Epigr. XI. p. 463. Lib. I. Catalect. p. 197. ſed ſq. Sub *Senecae* titulo, ad in notis Senecae haec tribuit *Burmannus*, tria iſta buenda monuit. Repetiit epigrammata I. II. IX. ad *Wernsdorf.* in Poet. Lat. Corſicam et Cordubam ha- min. V, 3 p. 1364 cum do- bentur apud Pithoeum Lib. cta illuſtratione.

I. p. 42 et vulgatis Senecae 1. 2. *Corduba*. — *meo.* Philoſophi editionibus vel Luctum indicit Cordubae praefiguntur vel inter alia patriae ſuae propter mor- Epigrammata de exilio ſcri- tem ſuam. Lugubrem ſume pta exſtant ante Conſolatio- veſtem vultumque, et mit- nem ad matrem eiſ Hel- te *munera* ſeralia, parenta- viam, ut et in fine Senecae lia, inferias (*τὰς χοὰς*) i. e. Tragici ex editione Grono- florum ſerta, etc. cineri meo, in ſepulcrum meum. viana conſpiciuntur. *De ſe* Cf. Tacit. Hiſt. II, 95. Suet. *ad Patriam* inſcribit vetus Cal. 3. 15. Sed res nota eſt.

Voffii codex et ſchedae mſſ. 5. *Tempore non illo* — Cal. 3. 15. Sed res nota eſt. *erat.* Spectant haec ad bel- lum

Quum geminis oppressa malis utrimque peribas,

Et tibi Pompeius, Caesar et hostis erat.

Tempore non illo, quo ter tibi funera centum

Heu nox una dedit, quae tibi summa fuit.

10

Non, Lusitanus quateret quum moenia latro,

Figeret et portas lancea torta tuas.

Ille tuus quondam magnus, tua gloria, civis

A a 2

Infi-

10. *Heu nox — fuit.* Vox vitiose in cod. Voss.

13. *Ille tuus — civis.* Merito haec suspecta videbantur Heinsio, qui tentabat *Marcus*, vel *magna et tibi gloria*. Burmann. Sed quid iubet, *Magnum* hic pro cognomento habere? *magnus*

lum Iul. Caesaris cum Pompeianis gestum in Hispania et finitum proelio ad Mundan a. u. c. 709. Hoc bello hispaniensi Iul. Caesar Cordubam oppugnavit, Sexto Pompeio eam praesidio tenente, multaque ipso hostiliter in Cordubenses faciente. Cf. Appian. Bell. civil. II, 104 sq. ubi Schweighäuserus reliquos, qui hac de re egere, delignavit.

9. *Tempore non illo — fuit.* Credere par est cum Wernsdorfio ad h. l., funestam eam noctem ab aliis auctoribus non memoratam significari, quae expugnationem Cordubae praecessit, de qua videri possunt scriptt. laudati a Schwgh. Burm. hic fortasse imitationem esse putat Ovidii Epist. XI, 114: Haec tibi prima dies, haec tibi summa fuit etc.

11. 12. *Non, Lusitanus — tuas.* Intelligitur Viriathus, Lusitanorum contra Romanos dux virque ma-

gnus, uti audit in Epitom. Liv. 54, ab a. u. c. 606—614. Cf. Appiani Bell. Hisp. 62 sq. 75. et Fabric. ad Dion. Call. To. I. p. 32 sq. Romani auctores, quin etiam Cic. de Off. II, 16 latronem latronumve ducem eum vocant, qui multos per annos, nam de annorum numero non convenit inter auctores, (cf. Schwgh. ad Appian. Vol. III. p. 277) omnia, ut cum Floro II, 17, 15 a Wernsdorf. laud. loquar, citra ultraque Iberum et Tagum igni ferroque populatus Cordubam quoque infestare non dubitavit, praefertim quum Quintius (de quo cf. Schwgh. ad Appian. III p. 282) Cordubae inclusus C. Marcium in Viriathum interdum emitteret. *Lanceam* autem dicit, erudite notante Wernsdorf. quia de hispanicis hostibus sermo est, et lancea vocabulum hastae hispaniensis. Vid. A. Gell. XV, 30.

Infigar scopulo. Corduba, solve comas:
 15 Et gratare tibi, quod te Natura supremo
 Adluit Oceano: tardius ista doles.

gnus Cordubae civis vocatur Seneca i. e. illustris, excellens, et fama celebratus. Atque hinc rectius vocabulum istud cum minuscula litera scribitur, ut Gronovius fecit. *Marcus* hic locum habere nequit, quia hic pater Seneca est, non auctor epigrammatis. Wernsdorf.

14. *Infigar scopulo*, i. e. poetae ponere solent Oceanum. Vide v. c. Horat. Carm. 3, 20. Quare non opus est de mari atlantico cum Wernsdorfio intelligere. *Natura* autem est Deus, vis illa divina quae elementorum ordinem disposuit et suum cuique locum assignavit, quae sunt verba Mitscherlichii amic. ad Horat. l. 1. Cf. Senecae Consolat. ad Helv. VIII, 4. Perperam cepit Wernsdorf. de hac universi machina, qua continetur, quicquid natura creavit, quam vocis vim, ut

14. *Infigar scopulo*, i. e. poetae ponere solent Oceanum. Vide v. c. Horat. Carm. 3, 20. Quare non opus est de mari atlantico cum Wernsdorfio intelligere. *Natura* autem est Deus, vis illa divina quae elementorum ordinem disposuit et suum cuique locum assignavit, quae sunt verba Mitscherlichii amic. ad Horat. l. 1. Cf. Senecae Consolat. ad Helv. VIII, 4. Perperam cepit Wernsdorf. de hac universi machina, qua continetur, quicquid natura creavit, quam vocis vim, ut

16. *Adluit Oceano*: i. e. solitus erat vir egregius, non procul a mari mediterraneo s. interiori collocavit. Itin. I, 61. et Priscian. Penam pro. quocunque mari erudite exposuit ad Rutil. I, 61. et Priscian. Penam pro. quocunque mari erieg. vers. 1.

L. ANNAEI SENECAE
DE MORTE
CLAVDII CAESARIS
LVDVS.

I. Quid actum sit in coelo ante diem tertium Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. anno a novo, initio seculi felicissimi, volo memoriae trade-

Aa 3

re.

a. novo. Discedunt dantes *novo* codd. parif. a. b. et α . ubi manus correctoris dedit vulgatum: *novo*; quod praefendum est $\tau\tilde{\omega}$ *nono*. Nomina consulum abluunt a codd. α . a. b. Mox *nec* e codd. par. α . b. c. d. e. g. h. recepi, eiecto vulgato: *vel.* cf. F. A. Wolf. ad Tacit. Annal. 1, 32 p. 72 sq. ed. Oberlin. *Haec ita vera* dant omnes codd. et edd., praeter Curionis cod. a Fromondo memoratum, qui *vero*: Fromondi iudicio paulo melius. Mihi tamen magis arridet *vera*, quum de veritate sermo sit.

I. Historicus quid traditurus et quibus fontibus coepit. Quod *saeculi felicissimum* sit in morte et rebus Claudii Caesaris gestis in coelo describendis docet.

1. *Quid actum sit* — *tradere*. Veritatem rei testatur Tacitus Annal. XII, 64. 69. et Sueton. Claud. 45. quocum noster consentit propius. Nam Tacitus M. Asinium et M. Acilium hos consules vocat. *Tertium autem Idus Octobris* memorat uterque. Factum hoc est a. u. c. 808. a. Chr. 55; *anno*

novo i. e. quo Nero regnare coepit. Quod *saeculi felicissimi initium* dicitur, id tum spes egregias de Nerone tunc temporis conceptas indicat, notas v. c. e Senecae libris de Clementia, tum expressum sollenni hac in re vocabulo: nihil enim utilitius in numis Rom. saeculi felicitatis mentione. cf. Heynii Opuscul. academ. Vol. III p. 331 sq. *Nihil offensae* — *dabitur*. Si Senecae hunc librum tribueris, ad exilium eius in Corsica octen-

re. Nihil offensae nec gratiae dabitur. Haec ita vera si quis quaesierit unde sciam: primum, si noluero, non respondebo. Quis coacturus est? Ego scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille, qui verum proverbium fecerat, Aut regem, aut fatuum nasci oportere. Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam venerit. Quis unquam ab historico iuratores exegit? Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quaerite ab eo qui Drusillam euntem in coelum

b. *iuratores.* Antea divisim: *iurato res.* Iam Beatus Rhenanus sic in codice weissenburgenfi *iuratores*, non distractum *iurato res* invenerat, et sic quoque scribendum esse monuit, Lipsio etiam et Fromondo postea e Plauto et Macrobio bonam nominis latinitatem docentibus: contextus quoque postulat hie *testes iuratos*: quo illa: *unde scio*, et sequens: *auctorem*, recte monente Sonntagio, nunc praefule eccles. apud Rigenfes S. V. mihi que amic., referri debent. Gronovius tamen, exemplorum a Lipsio et Fromondo allatorum auctoritate repudiata, Turnebum (Adversar. XIX, 12) sequi maluit h. l. et Obff. IV, 3. p. 547 sq. ed. lipf. Ceterum codd. omnes *iuratores* habent, quamquam in tali re auctoritas eorum parvi aut nullius momenti esse potest.

octenne referas, quo suspectum adulterii cum Iulia Germanici filia Claudius primo imperii anno, a. u. 795 miserat, unde a. u. 803 redux educationi Neronis praefficiebatur. Vid. Dio Cass. 60, 8 et 31. coll. schol. Iuvenal. V, 109. qui tamen perperam, post triennium, ait, revocatum esse Senecam.

2. *Aut regem — oportere* quatenus omnia regibus et fatuis licent. Cf. Erasmi Adag. I, 301.

3. *quaerite ab eo qui Drusillam* etc. Proiectissimi animi homo Livius Geminus,

senator, iniurandum hoc publice praestitit, et praemii loco a Caligula 250,000 Denarios (circa 10,000 Frederic. aur.) accepit. Dio Cass. 59, 11. Quam eandem summam Numerius Atticus, senator rom. a Livia accepit, Dione Cass. referente 56, 46. quum Proculum Iulium de Romulo asseverantem iureiurando (Liv. 1, 16) imitatus, iurasset, se Angustum in coelum elatum conspexisse. De foeminis itaque hunc morem apotheo- seos quoque viguisse apparet. cf. Dio Cass. 60, 5. Descripsit apotheosin imperatorum

coelum vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem, non passibus aequis. Velit, nolit, necesse est illi omnia videre, quae in coelo agantur. Appiae viae curator est: qua scis et divum Augustum, et Tiberium Caesarem, ad deos isse. Hunc si interroga-
4
veris, soli narrabit: coram pluribus nunquam verbum faciet. Nam ex quo in senatu iuravit se Drusillam vidisse coelum ascendentem, et illi pro tam bono nuntio nemo credidit e quod viderit; verbis conceptis affirmavit, se non indicaturum, etiamsi in medio foro hominem vidisset occisum. Ab hoc ego

A a 4

quae-

c. *quod viderit.* Sic edit. rom. quam Erasmus sive B. Rhenanus expresserunt, una cum codd. omnibus paris. At Lipsius, Gruterus et alii: *quid vid.* Heumannus (in Supplem. ad Acta Eruditor. To. VI p. 298) haec verba ut glossema delenda esse censuit. Enimvero iste vir doct., ut multi alii critici, ubique glossemata aut παρεμβεβλημένα odorantur, parum solliciti docere, cui rei explicandae infervierint aut quomodo in textum venerint. Utrumque autem bene stare h. l. posse, quivis non cupidus lector intelliget. Simplicius tamen est: *quod v.*, sc. id quod postea vidisse affirmaverit.

torum Herodianus IV, 2. tur autem via regia: unde
passibus aequis iocose haec haec fictio ortum suum du-
verba Virgil. Aen. II, 720 xisse videtur. Nam, Herodiano referente l. l. in Campo Martio cremabatur funus Principis, aquila e rogo avolante, animamque Principis in coelum asserente: quae quidem Romanorum fuit opinio, si Herodiano fides est habenda. Fieri tamen potuit, ad hanc viam monumenta sepulcrorum Principibus fuisse; quod, nisi fallor, aliunde non constat. Decora huius viae admiranda descripsit Procopius Gothor. I, 14.
Adlerii opus egregium Romae descriptionem germanice sistens p. 51 fqq. Diceba-

quaecunq; audivi, ^d certa claraque affero, ita illum saluum et felicem habeam:

- II. *Iam Phoebus breviorē via contraxerat ortum
Lucis, et obscuri crescebant cornua somni:
Iamque suum victrix augebat Cynthia regnum;
Et deformis Hiems gratos carpebat honores*
5 *Divitis Autumni, visoque senescere Baccho
Carpebat raras ferus vindemitor uvas.*

Puto

d. *certa claraque.* Sic ed. rom., et Rhenanus. Hac tamen lectione Gronov. non contentus emendavit: *certa et clara*, etsi in ipsis exemplis ab eo allatis Livianum sit: Omnia non properanti *clara certa*que erunt. Hadr. Iunius et Gruterus praetulere nostram lectionem alteri: *certe clara*. Nec discedit Drakenborch. ad Liv. 1, 18 fin., qui de hac formula inpr. Augurum egit.

II. Versu 1. *ortum* omnes codd. dant. Sed probanda esse videtur emend. Fromondi: *orbem*. Sic *orbem Diana nocturna contrahit* apud Ovid. *Metam.* 15, 197. Fortasse erat: *breviori viae*, ad brevius iter orientem lucem prodit, oriri facit lucem. Versu 2. *cornua* optima est lectio, a Beato Rhen. in cod. weissenburg. inventa, et ipsi recte probata. Edit. rom. dat *tempora*, quae explicatio *τοῦ cornua* est. Uti enim Lunae adscribuntur *cornua*, ita h. l. Somno, ut incrementa eius potestatis indicentur. Sequenti versu Beatus Rh. in codice suo invenerat *lignum*, unde non contentus lectione bona, quam editio rom. offert et omnes codd. novi attulerunt, *lychnum* scribendum iussit. Eleganter autem, addit Beatus Rh., vocat lychnum Lunae, quod alieno lumine egeat, nempe Solis. Bene etiam dici posse, docet poetarum usus lampadis etc. *Regnum* tamen multo elegantius est. Vers. 4. Neubauerus *carpebat* maluit e coni., offensus repetitione *τοῦ carpebat*. Sed tales repetitiones occurrunt etiam apud optimos poetas. Vers. 5. *visoque*. Sic ed. rom. et omnes codd., ut proinde emendatione, quam Curionis codex offert, carere possimus, etsi non contemnenda.

4. *ita illum — habeam.* brem, cuius decimo tertio Appiae curatori ita salutem die Claudius obiit, describit et felicitatem apprecatur, bunt, eodem, i. e. frigido ut ista de Claudii divinitate spiritu, quo Montani Iulii et in coelum adscensu certa versus, quos Seneca in Epist. 122, 12 attulit, pacti sunt. Attamen ab eodem

II. Mortis tempus poetice describitur. quoque profectos esse, quis sponderit? Diem iam bre-

Versus qui mensem Octovio- viorem, noctes longiores fieri,

Puto magis intelligi, si dixerō, mensis erat October, 2 diēs tertius ^a Idus Octobris. Horam non possum tibi certam dicere. Facilius inter philosophos, quam inter horologia conveniet. Tamen inter sextam et septimam erat. ^b Nimis rustice! acquiescunt oneri poë-

A a 5

tae,

a. *Idus*. At ed. rom. et codd. parif. α. et b. cum x. habent: *eiusdem*: facili aberratione, quum et Eidus scriberetur haec vox, librariis quamplurimis, ut videtur, ignota.

b. *Nimis rustice! acquiescunt oneri poetae — inquietent: tu — bonam?* Ita editio rom. at omnes codd., et parifini α. a. b. c. g. h.

fieri, Hiememque appropinquare innuunt versus: sed verba paulo durius dicta videri possunt: quare Fromondus orbem i. e. cursum rescribere maluit: nec male: nisi aut vim attrahendi faciendive non inusitatam verbi *contrahere* h. l. valere putes, ut sensus sit: in angustiore coeli spatio ortum lucis fecit; aut explicare malis: una cum brevior via soli emetienda ortum quoque lucis contraxerat, brevior fecerat. Nec quartus versus hiemi iam mense Octobri istam deformitatem, et quidem in Italia tribuens mihi placet: nisi de pluviis tempestatibusque hoc anni tempore interdum ibi ingruentibus intelligere malis.

2. *Dies tertius Idus Octobris*. Confirmat Dio Cass. 60, 34, mortuus est Claudius, referens, decimo tertio Octobris die etc. cf. Intpp. Dionis et Sueton.

Facilius — convenit. Horologia hydraulica hic dici apparet, a Ctesibio Alexandrino circa ann. 245 ante Christ. inventa: quae quum ita essent comparata, ut aquam ex angusto foramine vasis guttatim destillando in aliud, levio corpore, e. c. subere (Φελλὸς appellat Vitruv. IX, 9) ibi natante aquae altitudinem, ideoque tempus praeterlapsum indicarent, omnia vitio, quod noster h. l. attingit, laborare necesse erat, ut aqua initio paullo celerius, deinde lentius deflueret atque ideo sibi horologia parum constarent. *Nimis rustice!* etc. At haec descriptio nimis rustica nec satis elegans est. Consideres potius poetas, qui ne meridiem quidem elabi patiuntur, quin describant. Quin tu hoc quoque audacter imitaris? Ironice ad poetas sui aevi inprimis spectasse videtur, qualis occurrit Montanus Iulius l. l. Cf. Var. Lect.

tae, non contenti ortus et occasus describere, ut etiam medium diem inquietent: tu sic transibis horam tam bonam?

*Iam medium curru Phoebus diuiserat orbem,
Et propior nocti fessas quatiebat habenas,
Obliquo flexam deducens tramite lucem.*

III Claudius animam agere coepit, nec invenire exitum poterat. Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, unam ^a e tribus Parcis educit, et ait: Quid, femina crudelissima, hominem miserum torqueri pateris? nec unquam tamdiu cruciandus esset: annus sexagesimus et quartus est, ex quo cum anima

e. g. h. dedere: *acquiescunt omnes poetae*. Gronovius tamen emend. *Nimis rustice, inquires tu nunc. Horni poetae non contenti ortus et occasus describere, etiam medium diem inquietant: tu sic* etc. Scioppius iam praeiverat: *Nimis rustice, inquires: cum omnes poetae* etc. At ipse auctor haec sibi ipse dixisse putandus est; itaque τὸ *inquires* supervacuum sit: deinde vulgata bonum sensum praestit: proinde praetuli cum Turnebo Advers. 35, 4. eam. Assensum suum, quem multi facio, mihi indicavit Vir amiciss. G. D. Koeler, Rector Gymnasii Detmoldiensis, de nostris literis egregie meritis, qui bene τὸ *acquiescunt* τῷ *oneri* a consuetudine poetis imposito convenire putat. Accedit, quod haec lectio difficilior est ad intelligendum, quam illa: *omnes*. Obiter moneo, Neubauerum tentasse: *acq. honori* i. e. hunc honorem ferunt, vel, hoc honori sibi ducunt etc. Ceterum in verbo *acquiesc.* voculam *ita* intelligas. Multi codd. dant: *Nimis rustico ac*. Unus parif. c. habet: *aut et med. d. inquietant*: cod. f. *nisi etiam m. d. inquietent*. Koelerus conicit quoque, ante *Claudius*, cap. 3 init. excidisse: *quum*. In primo versu, qui sequitur, *curru* ut magis poeticum e cod. par. g. assumi pro vulg. *curfu*. Vers. 2. *fessas* vulg. tenui: at codd. α. a. b. c. h. et edit. rom. praestant: *fessus*.

a. e tribus Parcis educit. Sic fere omnes codd. parif. α. a. b. g. h. quod recepi. Vulg. erat: *de tribus P. e.*, et post Grono-

III. Mercurius Parcae persuadet, ut Claudium mori sinat.

1. Tum Mercurius — delectatus esset, vel propter liberalia studia, quibus Clau-

dus deditus erat. Nam historiam in adolescentia, hortante T. Livio, scribere aggressus est. Scripsit magis inepte quam ineleganter, nec sine eruditione. Cf. Sueton. Claud.

anima luctatur. Quid huic invides? Patere mathe-²maticos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus est, omnibus annis, ^b omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum si errant: horam eius nemo novit. Nemo enim illum unquam natum putavit. Fac quod faciendum est.

Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.

Sed

Gronovii emendat. *seducit*. Sed emendatione, quamvis ingeniosa et facili, non opus est: nam non secreto eam Mercurius *ψυχοπομπός* seducit, sed reliquae Parcae adsunt, uti sequentia docent. Mox, una literula adiecta, lectionem omnium codd. dedi; eliminato vulgato, *nec unquam meritum, ut tamdiu cruciaretur*, ut ex emendatione audaciore iusto profecto. Codd. enim parif. α. a. b. c. h. una cum weissenburg. quo Beatus Rh. usus est, praestant: *nec unquam tamdiu cruciatus esset*. Hinc feci: *cruciandus esset*. Vulgatum sumit Beatus ex edit. rom. In cod. par. b. deest *τὸ diu*, quo tamen carere non possumus. Post *pateris* signum interr. posui. Deinceps post *invides* inserit edit. rom. et codd. par. α. a. b. c. g. h. *et respondit*, sc. una e tribus Parcis, Clotho. Enimvero Mercurii haec verba esse patet, non Clotho. Ex prava itaque interpretatione uni codici adscripta haec putem, ex quo, ut familiam ducente, in reliquos codd. transiisse existimanda sunt.

b. *omnibus mensibus*. Sic omnes fere codd. Sed codex Adr. Iunii, aliique ap. Nicol. Fabrum praestitere: *omnibus mensibus*,

Claud. 41. vel propter amorem, quo Claudius flagrabat, iudiciis in foro praesidendi; vel ironice, quoniam Claudius parum disertus erat: Mercurium autem *λόγιον* et *ἀγοραῖον* fuisse constat. Ceterum factum hoc est in locis inferis, ubi sedes Parcarum credebatur. Eo ducit quoque munus Mercurii, qui *νεκροπομπός* fuit. *annus sexagesimus et quartus est*. Confirmat Sueton. l. l. c. 45. Dio tamen Cassius 60, 34 anno ait sexagesimo ter-

tio obiisse Claudium. Suetonio tamen maior fides est, qui etiam sequentia ut de variis et tenacibus morbis, quibus conflictatus est, intelligenda sint, nobis auctor est in vit. Claud. c. 2.

2. *Mathematicos*, Astrologos, Genethliacos. Verisimile autem fit, Fromondo monente, mathematicos sive Chaldaeos saepe ante ab Agrippina, apud quam gratiosi fuerint, consultos spem eius et Neronis vanis praedictionibus aluisse. Cf. Tacit.

5 Sed Clotho: Ego mehercule, inquit, pusillum temporis adicere illi volebam, dum hos pauculos; qui supersunt, civitate donaret. Constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, c Britannos, togatos videre. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui, et tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tum capsulam, et tres fufos profert. Unus erat Augurini, alter Babae, tertius Claudii. Hos, inquit, tres uno anno exiguis intervallis temporum divisos mori iubebo, nec illum incommitatum dimittam. Non oportet enim eum, qui modo se tot millia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. Contentus erit his interim victoribus.

Haec

sis, probante Iunio cum Scheffero, propter Claudii temulentiam et crapulas quotidianas. Vulgatum tamen tenui. Codex Beati caret: *omnibus annis*. Delunt quoque voces: *et horam* in codd. α . a. b. c. g. Post *putavit* addunt codd. α . a. b. g. h. una cum ed. rom. *Tum ille*, quae verba ad illa: *et respondit* respiciunt; et ex eodem cum illis fonte manarunt. Mox *Babae* vulg., in quo, ex more, variant codd. *Bedae* cod. α . *Badae* β . et ed. rom. *Budae* cod. b.

c. *Britannos*. Fromondus notat, auctiora quaedam exemplaria una cum cod. weissenburg. Beati Rhen post *Britannos* haec addere: *Sauromatas et si qui ultra glaciale Boream incolunt Barbari, togatos v.*: quae tamen Beatus, Fromondus, al. ab aliquo erudito adiecta censent, ridicule et fatis longe ultra verum. Idem est iudicium Sonntagii, ideo reiicientis ea, quia fundo historico carent. Imo vero quia ridicula et Claudio stupido et temulento digna sunt, non *παρεμβεβλημένα* putaverim: sed absunt quoque codd. parif. omnibus. Proinde in textum reducere dubitavi.

cit. Annal. 12, 68 fin. Suet. mundo allata: Antonia mater portentum eum hominis c. 36. Propter valetudinem tamen etiam inde ab imperii initis quin hae praedictiones vulgatae sint a Chaldaeis, nihil impedit. *Horam eius — putavit*. Spectant huc Suetonii verba in vit. Claud. c. 3 etiam a Fro-

ter portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum. Versus est Virgil. Ge. IV, 90. *Constituerat — videre* i. e. eos iure civitatis donare voluit. De Gallia comata univcrsa testatur Tacit

Haec ait: et turpi convolvens stamina fuso, IV
Abrupit stolidae regalia tempora vitae.

At Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans,
Candida de niveo subtemina vellere sumit, 5
Felici moderanda manu: quae ducta colorem
Assumfere novum: mirantur pensa sorores.
Mutatur vilis pretioso lana metallo:

Aurea

cit. Annal. XI, 24. Etiam Senec. de Benefic. VI, 19 Heinecc. Antiq. rom. Append. lib. I, XIII p. 273 huc trahere vult, nescio quo iure. De Graecis tamen et reliquis nihil aliunde notum est. Factum autem hoc esse longe post constitutione Antoniniana, constat. Satyrice itaque capias cum respectu ad facilitatem hoc civitatis ius et a Messalina et ab eius familia redimendi. Cf. Dio Cass. 60, 17. *in semen relinqui* i. e. instar seminis, ad propagationem. Similiter Cato R. R. 161 ait: *in semen ire*. An haec *capsulae* mentio alibi occurrat ignoro. Clotho fusos, quorum fila Lachesi deducenda atque ab Atropo defecanda erant (cf. Schol. Euripid. Orest. 12) inde depromit. Ceterum de *Parcis* omnia nota sunt: egregie de iis egit Manso in libro quem ad I de Benef. III, 3 laudavi. *Augurini* ignoti hominis. *Babae* meminit Senec. Epist. XV, 8: uterque satius.

IV. Versus qui sequuntur

Neronis vitam in throno felicem a *Parcis* constitutam describunt, luxuriantes illi quidem et *ταυτολόγοι* interdum, sed non proflus reiculi. Versu 1. *turpi*. propter mortem quam indicat, et quoniam in locis inferis res geritur: hinc Charon Tibulli l, 10, 36 Stygiae navita turpis aquae dicitur. E *fuso convolvit*, deducit *stamina* fila, *κλωστήρα κλώθει*: cf. Schneideri Index Rer. ad Scriptt. R. R. sub voc. Tela p. 360 sq. Clotho itaque hoc loco Lachesis et Atropi munere simul fungitur.

3. Postquam Clotho *stamen* vitae Claudii abruperat, Lachesis altera *Parcarum* felix et aureum, ita exultimabat auctor, Neronis imperium nere incipit. Unde fingit, fila, dum educuntur, flavescere et in aurum verti.

5. *Candida* — *sumit* ut neantur. *Stamina* enim h. l. fila sunt, sive partes lanae, quae torquendo digitis fila demum fiunt.

- Aurea formoso descendunt secula filo.*
 10 *Nec modus est illis, felicia vellera ducunt,*
Et gaudent implere manus; sunt dulcia pensa.
Sponte sua festinat opus, nulloque labore
Mollia contorto distendunt stamina fuso:
Vincunt Tithoni, vincunt et Nestoris annos.
 15 *Phoebus adest, cantuque iuvat, gaudetque fu-*
turis:

Et lactus nunc plectra movet, nunc pensa mi-
nistrat.

Detinet intentas cantu, fallitque laborem.

Dumque nimis citharam, fraternaue carmina
laudant,

Plus solito nevere manus: humanaue fata

Lauda-

Verfu 9. Editio rom. *distendunt*. at aliae et libri mss. *descen-*
dunt. cf. not. Verfu 10. *vellera ducunt*. Codd. a. a. h.
 male *vellera dicunt*.

9. *descendunt* una cum hortor. ait: Iam rosa disten-
filo. dat contorti stamina iunci.

10. *Nec modus — illis* Descendunt tamen, quae al-
 fc. fororibus. Indefessae la- tera lectio est, defendi quo-
 borant deducendis filis. Op- que potest: sed illud prae-
 plentur fusi filis earum ma- gnantius est, et repetitio-
 nus. nis τὸν *descendunt* e vers.

13. Iqq. *nulloque labore* 9 taedium tollit.

sorores Parcae *distendunt* 14. Vitiolae Nestor, qui
 opplent *staminibus* filis fu- non tam diu vixit quam *Ti-*
 sum Neronis. Id enim nunc *thonus*, postponitur. *Titho-*
 quum maxime agunt Par- nus ab Aurora amatus et im-
 cae, ut e lana fila digitis mortalitate donatus ex Ho-
 torqueant et in fufum du- mero et Virgilio notissimus
 cant, qui deinceps in Clo- est.

thus capsula reponatur, us- 15. Bene *Phoebus, adesse*
 que dum et Neronis vitae iubetur a poeta, quum Ne-
 tempora abrumpenda sint. ro poetices et musices esset
Distendere autem de magna amantissimus et pulchritudi-
 copia in usu esse notum est ne cantuque cum Apolline
 v. c. e Tibull. II, 5, 84 ubi compararetur. Quare non
 cf. Heynii not. et obsf. Sic male Neroni Phoebus fave-
 Columella X, 306 de cultu re dicitur.

Laudatum transcendit opus. Ne demite, Parcae, 20
Phoebus ait: vincat mortalis tempora vitae,
Ille mihi similis vultu, similisque¹ decore,
Nec cantu, nec voce minor: felicia lassis
Secula praestabit, legumque silentia rumpet.
Qualis discutiens fugientia lucifer astra, 25
Aut qualis surgit redeuntibus hesperus astris:
Qualis cum primum tenebris aurora solutis
Induxit rubicunda diem, sol adspicit orbem
Lucidus, et primos e carcere concitat axes:
Talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem 30
Adspiciet; flagrat nitidus fulgore remisso
Vultus, et effuso cervix formosa capillo.

Haec

Versu 20. *Ne demite.* In cod. β . manu correctoris adscriptum erat: *redimite.* Male.

20. *Ne demite* quidquam ex opere vestro.

29. *e carcere* hoc defunctum esse ab aurigis in ludis circensibus constat. Exemplo sit Virgil. *Ge.* III, 104. *At Lachests — plena orditur manu,* fila ita deducit, ut fuso imponi possint. Cf. Schneider. *Index Rer. et Vocc. ad Scriptor. Rei Rust.* p. 360. *Exspiravit — comoedos audit.* Salsum hoc nigro sale, observante Fromondo, sed tamen falsum. Nam ab Agrippina per simulationem, mortuo iam Claudio, inducti illi comoedi, qui velut desiderantem oblectarent, ait Sueton. *vit. Claud.* c. 45, donec circa Neronis successionem omnia ordinarentur. *Comoedos,* in-

primis mimos, qui ad instrumenta musica ridiculam fabulam agerent. Cf. *Plin. Epp.* I, 15 fin. et ibi not. Plura dabit Carpzovii *Paradoxon Stoicum Aristonis Chii* I, 3 p. 59 sq. Oblique autem comoedos tangit auctor, quorum comoedias tam pravas esse innuit, ut timendum sit, ne pravitate sua auditorem enecent. *qua facilius loquebatur.* Spectare huc putat Fromondus Suetonium in *vit. Claudii* c. 32: dicitur meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, quum periclitantem quendam prae pudore ex continentia reperisset. Lingua vero titubante, rauca et incondita erat.

Haec Apollo. At Lachesis, quae et ipsa homini ^a formosissimo faueret, fecit, et plena orditur manu, et Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes *χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων*. Et ille quidem animam ebulliit, et eo desiit vivere videri. Exspiravit autem dum comoedos audit, ut scias me non sine causa illos timere. Ultima vox eius haec inter homines audita est, quum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur: ^b *Vae! me, puto, concacavi me. Quid autem fecerit, nescio: omnia certe concacavit.*

V. Quae

a. *formosissimo*. Sic ed. rom. et inde Beatus Rh., et codd. parif. α. β. e. f. g. h. Lipsii emendationem Epp. Quaest. II, 24 egregie firmantes. Olim: *fortissimo*, quam quidem lectionem abire iussi, unde pedem suum vere claudum intulerat. Formolus autem, non fortis, fuit Nero. Cf. Sueton. Ner. 42. Mox *faueret, fecit illud plena manu, et N.* omnes fere codd. parif. α. β. b. e. f. g. h. accedit ed. rom. cum cod. weissenburg. Beati Rh. Idem memorat Fromondus, additque, e Lipsii mss. codd., quos tamen non descripsit, lectionem mutatam esse: *fecit et plena orditur manu*. Haud dubie hoc praestit, et doctius est. *de suo*. Vulgatam hanc lectionem Boxhorn. Quaest. Rom. IX mutare voluit: *de fusso*. Sed non intellexit locum Parca praeter annos felices a fato Neroni destinatos alios ipsi addidit sua sponte. Verus graecus est ex Euripidis Cresphonte (Opp. Vol. II. p. 435 sq. ed. Beck.) quem Adr. Iunius, e codd. mss. eruit. Valent: *gaudentes et fausta acclamantes efferre domo*.

b. *Vae! me* — Sic distinguere malui, quam in crimen laesae latinitatis vocare auctorem. Laudant tamen Plaut. *Asin.* II, 4, 75, ubi est: *Vae te*. Sequuntur in quibusdam exemplaribus auctoribus, teste Fromondo, nam nostri codd. parifini iis carent, et in editione romana haecce: *Nec post boletum opipare medicamentis conditum plus cibi sumsit*. Quae tamen verba a sciolo infarcta esse putantes Viri docti e Iuvenal. V, 146 sq. (Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino; sed quales Claudius edit, Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit) omittenda esse duxerunt. Et sane fuisset nimiae impudentiae, ait Nic. Faber in *Notis* ad h. l., si voluit Agrippinae, vel si noluit, confidentiae, parcidium veneficio commissum provulgare. Si tamen Taciti (*Annal.* XII, 67 init.) verba comparaveris, et Neronis dictum ap. Dion. Cass. 60, 35 fin. et Suet. Ner. 33. „boletos esse

erat Claudius. cf. Sueton. foedavit imperium suum toc. 4. *Omnia — concacavit, tum.*

V. Quae in terris postea sint acta, supervacuum est referre. ^a Scitis enim optime: nec periculum est, ne excidant, quae memoriae publicum gaudium impressit. Nemo felicitatis suae obliviscitur. In coelo quae acta sint, audite: fides penes auctorem erit. Nuntiatur Iovi, venisse quendam bonae staturae, bene canum, nescio quid illum minari: assidue enim caput movere, pedem dextrum trahere. quaevisse se cuius nationis esset? respondisse, nescio quid perturbato sono, et voce confusa; non intelligere se linguam eius: nec Graecum esse, nec Romanum, nec ullius gentis notae. Tum Iupiter Herculem, quia ³ totum orbem terrarum pererraverat, et nosse videbatur omnes nationes, iubet ire et explorare, quorum hominum esset. Tum Hercules primo aspectu sane perturbatus est, ^b ut qui etiam non iunonia

mon-

esse βρωμα θεων (cibum deorum), et quid aliud quam illi Claudium deum fecerunt? parvi momenti hanc dubitationem esse invenies. Enimvero propterea eicienda esse putem, quod huic loco non congrua sunt. Iocose enim haec auctor tractat, nec serio causam mortis exponere instituit: quare Paris haec omnia tribuit.

a. *Scitis enim optime.* Sic omnes libri: praeter cod. weissenburg. Beati, qui habuit, teste et probante Beato Rh. et Gronovio, *scitis enim certissime.* Quia utrumque dicitur, codices sequi malo. Mox *quae memoriae publicum gaudium impressit.* Codd. h. l. vacillant, aliis, *impressit*, aliis, *impresserunt*, tuentibus. Sequor Gronovium, qui, Beati Rh. iudicio probato, de hac lectionis veritate dubitare Fabrum mirabatur. Fromondus etiam probavit: Difficiliter enim, ait, excidunt ea quae gaudium memoriae imprimit, quia voluptas mentem ad ea, quae blandiuntur, idemdem reflectit etc.

b. *ut qui etiam non iunonia monstra timuerit.* Ex emendatione Gronovii: *ut cunque etiam iunonia monstra domuerit,*

rd

V. Quae in coelo acciderint, narrat, adventante Claudio, quem, quis sit, Hercules it exploraturus. *tonius in vita Claudii c. 30. quaevisse se sc. nuntium. Claudii titubantiam confirmat Sueton. c. 4 allata Augusti epistola ad Liviam.*

2. *Nuntiatur - dextrum trahere.* Confirmat haec Sueton. *Vol. IV.*

3. *ut qui etiam non iunonia*
Bb *nia*

monstra timuerit: ut vidit novi generis faciem, in-
 litum incessum, vocem nullius terrestris animalis,
 sed (qualis esse marinis belluis solet) raucam et impli-
 catam, putavit sibi tertium decimum laborem venisse.
 4 Diligentius intuenti, vilis est quasi homo. Accessit
 itaque, et quod facillimum fuit Graeculo, ait: Τίς
 πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοὶ πόλις; Ubi haec Claudius,
 gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum
 aliquem historiis suis locum. Itaque et ipse Homeri-
 co verlu Caesarem se esse significans, ait:

Ἰλιόθεν με Φέρων ἄνεμος; Κιόνεσσι πέλασσεν.

Erat autem sequens versus verior, aequè Homericus:

Ἐνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὄλεσα δ' αὐτούς.

VI. Et

τὸ ἰωνία retinui, eliminato *omnia*. Nam vulgatum, quod omnes codd. tenent, *ut qui etiam non omnia m. t.* sensu caret. Illud *timuerit* autem cum Sonniagio' tueor ob respectum ad *periturbatus est*. Etiam *Orci monstra*, respectu ad Homeri Il. 3, 368 habito, divinare quis posset.

nia monstra timuerit. Notum est, Iunonem Herculi semper infestissimam laborum duodecim ab Eurystheo Pelopis nepote ei imposito- rum causam fuisse. Cf. Apollodor. II, 4, 5 et cap. 5. De XII laboribus Herculis notum est Epigramma Quinti Smyrnaei in Brunck. Anal. T. II. p. 475.

4. *Graeculo* Claudio, quem magna cum cura studia graeca sectatum narrat Sueton. c. 42. Facillime igitur linguam illam intellexit Claudius, ex poeta praesertim familiari. Homeri enim versus est Odyss. α, 170 qui saepe iteratur. Quis, unde ori-

undus es, et ubi urbs patria tua sita est? Saepe autem, quin adeo pro tribunali Homericis versibus Claudius loquebatur. Sueton. c. 42. Sic cum Fromondo interpretari malim, quam cum aliis de Hercule. *philologos*: i. e. doctos. Alio sensu reprehenderat hos Seneca Epist. 108, 24. 59. *historiis*: graecas enim scripserat historias *τυβέρηνων XX, καρχηδονικων VIII*, praeter eas, quas sermone latino conscripserat testatus est Sueton. c. 41. 42. Ἰλιόθεν etc. Versus Homeri Odyss. ι, 39. est, quo Claudium Caesarem se esse et ab Iulo Troiano, Aeneae filio, oriun-

Et imposuerat Herculi ^a minimo discrimine fabu-
VI. lam, nisi fuisset illic Febris, quae fano suo relicto
sola cum illo venerat: ceteros omnes deos Romae re-
liquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat. Ego
tibi dico, quae cum ipso tot annos vixi: Lugduni na-
tus est. Munatii municipem vides: quod tibi narro,
ad sextum decimum lapidem a Vienna natus est, Gal-
lus germanus. Itaque quod Gallum facere oportet-

Bb 2

bat,

a. *minimo discrimine fabulam* i. e. paene. Sic editio rom.,
quam et Beatus Rhen. sequitur: assentiuntur quidam codd.,
teste Fromondo. Reliqui omnes codd., uti parisini, ha-
bent: *Herculi minimo discrimine fabros, sive febres*, ab-
errante quippe librarii calamo ad sequentem vocem. *Mini-
mo vasro* est Iunii emendatio e *fabros* perperam efficta, et
indigna, quae ab editoribus in textum immitteretur, quippe
qui probe nossent, neque Herculi hoc opusculo stultitiae
dari partes, neque Herculem, qui totum orbem terrarum per-
erraverat, eundemque Musagetam esse posse minime vasrum.
Reliquas Viror. doct. emendationes omitto. *Munatii* ex em.
Beati reposui. Codd. et edd. tenent: *Marci*. Cf. not. Post
vides Schefferus in Lectt. acad. putat legendum esse: *Au-
dis, quod tibi narro?* Sed vulg. bene habet. Deinceps:
Hunc ego reddo tibi omnes codd. et ed. rom. At Iunius e
cod. Iureti reposuit: *Hunc ego tibi recipio*. Koelerus meus
quum τὸ *scire* insolito modo positum esse putaret, laud
multum absuit, quin crederet, h. l. quaedam excidisse. Oc-
currunt tamen exempla quaedam, in Lexicis non omissa,
quae docent, scire interdum pro noscere ulos fuisse veteres.

oriundum fatis obscure et
ridicule significat. Ab Ilio
f. Troia secundus sive citus
ventus me admovit Ciconi-
bus. Ibi quidem ego urbem
vastavi et incolas occidi. Se-
quitur statim in Homero ille
versus Ἐϋθᾶ etc. et bellissi-
me in caedes et saevitiam
Claudii cadit.

VI. Febris narrat, quis
ille sit.

1. Parum aberat quin fe-
bellisset Herculem, nisi Febris

veritatem aperuisset. Con-
sentit Sueton. Claud. c. 2. per
omne fere pueritiae atque
adolescensiae tempus variis
et tenacibus morbis confli-
ctatus est; adeo ut animo si-
mul et corpore hebetato ne
progressa etc. Fortasse, mo-
net Fromondus, etiam febrim
eum decessisse Seneca videri
voluit, ut boleti et venefi-
cii Agrippinae suspicionem
averteret. *Fanum* Deae Fe-
bris Romae in Palatio fuisse
dicit

bat, Romam cepit. Hunc ego reddo tibi Lugduni
 2 natum, ubi Licinius multos annos regnavit. Tu au-
 tem, qui plura loca calcasti, quam ullus mulio perpe-
 tuarius, Lugdunenses scire debes, et multa millia in-
 ter Xanthum et Rhodanum interesset. Excandescit
 hoc loco Claudius, et quanto potest murmure irasci-
 tur. Quid diceret, nemo intelligebat. Ille autem
 Febrim duci iubebat, illo gestu solutae manus, ^b sed
 ad hoc unum satis firmam, quo decollare homines so-
 lebat. Iusserat illi collum praecidi. Putares omnes
 illius esse libertos, adeo illum nemo curabat.

VII. Tum Hercules: Audi me, inquit, tu, et
 desine

b. *sed* cum Gronovio et Hueto probo. Olim *et*. At codd.
 α. β. γ. omittunt.

dicit Plin. H. N. II, 7. *Lugduni*: confirmat Sueton. Claud. c. 2. L. *Munatius* Plancus notus est e Cic. epil. ad Div. X. Cf. Gronov. ad Tacit. Annal. I, 13. et Ruhnen. ad Vellej. Patern. II, 63. Condidit Lugdunum a. u. c. 711. Vide Dion. Cass. 46, 50. quem laudavi ad Senecae Ep. 91, 14. *Municeps*, civis. Municipia enim sunt iure civitatis praeditae urbes, diversi tamen gradus. Cf. Rothii de re municipali Romanor. libr. II. 1801. *Licinius* Galliae praefectus et ipse natione Gallus crudelissime regnum et tyrannidem in gentem suam furtis et rapinis exercuit. Quum tandem a. u. 739. accusatus repetundarum timeret, ne Augustus graves a se sumeret poenas, omnes divitias istis furtis comparatas Augusto dixit se acervasse, et supplicio liberatus est; Dio Cass. 54, 21.

2. *mulio perpetuarius*, qui semper mulam veterinam ad vecturas et colligendum inde lucrum conductam habet et quacunque discurrit. *Xanthum* fluvium Troiae notum. Sensus: noli credere, hunc Claudium a Troia venire, aut inde oriundum esse. *duci* ad supplicium. *Solutae manus παραλελυμένης* exponit Huetus, debilis et tremens. *Putares — curabat*. Amartitudinem huius dicti quemque, vel me non monente, intelligere credo. Veritatem docet tota Claudii vita.

VII. Hercules Claudio persuadet, ut indicet sibi quid velit. Herculem sibi conciliat.

desine fatuari: venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi verum, ne tibi alogias^a excutiam, dicito. Et quo terribilior esset, tragicus fit, et ait:

Exprime propere, sede qua genitus cluas, 2
Hoc ne peremtus stipite, ad terram accidas.
Haec clava reges saepe mactavit feros.
Quid nunc profatu vocis incerto sonas?

5 *Quae patria, quae gens mobile eduxit caput,*
Ediffere. equidem regna tergemini petens
Longinqua regis, unde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile advexi pecus,
Vidi duobus imminens fluvii iugum,

Bb 3

Quod

a. *excutiam, dicito.* Ex ed. rom. et Beati recepi τὸ *dicito*, quod omnibus codd. abest. Versu 1. *cluas* ut tragico dignum Beat. Rh. recte praetulit e cod. suo weissenburg., quum in ed. sua ed. romanam sequens dedisset *dicas*. *Sede* tuentur α. a. b. g. at *stirpe* codd. c. h.

liat. 1. *Desine fatuari* factum agere, mōrari, ut aiebat Nero, referente Sueton. Ner. c. 33. *venisti huc — rodunt.* Febri, exponit Huetus in notis mss., Claudius securim minabatur: frustra es, inquit Hercules, nam in coelo ferri vis nulla est. Sic etiam locum hunc cepisse lo. Beckmannum Vir. ill. ad Antigon. Caryst. p. 32. monuit me Koelerus amiciss. *alogias*, ἀλογίας, ineptias, desimperitinentes. Hoc loco et in epist. Augustini ad Casulan. episc. 86. occurrit haec vox.

spectant ad Herculis expeditionem satis notam in Hispaniam, unde boves Geryonis *Inachiam ad urbem* i. e. Argos arcessit. cf. Apollodor. II, 5, 10. ibique Heynium. Rhodanum autem, in quem Arar (nunc Saone) apud Lugdunum influit, (cf. lul. Caesar. de Bell. Gall. 1, 12.) attigisse Herculem, docet fabula de pugna Herculis cum Liguribus, qui boves illos abigebant, et de Campo lapideo inter Massiliam et Rhodanum. Vide Heynium ad Apollod. I. 1. 13. Fortasse imitatus est Horatium Carm. I, 31, 7 sq.: Non rura, quae Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis. 14. *spiritus* i. e. vitae.

2. Versuum sensus est: Nisi statim dicas, quis sis, clava mea tibi metuenda est. Dic, esne Lugdunensis? 6 sq.

Quod Phoebus ortu semper obverso videt: 10
Ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,
Ararque dubitans, quo suos cursus agat,
Tacitus quietis alluit ripas vadis.

Estne illa tellus spiritus altrix tui?

3 Haec fatis animose et fortiter. Nihilominus mentis
 suae non est, et timet *μωροῦ πληγῆν*. Claudius ut vi-
 dit virum valentem, oblitus nugarum, intellexit ne-
 minem parem sibi Romae fuisse: illic non habere se
 idem gratiae: Gallum in suo sterquilinio plurimum
 posse. Itaque quantum intelligi potuit, haec visus
 est dicere: Ego te, fortissime deorum Hercules, spe-
 ravi mihi affuturum apud ^b alios: et si quis a me noto-
 rem petisset, te fui nominaturus, qui me optime no-
 4 sti. Nam si memoria repetis, ego eram, qui tibi an-
 te templum tuum ius dicebam totis diebus mense lu-
 lio et Augusto. Tu scis, quantum illic miseriarum
 pertulerim, quum caudidos audirem; et diem et
 noctem: in quos si incidisses, valde fortis licet tibi
 videar-

Verfu 13. *vadis* vulgata et bona est. At *α.* in marg. habet *un-*
dis, unde *a.* et *b.* *undis* in textu habent et ed. rom. cum
 Beato Rh.

b. *alios* sc. deos. Moneo, ne quis *deos* emendet. Mox *ti-*
bi ante templum tuum pro glossem. habuit Schefferus: pes-
 sime. Mox *pertulerim*. At ed. rom. et codd. *α. a. b. h.*
contulerim. Sed vulgata praestat. Post *fortis licet* codd.
α. a. b. h. et ed. rom. dant: *tibi videaris*, quod recepi.

3. *Nihilominus* — *μωροῦ πληγῆν*. Stulti-ictum iram-
 que facile excandescentem Claudii timuit. Ioci causa
 Herculis fortitudo deprimi-
 tur: et illa proverbii men-
 tio: *Gallum* — *posse* bene ad
 Claudiam, qui Gallus ger-
 manus erat, refertur. *No-*
torem, Ciceronis cognitorem,
γνωσῆρα, qui tanquam no-
 tus adhiberi solet, ut alte-
 rum aliis ignotum noscitet et
 agnoscat. Cf. Senec. Epist.
 39, 1.

4. *Nam si* — *Augusto* quo
 tempore lites quiescerent
 (cf. Plin. Epp. VIII, 21. Stat.
 Silv. IV, 4, 40.). Rem con-
 firmant Sueton. Claud. c. 14.

et

videaris, maluisses Cloacas Augiae purgare: multo plus ego stercoreis exhausti.

VIII. ^a Sed quoniam volo **** non mirum, quod impetum in curiam fecisti: nihil tibi clusi est. Modo

B b 4

dic

a. *Sed quoniam volo **** non mirum.* Hic esse lacunam satis magnam apparet, et ab omnibus observatum est Viris doct. Codd. nihil auxilii praebent. Notulas itaque defectus apponi iussi. Graeca quae sequuntur in plerisque codd. aut profus omissa, aut valde corrupta, Beatus Rhen. tenuium vestigiorum ope e codice suo restituit, probantibus editor. insequentis. Fromondus *ὁς* addendum esse recte putabat, probante Hueto, qui sic scripsit in nott. mss. *ὁς οὔτε πράγματ' ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει.* Quae sequuntur abrupta sunt, alio aliud Herculi obiciendo: sed corrupta quoque esse quivis videt. *Si, mi Hercules,* feci e vocibus *mehercules*, Kortio et Sonntagio praeuentibus. *cuius mensam* mutatum voluit Schefferus in: *cuius mensam*, ut supra c. 3. Reliqua sensum mancum praebent. Codd. nihil iuvant. Beatus Rh. em. *Caius princeps.* Iunius em. *Saturnalitiis princeps*, non sine aliqua specie, addit Gron. Lipsius *Saturnalia eius* delevit, adsentiente Fromondo et Gronovio, qui etiam *τὸ πρίnceps* delendum censet Iano Rutgerio praecunte. Fortasse locus sic refingendus est: *Si, mi Hercules, a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensam toto anno celebravit princeps, non tulisset illum Deum ab Iove etc.* H. e. non passus esset, ut a Iove deus factus esset etc. In eandem constructionem incidere Koelerus amiciss. Sonntagius, *τοῖς Saturnalia eius* eiectis, interpunxit post *tulisset* plenius et post *incesti* interrog. puncta posuit: ubi post *Iove*

et Dio Cass. 60, 4. Fecit tim temereque in Deorum itaque hoc adeo feriarum curiam cum Claudio irruit, tempore. Intempestivam pro eius causam Diis commendaturus. Sed hi indignitatem fatui illius iudicis diligentiam irridet. Exempla tem rei sentientes in Herculem acriter invehunt, atque miseriarum, quas Claudius cum eo sine ordine et tumultuarius rixantur, alio alium in iure dicendo et caudicis occupante. audiendis pertulerit, quaedam attulit Sueton. c. 15.

VIII. Lacuna satis magna 1. Difficile dictu est, quis sic explenda esse videtur: deus Herculem primo loco Quum Hercules persuaderi increpet, Momo certe haec sibi a Claudio passus esset, digna sunt. *Deus epicureus* ut ipsius voto in deorum numero admitti savorer, sta ipse requiescit et alios requiescere finit. Notum enim est,

dic nobis, qualem deum istum fieri velis: ἐπιούρειος θεὸς non potest esse, ὃς οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει. Stoicus? quomodo potest rotundus esse (ut ait Varro) sine capite, sine praeputio? Est aliquid in eo Stoici Dei: (iam video) nec cor, nec caput habet. — Si, mi Hercules, a Saturno petisset hoc

ve intelligi debet fieri. Codd. a. b. h. qui quantum —. Lipsius ad Tacit. Ann. XII, 4 em. qui — incesti. Gronov. ibidem emend. Si mehercules — celebravit, non tulisset illud. Nedum ab Iove, quem etc. Iunia Calvina erat soror Silani, qua hic tamquam uxore abusus esse infimulabatur. Deinde Oro, propter quid? Codd. vel Oropenque vel Oro per quod. Nostram lect. dedit codex Rhenani, quam editores receperunt, Hueto in notis mss. et Sonntagio probantibus. Sequentia sunt obscurissima. Non studere, sed stude omnes codd. praestant. Rhenanus coni. Quare invidit Rom. historias suas? Lipsius: Quare, inquis, quare iniit sororem suam? Stulte, Stulte, Athenis etc. Fromondus: Stulte, stude: Athenis etc.: negat ideo debuisse mori, nam si studeas et legas historias, inquit, Athenis dimidias sorores, i. e. germanas ex eodem patre, non tamen uterinas, ducere licet; Alexandriae vero totas sorores, sive germanas uterinas-

est, Epicurum statuisse quidem deos, quamquam, philosophia eius bene considerata, iis carere potuisset, (cf. Tiedemanni Geist der Spekul. Philosophie II. p. 383.) sed eos collocasse in intermundiis summa quiete et felicitate fruente, nec cuiquam negotia facessentes. cf. Diog. Laert. X, 77. Verba graeca occurrunt apud Diog. Laert. X, 139. — Stoicus — praeputio. Stoici enim Mundum rotundum esse Deum censuere. Cf. Diog. Laert. VII, 137 sq. ibique Menag. Spectat huc Seneca de vita beat. 8, 3. Fortasse haec M. Terent. Varro, ami-

cus Ciceronis et πολυγραφέω-
τατος Romanorum notissimus,
in Satyra quadam dixerat:
nam in eius Theologia naturali,
cuius Augustinus de Civitate Dei VII, 6. meminit,
Lipso quamvis iudice Physiol. Stoic. 1, 8, occurrere vix
potuerunt: quippe illa comica: sine capite et praeputio,
ab illius operis severitate nimis aliena fuerint. Ceterum Varroni haec dicenti
Hermae cum Priapis coniuncti atque capite peneque
toti constantes obversati videntur. Cf. Interpp. ad Thucyd. VI, 27. Statim alius
nescio quis deus occupat: Si,
mi Hercules — vocare. i. e.

Etiam si

hoc beneficium, cuius menſem toto anno celebravit [Saturnalia eius] princeps, non tuliffet illum Deum ab Iove, quem, quantum quidem in illo fuit, damna-

Bb 5

vit

nasque ſimul. Gronovius: *ſulte iſtud*: nempe rogas. An neſcis et ſorores amari? i Athenas etc. illic videbis vel germanam vel uterinam, hic et utroque parente eodem genitam ducere uxorem licere. Equidem manum abſtineo: hariolor tamen e margine explicationes in textum irrepſiſſe. Fac enim, margini praegreſſa non intelligentem appinxiſſe: *Quare inquit* Seneca, *quaero enim, ſororem ſuam. ſulte*. Alter ſciolus addidit: *ſtude. Athenis* etc. Huic ob animum verfabantur Cimon Athenienſis, qui Elpinicen, germanam ſororem, et Ptolemaei, qui ſorores ſuas ſaepe inceſtarunt: cf. Athen. XIII p. 589. e. ibique Schwgh. Altera tamen ex parte, cur enim periturae chartae parcam? facile fieri potuit, ut, voculis *ſororem ſuam* e praetergreſſis perperam a librario repetitis, alius deus rogaverit, cur ſulte inſtituerit hiftoriarum ſuarum praelectionem in Muleo Alexandrino. Qui reſponſum tulit, quia Romani omne quod veneratione dignum ſit, reproberent etc. Mox *quod hunc* e Lipſii conſ. eſt: antea: *nunc*. cf. Lipſ. ad Tacit. Ann. 14, 31.

Etiamſi Saturnus, qui ei fa-
vet, quoniam Saturnalia, ex
quo Princeps eſſet, celebra-
vit Claudius (cf. Sueton.
Claud. c. 32. 33.), a Iove pe-
tiviffet, ut iſte fieret deus, ne
hic quidem hanc gratiam tu-
liſſet: quam Iovem adeo inceſti
damnaverit interfecto
Silano propterea, quod is
adverſus Iuniam Calvinam,
ſuam ipſius ſororem, verba
nuptialia et parum cauta ad-
hibuiſſe inſimulabatur. Haec
nimis ſimplex et incauta eo-
que malignae interpretationi
obnoxia conſuetudo et con-
verſatio in crimen arrepta
eſt a Vitellio, Claudio liben-
ter his criminationibus prae-
bente aures. Iovem autem
ſuam ſororem Iunonem in

matrimonium duxiſſe con-
ſtat. Tacitus etiam Annal.
XII, 4. de ea re: fratrum-
que (i. e. fratris et ſororis)
non inceſtum, ſed incuſto-
ditum amorem ad infaniam
traxit. *Quare corrigiſt*. Haec
verba tam obſcura et cor-
rupta ſunt, ut Oedipo in-
digeant. Illa: *Quia Romae,*
inquit deus aliquis etc. Ri-
det, exponit Fromondus,
Claudii cenſuram per mini-
ma quaeque delicta nimis ſe-
vere euntem. Cf. Sueton.
Claud. c. 16. Locus Plinii
jun. Epift. V, 21. docet qui-
dem, verba iſta: *curva cor-*
rigit, proverbii loco in uſu
fuiſſe de illo, qui minima,
maioribus omiſſis, emendet:
ſed loco noſtro nullam lu-
cem

vit incesti. L. Silanum enim generum suum occidit. Oro, propter quid? sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. Quare, inquit, quaero enim, sororem suam stulte studere? Athenis dimidium licet, Alexandriae totum? Quia Romae, inquit, mures molas lingunt, hic nobis curva corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, nescio: etiam coeli scrutatur plagas, deus fieri vult. Parum est quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari colunt, et ut deum orant. ^b Ἀλώρου Φιλάτου χήν.

IX. Tandem Iovi venit in mentem, privatis intra curiam morantibus ^a sententiam dicere, nec disputa-

b. Graeca Ἀλώρου Φιλάτου χήν, vel quae Iunius ambiguis characterum vestigiis in suo codice invenisse se dicit, μωρούς κληρουχίην, aut μωροῦ ἀποχήν live ἀπτουχήν sunt ex more codd. latin corruptissima: in quibus emendandis horulam bonam perdere nefas est. Gronovius tamen emendavit. Μῶροι Μώρουχον, vel Μωρότερον Μωρούχου, laudatis Graec. paroemiographis. Attingit haec Erasimus in Adag. 209.

a. *sententiam dicere, nec disputare.* Gronovius emendavit: *sententias dici indignum putare.* Et hoc sensus postulat. Cūm lithoéo tamen *extra curiam* putem ab auctore esse: infinitivum autem coniungi cum phrasi: *venit in mentem*, notum est. Si usus loquendi pateretur, legerem *infra curiam*, i. e. romano more, in foro. Mox *mera mapalia*. Lipsii codex: *mera nuptialia*, nullo sensu. Iunii ms. *vos me rapamalia* etc.

cem affundit. Nec clariora sunt sequentia: *Quid in cubiculo — nescio. etiam coeli scrutatur plagas* est hemistichium versus ap. Cic. de Div. II, 13. obvii. Ceterum Claudio *templum in Britannia* constitutum esse testatur Tacitus Annal. XIV, 31. De Graecis cf. Var. Lect.

IX. Tandem Iupiter, huic

rixae sine imposto Claudioque dimisso, sententias rite interrogat. Primus sententiam suam fert Ianus pater, deinde Diespiter.

1. *Privatis*—spectant haec ad Claudium, qui nondum deus factus ideoque privatus erat. Illo igitur intra curiam morante sententias dici noluit Iupiter. *mera mapalia*

putare. Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. Volo fervetis disciplinam curiae. Hic qualiscunque est, quid de nobis existimabit? Illo dimisso, primus interrogatur sententiam Ianus pater: is designatus erat in Kal. Iulias postmeridianus Cos., ^b homo quantumvis vafer, qui semper videt ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Is multa di-₂serte

b. *homo quantumvis vafer.* Sic a Beato Rhen. et Alciato restitutum est, probante Fromondo et reliquis edd. Codd. tamen omnes et editio rom. praestant: *h. quantum via sua fert qui:* at sine sensu. Etiam τὸ *homo* suspectum est, quum de diis sermo sit. Mox *vivat* bene habet. Codd. praebent: *iuuat*, unde *iuvat* et *vivat* facere proclive est. Sed de caussidico melius est *vivat* quam *iuvat*. Deinde *fama minimum* est Fromondi aliorumque emendatio, quae codd. lectioni: *fama nimium* praeferenda erat. Rhenanus voluit: *fama minimum fecit*, i. e. ridiculum et ludorum Icenicorum argumentum. Etiam *mimicum* proponi poterat, i. turpe. *fecistis* codd. dant: etiam Scheffer. praetulit τῶν *fecit*: qui etiam emend. *iam fana nimia* dari voluit. Huetus em. in notis mss. *at tu minimam fecisti*. Sequentia: *aut — ἔδουσι* ob tautologiam tamquam glossema Heinsius et Schefferus delent. Sed Sonntagius acute monuit, caussidico tautologias amante haec dignissima esse. Quod sequitur *fictus*, bonum est. Codd. parif. α. a. b. h. dant: *dictus*.

lia i. vos, neglecta curiae huius disciplina et dignitate, ut in proverbio est, ex civitate Nomadum afrorum tugurio-la et caesae rusticae. Sic cum Fromondo, Sonntagio aliisque locum intelligo. *Hic Claudius. is designatus — consul*: suffectus itaque erat. Ridicule fingit auctor, eum fuisse dantium foenori et accipientium, qui in foro Romano circa Ianum summum, medium et imum (Horat. Epp. I, 1, 54 ibiq. Bentley.) res suas agerent, consulem designatum postmeridianum,

praesidem. Iocus autem manifestus est: nam mense Iulio erant feriae, et post meridiem nulla negotia agi solita sunt. ἅμα — ὀπίσσω est hemistichium Homeri Iliad. γ, 109. de Priamo sene prudente, qui simul ante et retrorsum videt. Ianum autem bifrontem describi et fingi notum est. *notarius* est ταχυγράφος, qui adhibitis notis i. e. vocum compendiiis celerrime quamvis loquentis vocem excipere posset, recte explicante Gellero ad Plin. Epp. III, 5, 15.

ferte, quod in foro vivat, dixit, quae notarius persequi non potuit: et ideo non refero: ne aliis verbis ponam, quae ab illo dicta sunt. Multa dixit de magnitudine deorum: non debere hunc vulgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat, deum fieri: iam fama minimum fecistis. Itaque ne videar in personam, non in rem sententiam dicere. cenſeo, ne quis post hunc diem deus fiat ex his, qui ἀρούρης καρπὸν
 3 ἔδουσιν: aut ex his, quos alit ζείδωρος ἄρουρα. Qui contra hoc SC, Deus factus, fictus, pictusve erit, eum dedi larvis, et proximo munere inter novos auctora-

2. qui ἀρούρης — ἄρουρα. Noui versus homerici (qui terrae fructum edunt, et quos alit alma terra) hominem designantes: tautologi quidem sunt, sed ob id ipsum candido dignissimi, quippe quem repetitiones et ambages amare constat. Recte hoc monuit Sonntagius contra Heinſium et Schefferum, qui haec verba: aut ex his — ἄρουρα e textu eiecturi erant.

3. eum dedi larvis etc. i. e. Furiis, quae cum proximo ludo gladiatorio tanquam ad digladiandum modo conductum ideoque novitium ferulis ferirent. Lanistae autem hoc facere solebant. Cf. Lipsii Saturnal. 1, 15. Quis ille *Diespiter* sit, difficile est dictu. Iupiter enim, qui apud Horat. Carm. 1, 34, 5. III, 2, 29. *Diespiter* audit, quia Varrone de L. L. IV, 10. exponente Diei et lucis pa-

ter est, esse non potest. Nec quidquam lucratur, si Lactant. Inst. 1, 14. auctore Plutonem intelligamus. Plutus h. l. optime conveniret, sed auctoritas deest. *Vicae Potae*: nomine hoc Victoriam ad forum romanum in octava urbis regione templum habuisse constat. Cf. Drakenborch. ad Liv. II, 7. Derivant nomen a vincendo et potiendo: vid. Voss. Etym. in voc. *Vica*. Hercules eum admonuit, ut sibi Claudiove adſit, tacta auricula. Laudat Fromondus apposite hic Virgilianum illud: Cynthius aurem Vellet et admonuit. Fromondus et, quod mireris, Huetus *Iovem*, qui alias *Diespiter* est, hic dici interpretantur: non reputantes, Iovem senatum habere. Oblique auctor tetigit morem pravum, qui sub Claudio invaluit, civitatis ius vendendi, de quo vide Dion. Cass. 60, 17. coll. 19.

ctoratos, ferulis vapulare placet. Proximus interrogatur sententiam Diespiter c Vicae Potae filius. et ipse designatus Cos. nummulariolus. Hic quaestu se sustinebat, vendere civitatulas solebat. Ad huncce belle accessit Hercules, et auriculam ei tetigit. Ita-4 que in haec verba censet: Quum Divus Claudius Divum Augustum sanguine contingat, nec minus Divam Augustam aviam suam, quam ipse Deam esse iussit, longeque omnes mortales sapientia antecellat, sitque e republica esse aliquem, qui cum Romulo possit

— — *ferventia rapa vorare:*

censeo, ut D. Claudius ex hac die deus fiat, ita uti 5 ante eum quis optimo iure factus sit: eamque rem ad μεταμορφώσεις Ovidii adiiciendam. Varias erant sententiae, et videbatur Claudius sententia vincere. Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat, et aiebat: Noli mihi

c. *Vicae Potae.* Codd. parisin. α. b. h. *Nicaepotae*, et sic codex Turnebi, qui tamen unus ex istis parisis fuisse videtur. Turnebus hinc facere voluit: *Nicephori*, aut *Iapeti filius*. De victoria explicat Fromondus. Mox: *Ad huncce belle*. Sic ed. rom. At cod. par. a. et Beau: *ad hoc velle*. Cod. Iunii *adhuc velle*. Gronov. inde fecit: *ad hunc sedulo*. Sed vulgata non movenda est.

4. *Quum Divus Claudius* Iul. Caesaris in iis narran-
etc. Pater eius fuit Drusus, tur.
quem Livia, quum Augusto 5. *Noli mihi invidere, φθo-*
gravida nuphisset, intra *νεῖν*, recusare opem tuam.
mensem tertium peperit. Poetis haec loquendi for-
Suet. vit. Claud. cap. 1. mula propria. Sic invidet
quam ipse — iussit. cf. Dio uva ap. Stat. II. Silv. 2. quae
Call. 60, 5. *ferventia ra-* non dat. *Manus manum la-*
pa vorare. Similia dat *vat.* Proverb. graec. laudat
Martialis Xen. 16. *eamque* Plato Axioch. ex Epichar-
rem — adiiciendam: nam mo: nec omisit Erasmus in
duae apothecos Romuli et Adagiorum collectione.

mihî invidere, mea res agitur: deinde si quid volueris, invicem faciam: Manus manum lavat.

X. Tunc Divus Augustus surrexit ^a sententiae suo loco dicendae, et summa facundia differuit. P. C. vos testes habeo, ex quo deus factus sum, nullum verbum me fecisse. Semper meum negotium ago. Sed non possum amplius dissimulare, et dolorem quem graviorem pudor facit, continere. In hoc terra marique pacem peperî? ideo civilia bella compescui? ideo legibus urbem fundavi, operibus ornavi?
²Et quid dicam, P. C. non invenio: omnia infra indignationem verba sunt. Confugiendum est itaque a me ad Messalae Corvini disertissimi viri illam sententiam: Praecidit ius imperii! Hic, P. C. qui nobis non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, ^b quam canis excidit. Sed quid ego de

a. *sententiae suo loco dicendae.* Legebatur hic antea: *suae loco dicendae.* Sed loco eiecit Lipsius auctoritate codicis: invenit quoque in codice bibliothecae publicae Harlemonsis Gronovius, qui inde fecit *suo loco.* Recepi.

b. *quam canis excidit.* Sic omnes codd., et codex parisius optimus α.; respicitur ad impotentissimum et infelicissimum aleae studium, quo Claudius flagrabat. Si codd. quorundam lectio

X. Augustus surgit sententiae dicendae, et dissuadet.

1. *Semper — ago* i. e. ta-
 ceo. *legibus urbem fundavi.*
 cf. Sueton. Aug. c. 33 etc.
operibus ornavi. Suet. Aug.
 c. 29: Augustus plurima
 opera extruxit. Ex quibus
 vel praecipua, Forum cum
 aede Martis Ultoris, tem-
 plum Apollinis, in Palatio,
 aedem Tonantis Iovis in Ca-
 pitolio.

2. *Messalae Corvini*, ami-
 citia intima cum Augusto
 coniuncti, oratoris celeberrimi,

poeseos, philosophiae
 et rerum pace belloque egre-
 gie gestarum laude florentis-
 simi. Cf. de eo Heynii Obsf.
 ad Tibull. I, 3, 1. In oratio-
 ne Antonium, opinor, in-
 crepante haec occurrisse vi-
 dentur, quorum sensus est,
 Fromondo recte interpre-
 tante: castravit et enervavit
 ius imperii. *quam canis ex-
 cidit:* false perstringit infan-
 num Claudii aleae studium:
 infelicissimum autem talo-
 rum iactum esse nominatum
 canem, notum est.

de tot actibus iuris dicam? Non vacat deflere publicas clades, intuenti domestica mala. Itaque illa omit-
tam, haec referam. ^c Etiam si Phormea Graece ne-
scit, ego scio. ENTIKONTONYKHNDIHS. senescit.

Iste,

lectio fuerit: *quam canis frustum abscidit*, ea pro glosse-
mate indocto et inepto habenda sit. Gronovius emendavit:
quam canis exta edit. Deinde: *Sed quid ego de tot acti-
bus iuris d.* Spectant ad publicas virorum optimorum cae-
des. Itaque cum Sonningio Junii et Schefleri emendationes:
de tot acribus viris in textum immittas eieci.

- c. *Etiam si Phormea Graece nescit, ego scio.* Ἐντικόντονυ-
κηνδίας. *senescit*. Corruptissimus locus et ciux criticorum.
Codd. nihil opis offerunt. Rhenanus coniectando dedit e
suo cod. weissenburg.: *nam τῆς ὀργῆς ἀεγρὲ σενεσκι-
νόςσος*, i. e. irae morbus aegre senescit. Deinde sequentia ex
qualibuscunque, ut ait, exemplaris sui vestigiis ita legit:
Πυργοπολίτικης: acris expugnator *iste, quem v.* Adr.
Iunius his hariolationibus haud dubie ineptis non contentus
aliam et eam non meliorem attulit. Is ita codicis sui scriptu-
ram repraesentavit, an vere, quis praestiterit? *Nam etiam si
Φορμιγγος nescit, ego scio, ἐντυνων τὸ, Καλλινίκης
Ἡρακλῆς. Iste quem v.* Addit, graeca ista satis eviden-
ter in mss. cod. legisse. Hinc facere voluit: *Nam etiam si
Φορμίξειν nescit, ego scio, ἐντύνων* etc. ut Augustus affir-
met, Claudium mortalium ignarissimum esse, qui ne Φορμί-
ξειν et citharam tangere sciat etc. Sed neque Iunius neque
Fromondus docere potuere, quomodo haec graeca (satis no-
ta e schol. Pindari Olymp. IX, 1 et Aristoph. Acharn. 1227 sq.
ed. Brunck.) cum toto sententiarum nexu cohaereant. Recte
censuisse videtur Sonntagius amic., illud: *graece* margini
appictum, monendi causa h. l. graeca esse, posita, ut sit,
in textum immittum. Ipse Kortii emendatione usque coniecit:
Etiam si Phormio (Thrafo ille famosus Terentii) *neces nescit;
ego scio: ἐντοικὸν κακὸν nec diis senescit*. In qua emen-
datione sententiae ordinem laudabis, ulum verbi graeci: ἐν-
τοικὸν desiderabis. Koelerus amic. ita emendat: *Etiam si P.
C. oratio mea graece nescit; ego scio ἐν τι centum centies.
Senescio iste, quem v.* Equidem manum abstinere, conten-
tus retulisse V. D. conatus loco medendi.

3. *Etiam si — senescit.* De in ore habuisse. Cf. Sueton:
his corruptis verbis cf. Var. Aug. 89. 25. 65. 99. Claud.
Lect. Bene autem auctor 4. *Sub meo nomine l.* Ab
hic graeca orationi Augusti Augusto enim omnes deinde
immiscuit, quippe quem sci- Augustus appellati Augusti.
mus, etsi graece non loque- Fromond. *duas Iulias*. Alte-
retur expedite, tamen grae- ra fuit filia Germanici fra-
cos versus saepe et libenter tris Claudii, et proinde Clau-
dii

Ille, quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam retulit, ut duas Iulias proneptes meas occideret, alteram ferro, alteram fame: unum abnepotem L. Silanum. Videris Iupiter, ^d an in causa mala, certe in tua! Si hic inter nos futurus est, dic mihi, Dive Claudii, quare quenquam ex his, quos, quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? hoc fieri solet?

XI. in coelo non fit. Ecce Iupiter, qui tot annos regnat, uni Vulcano crus fregit, quem

Ῥίψε ποδὸς τετραγῶν ἀπὸ βηλοῦ Τεσπεσίοιο,
 et iratus fuit uxori, et suspendit illam: numquid occidit? Tu Messalinam, cuius aequae avunculus maior eram,

d. *an in causa mala, certe in tua.* Editio rom. sic dedit, quam ut sinceram lectionem cum Gronovio defendo. Sequentia emendat Gronov. *Is hic — est. Dic.* Huetus probat. Sed emendatione non indiget locus, modo scribas: *Si hic inter nos futurus est, dic etc.* non, ut antea: *Si — est. Dic etc.*

dii' neptis ex fratre: altera filia iunioris Drusi, qui Tiberii Caesaris filius erat et Claudii patruelis. De earum caede cf. Suet. Claud. 29. Illa M. Vinicio nupta (Dio Cass. 60, 27.) cum Seneca in exilium missa, suadente Messalina a. u. 794. et ab eadem mox interfecta: vid. Dio Cass. 60, 8: haec Neronis Germanici uxor a. u. 796. eadem Messalina instigante interempta. Dio Cass. 60, 18. C. Silanum, filium Aemiliae Lepidae proneptis Augusti per filiam Iuliam et generum M. Agrippam. cf. Lipsius ad Tacit. XIII. Annal. c. 1.

XI. Continuatio. Claudius damnatur.

1. *Ecce Iupiter — illam.* Res notissima ex Hom. II. α, 591. ubi etiam hic versus occurrit. Deiecit, est sensus, pedem comprehensum de limine divino, i. e. Olympo. Odium Iunonis in Herculem tantopere irritaverat Iovem, ut in matrem filiumque, Iunonem et Vulcanum, acriter animadverteret, etc. *Tu Messalinam etc.* Nam Augusti soror Octavia Marco Antonio peperit Antoniam maiorem, et haec Domitio Aenobarbo Domitiam Lepidam, matrem Messalinae. Eadem

Octa-

eram, quam tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dii tibi malefaciant: adeo istud turpius est, quod nefcis, quam quod occidisti. Iste C. Caesarem non desit mortuum persequi. Occiderat ille socerum: hic² et generum. Caius Caesar Crassi filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam, Trifoniam, Affarionem, nobiles tamen: Crassum vero tam fatuum, ut etiam regnare posset. Cogitate, P. C. quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat.^a Hunc nunc deum facere vultis? Videte corpus eius, diis iratis natum. Ad summam, tria verba cito

a. Post *cupiat* editio rom. et inde Beatus Rh. habent quae in codd. parisi. non comparent: *Principes pietate et iustitia Dii sunt. Scilicet hic pius est iustus, quoniam Druidarum perfidae gentis Gallicae immanem religionem advexit, nostram prorsus extirpavit, ut Romae nuptiarum sacra essent, quibus ipse, quum sibi Agrippina nuberet, XXX Senatoribus, innumeris Equitibus romanis mactatis principium dedit.* Quae tamen verba, ut Suetonio prorsus contraria, cf. Ei. vit. Claudii c. XXV, recte a sciolo esse profecta editores putaverunt.

Octavia, soror Augusti, mater fuit Antoniae minoris, quae ex Druso Tiberii imperat. fratre peperit Claudium. Octavia itaque eius avia fuit materna, et Augustus avunculus maior. Cf. Stemma Octaviae et Augusti editioni Suetonii Ernestinae adiunctum. *Nescio*: sic Messalinae caedes a Narcisso Claudii liberti, domino nescio, perpetrata est. Cf. Tacit. Annal. XI, 2 fin. Suet. Claud. 39. *Iste — persequi* imitatione. Si tamen Dionem Cassium 60, 4. audias, odio eum persequutus est.

Vol. IV.

2. *Occiderat — socerum* M. Silanum, cuius filiam Iuniam Claudillam duxerat Caius. Suet. Calig. 22. *generum* L. Silanum, filiae Octaviae sponsum. *Caius — vocari.* Suet. Calig. 35. Dio Cass. 60, 5. *caput tulit* i. abstulit. Dio Cassius loco nunc deperdito hanc mortem memoraverat teste Zonara apud Reimar. ad Dion. 60, 31. *Occidit — Crassum Magnum* generum, qui a patre M. Licin. Crasso cognomen Magni acceperat. cf. ad Tacit. Hist. I, 14. et 48. Intpp. *Scriboniam* eius matrem.

Cc

Tri-

3 cito dicat, ^b et seruum me ducat. Hunc deum quis colet? quis credet? denique dum tales deos facitis, nemo vos deos esse credet. Summa rei, P. C. si honeste inter vos gelli, si nulli durius respondi, vindicate iniurias meas. Ego pro sententia mea hoc cen-
4 seo. Atque ita ex tabella recitavit: Quandoquidem Divus Claudius occidit focerum suum Appium Silanum,

b. *et seruum me ducat.* Adr. Iunii emendatio: *et in nervum me ducat*, nostra vulgata non potior est. Mox *focerum suum* omnes fere codd. Quaedam tamen exemplaria, notante Fromondo, *confocerum s.*, uti habet Sueton. Claud. 29.

Tristionia et *Affarion* nobis ignoti quidem homines sunt, pertinebant tamen, ut videtur, ad Crassi domum. *Crassum frugi*, quem memorat Suet. Claud. c. 17. *tam fatuum — possit.* cf. c. 1, 2. *Videte corpus eius.* cf. c. v. et Sueton. Claud. init. *Ad summam tria — dicat*, tam fatuus est, ut ne tria quidem verba, v. c. hic meus est, quibus verbis seruum fugientem capere et vindicare solebant, recte pronuntiare possit, docente Barn. Brifson. de form. et sollenn. Pop. Rom. verbis p. 374.

3. *ex tabella* i. e. de scripto. Phrasis haec occurrit quoque ap. Sueton. Claud. 15. sed in alia re. Bene autem hoc additum est, quum, Suetonio Aug. 84. referente, Augustus instituerit recitare omnia etc. Sed iam de Semprom. Graccho simile quid narravit Aul. Gell. VII, 19.

4. *Appium Silanum* vitricum Messalinae. Suet. Claud. 29. vocat eum Claudii confocerum, quia filiam Octavianam L. Silano, Appii Silani filio, desponderat Claudius. *quam ovo ovum.* Proverbium, de quo cf. Erasmi Adag. 1510. *eumque quamprimum — tertium*: ex formula in relegandis sollenni. *Caelum summum ad terram usque* pertinens intelligit: Olympus est sedes deorum. Huetus in notis mss. cogitavit h. l. de coelo cum aethere et nubibus partibusque mundi, quas Iupiter sortitus est: Olympum autem mansisse communem. *Cyllenius* i. Mercurius, in cuius muneribus et hoc fuisse constat, animas in orcum deducere: saepe occurrit, e. c. Virgil. Aen. IV, 239. Horat. Od. I, 10, 17 sq. *ψυχοπομπός, νεπροπομπός, ψυχαγωγός* etc. inde appellatus. cf. Wesseling.

num, generos duos, Pompeium Magnum et L. Silanum, locerum filiae suae Crassum frugi, hominem tam similem sibi, quam ovo ovum, Scriboniam locerum filiae suae, Messalinam uxorem suam, et ceteros, quorum numerus iniri non potuit: placet mihi in eum severe animadverti, nec illi rerum iudicandarum vacationem dari, eumque quamprimum exportari, et coelo intra dies xxx excedere, Olympo intra diem tertium. Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos,

Illuc unde negant redire quenquam.

Dum descendunt per viam sacram, interrogat Mer- XII.

C c 2

curius

c. *vacationem*. Omnes mss. codd. sic dant, praeter Curionis cod., qui habet: *vocationem*, unde ipse *advocationem* fecit, merito improbante Fromondo.

ling. ad Diodor. Sic. I. 107. res humeris suis funus impetortorto collo phrasi sollenni de iis, qui ad supplicium trahebantur. Suet. Vitell. c. 17. describit rem. Hendecasyllabus est Catulli ex luctu passeris III, 12.

XII. Ad inferos tendens Claudius videt auditque Romae funeris sui sollenne celebrari.

1. *Via sacra*, frequentissima et celeberrima Romae, in qua Iulius Caesar (Cic. pro Mil. 25.) habitabat, ideoque et eius successores habitasse videntur. Qui et maximo honore et dedecore afficerentur, per eam vecti fuissetraduntur. Cf. Adleri Romae descriptio p. 61 sq. *omnisque generis senatorum*: senato-

ratorum in Campum deferre solebant, ubi cremaretur. cf. Sueton. Claud. 100. Apparatissimum Claudii funus memorat. Suet. Ner. 9. Senatores autem non eiusdem generis fuisse constat: nam etiam si 1200 sestertia tunc temporis census senatorius fuerit, tamen diversi generis fuere, quum ex iis multi honoribus functi, multi propter familiarum dignitatem, nullis propriis meritis clari, etc. in ordinem senatorium essent relati, et seniores haud dubie maiore honore gauderent, quam iuniores. *Agatho* nobis aliunde non innotuit. Recte Fromondus de Mathone Iuvenal. I, 32. cogitant-

curius, quid sibi velit ille concursus hominum, ^anum Claudii funus esset? Et erat omnium formosissimum, et impenſa cura plenum, ut ſcires deum efferri, tibicinum, cornicinum, omnisque generis ^bſenatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire poſſet. Omnes laeti, hilares! P. R. ambulabat tanquam liber. Agatho et pauci cauſidici plorabant, ſed plane ex animo. Iuriſconſulti e tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix habentes animam, tanquam qui cum maxime reuiuſcerent. Ex his unus quum vidiffet capita conferentes, et fortunas ſuas deplorantès cauſidicos, accedit, et ait: Dicebam vobis, Non ſemper Saturnalia erunt. Claudius ut vidit funus

- a. ^anum. Quum haec particula interrogandi apud auctores meliores nonniſi negatione ſequente poni ſoleat, ſuſpecta eſt, et ab ultima *hominum* ſyllaba efficta eſſe videtur.
- b. *ſenatorum*. Sic plerique codd. ap. Fromondum et in Pariſ. α. e. h. exſtat. *aeneatorum* praetulit Beat. Rhen. e conſ. *ſonatorum* et Sonntagio probatum iure civitatis rom. caret. *conventus* bene habet, at *concentus* emendat Schefferus.

gitandum eſſe negavit. Cauſidicis ſane erat quod plorarent, Claudio iis erepto, qui ſtudiis eorum fauerat. Hos cum contentu dici patet e Cicerone et Quintil. XII, 1, 27: quo referre licet advocatorum perfidiam, cuius Tacit. Ann. XI, 5. meminuit. Infra verſ. 55. venale genus appellantur. Lucrum itaque ploratus cauſa fuit. Nam quum lex Cincia vetuiſſet, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donave acciperet advocatus cauſidicusve, (cf. Tacit. l. l. et Schülting. Iuriſprud. anteiuſtin. p. 561. ed. lipſ.); Claudius, lege hac ſuſque deque habita, permiſit, ut uſque ad dena ſeſtertia i. e. 100 Frideric. aur. ſumere poſſent cauſidici. Tacit. Ann. XI, 7. cf. Burmann. ad Ovid. Amor. I, 13, 21. *Iuriſconſulti* i. e. patroni iis opponuntur, qui nulla mercede accepta de iure reſpondebant, non in foro cauſas agebant. Claudius eos oppreſſerat, ſaltem nullo honore dignatus fuerat, quippe qui praefcripta legum negligeret: quo factum erat, ut nemo amplius eos curaret. Cf. Sueton. Claud. 14.

| | | |
|----|-------------------------|-------------------------|
| | <i>Ille Britannos</i> | <i>Ultra noti</i> |
| | <i>Litora ponti,</i> | <i>Et caeruleos</i> |
| 30 | <i>Scuta Brigantas</i> | <i>Dare Romuleis</i> |
| | <i>Colla catenis</i> | <i>Iuffit, et ipfum</i> |
| | <i>Nova Romanae</i> | <i>Iura securis</i> |
| | <i>Tremere Oceanum.</i> | <i>Deflete virum,</i> |
| | <i>Quo non alius</i> | <i>Potuit citius</i> |
| 40 | <i>Discere caufas,</i> | <i>Una tantum</i> |
| | <i>Parte audita,</i> | <i>Saepe et neutra.</i> |
| | <i>Quis nunc iudex</i> | <i>Toto lites</i> |
| | <i>Audiet anno?</i> | <i>Tibi iam cedit</i> |
| | <i>Sede relicta,</i> | <i>Qui dat populo</i> |
| 50 | <i>Iura filenti,</i> | <i>Cretaea tenens</i> |
| | <i>Oppida centum.</i> | <i>Caedite moeftis</i> |
| | <i>Pectora palmis,</i> | <i>O caufidici,</i> |
| | <i>Venale genus.</i> | <i>Vosque Poëtae,</i> |
| | <i>Lugete novi;</i> | <i>Vosque in primis</i> |
| | <i>Qui concuffo</i> | <i>Magna paraftis</i> |
| 61 | <i>Lucra fritillo.</i> | |

XIII. Delectabatur laudibus fuis Claudius, et cupiebat diutius fpectare. Iniicit illi manum ^a Talthybius deorum,

Verfu 30. *Scuta Brig.* praefero. Probabilius eft Walliae quam Scotiae incolas cum Claudio pugnaffe. *Scotobrigantas* Scallig. et Buchanan. emendant: probat Huetus. Iunius emend. *cute Brigantas*, probante Sonntagio: coloraffe autem luteo f. glaflo cutem fuam conftat e Iulio Caefare. Fromondus tamen vulgatam recte defendit. Brigantes commemorat quoque Tacit. Annal. 12, 32.

a. *Talthybius deorum*, et. Tò nuntius poft deorum, quod omnes codd. dedere, cum Gronovio expunxi, quippe qui pulchre iudicat, additamentum elle interpretis. Eleganter Mercurium vocat Talthybius Deorum, quia is eo munere fungebatur inter deos, quo Talthybius inter Graecos ad Troiam. Vt Talthybius verfa vice poſſis vocare Mercurium Graecorum. Probat quoque Sonntagius. Mox *viam tectam*, non *rectam*, ut eft in ed. rom. et Eraſm. Illud defendunt Iunius et Gronov. ex Ovidio et Martial. VIII, 75. ubi cf. Scriver. Sic codd. pariſ. α. e. h., non *rectam*.

XIII. Claudii adventus in Orco.

rum, et trahit capite obvoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium: et inter Tiberim et viam tectam descendit ad inferos. Antecesserat iam compendiaria via Narcissus libertus, ad patronum excipiendum, et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit, et ait: Quid dii ad homines? ^b Celerius i, inquit Mercurius, et venire nos nuntia. Ille autem patrono plura blandiri volebat: quem Mercurius iterum festinare iussit, et virga morantem impulit.

Cc 4

pult.

b. *Celerius i* reposui e cod. parif. α. Ed. rom. et Erasmi, *celerius praecedito*. Antea: *Celerius, inquit*.

1. *viam tectam* i. sacram. Inter hanc viam et Tiberim erat porta stercoraria et ductus cloacarum. Ibi itaque Claudii descensus fordidus fuit ad inferos. cf. Var. Lect. *Narcissus* famosus Claudii libertus: qui etsi post Claudii mortem interfectus sit, auctor tamen fingit, Narcissum eodem tempore obiisse. Cf. Dion. Call. 60, 34. Tacit. Ann. XII, 69. cf. Praef. huic Volumini praemiss. *Compendiaria via*. Ad inferos descenderat, quia nulli coelestes honores ei Romae decreti, neque is pariter ac Claudius statim post mortem iverat in Olympum peregrinatum. *nitidus* — *balineo*. Lucem affundit Dio Call. 60, 34. quippe qui narrat, Narcissum, suadente Agrippina, in Campaniam profectum esse ad balnea (Baiaurum, ut videtur) adversus podagram, quacum conflictabatur, utenda. Inde

mox redux aspera custodia et necessitate extrema ad mortem agebatur, Tacito referente l. l. *Quid dii — — homines* etc. Narcissus itaque apotheosin iam factam esse noverat.

2. *Mercurius virga aurea* i. e. caduceo ornatur mortuos ad inferos deducens, *νεκροπομπός, χρυσόβραχίς*. cf. Horat. 1 Carm. 10, 18. Macrob. 1 Saturn. 19. *Omnia procliva* etc. Repetit haec ex Virgil. Aen. VI, 126.: facilis descensus Averno. Horatius II Carm. 13, 34. ubi illis Carminibus stupens Demittit atras bellua centiceps Aures etc. *sane quem — occurrere*. Fromondus, ut doceat, mali et mortalis omnium fuisse nigrorum occursum, similem Iuvenalis Satir. V, 54. versum laudat de Aethiope Mauro: Et cui pēn mediam nolis occurrere noctem.

pulit. Dicto citius Narcissus evolat. Omnia procliva sunt, facile descenditur. Itaque quamvis podagricus esset, momento temporis pervenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus, vel, ut ait Horatius, *bellua centiceps*, sese movens, villosque horrendos excutiens: pusillum ^c subperturbatur (albam canem in deliciis habere consueverat) ut illum vidit canem nigrum villosum: sane quem non velis tibi in tenebris occurrere. Et magna inquit voce: Claudius Caesar venit. Ecce extemplo cum plausu procedunt cantantes: ^d *Εὐρήκαμεν, συγχάριζομεν*. Hic erat C. Silius Cof.

e. *subperturbatur*. Gronovium e codd. restituentem sequutus sum. Probat quoque Huetus in nott. mff. Codices tamen variant. Codex parif. α. optimus dat *subperturbatur*, sequacibus et ceteris, praeter e. et h. qui dat: *superturbatur*; f. *perturbatur*. Non male coniecit Lipsius, turbatum hic aliquid putans, a Seneca fortasse scriptum: *ubi iacebat Cerberus triceps, vel, ut Hor. bellua centiceps*. Edit. rom. habet: *subperturbatur, ut illum vidit canem nigrum. Nam albam canem in deliciis habere consueverat. ille autem totus informis est, nec quem velis etc.* Codex parif. α.: *ubi iacebat Cerberus, vel, ut ait Hor. b. c.* Hoc postremum recepi. Olim: *ubi iacebat, ut Hor. b. c.* Verba *sese movens villosque horrendos exc.* absunt omnibus codd. paris. et quum mox sequatur *villosum sane*, alterutro carere possumus, hoc tamen potius quam illis.

d. Graeca haec *Εὐρήκαμεν, συγχάριζομεν*, quae Nic. Faber e cod. eruit, codex quoque parif. α. eodem modo dedit, etsi parva corruptione: *Ἐρήκαμεν συγχάριζομεν*. In reliquis codd. par. deerant, ex more, graeca. Mox *Cotta, Vectius Valens*

3. *Εὐρήκαμεν, συ- quoque meminit quidem, χαίρωμεν* i. e. invenimus, sed testimonium omisit. Satis fatyricè haec hoc loco allata sollemniam in sacris Osiridis, esse quilibet viderit. Miror tamen lablonskium, virum harum rerum callentissimum, in invento Apide, bove Panth. aegypt. sicco pede haec transiisse. Nomina veterum illustrium, quos Narcissus duci iusserat, occurrunt pleraque ap. Tacit. Annal.

Cof. defig. Iuncus Praetorius, Sex. Trallus, M. Helvius, Trogus, Cotta, Vectius Valens, Fabius, Equ. Rom. quos Narciffus duci iufferat. Medius erat in hac cantantium turba Mnefter Pantomimus, quem Claudius decoris caufa minorem fecerat. Nec non⁴ ad Meffalinam cito rumor percrebuit, Claudium veniffe. Convolarunt primum omnium liberti, e Polybius,

Cc 5 bius,

Valens cum Fromondo, Hueto et Sonntagio praefero vulgato: *Cotta Tectus, Valens.* cf. not. Lippius ad Tacit. Annal. XI, 35. *Sext. Traulus, M. Helvius, S. (Saufeius) Trogus* refcribendum cenlet e Tacit. qui eorum ibi meminit. *Mnefter* bene habet: codex tamen parif. α . *Nofter.* Rhenanus em. *Nefter.* Confufio haec occurrit Tacit. XI, 4, ubi cf. Lipf. et Oberlin.

- e. *Polybius, Myron, Harpocras, Amphaeus* Iunius ex vet. cod. refituit: hi liberti Claudii patrono fuo praemortui. Pro *Pheronactes* legit *Pheronattus.* Confeñtiunt codd. parif. α . et h.: hi dant quoque quos *Claudius omnes necubi imparatus effet praemiferat.* Quorundam codd. lectio: *ne nifi imperatus effet* placuit Nic. Fabro. Edit. rom. quam et Rhen. fequitur, interpolata eft. Illa habet: *Convolarunt — liberti Myron Ampyronas, Ampaeus, Phaeronas, Pofides hafta pura insignis Felix cum Pallante fratre, Harpocras Polybius, quos omnes Claudius Quaeftorii Praetoriisque muneribus ubi impertitus effet, praemiferat.* Suetonium in vita Claud. 28. infpicienti fons manifeflus erit, unde hae interpolationes interpretationis caufa margini appictae fluxerint: Imperite autem fciolus quidam appofuit, quum Pallas post Claudium a Nerone veneno fublatus fit. Cf. Taciti Annal. XIV. fin.

nal. XI, 30sq. Vectii Valentis, medici, adulterio Meffalinae Claudii Caefaris nobilitati pariterque eloquentiae affectatoris meminit Plin. H. N. XXIX, 1. *Mnefter.* cf. Tacit. Ann. XI, 36. Dio Caff. 60, 22. 28. 31. A Suetonio Calig. c. 36. M. Lepidus Mnefter pantomimus a Caligula dilectus commercio mutui fupri memoratur. Comica eft loquendi ratio, alibi

non obvia, fed ideo non reicienda, *minorem fecerat,* interfecerat: fuiffe videtur ftatura magna et praecipua. *decoris caufa:* explicat Tacit. Ann. XI, 36. Claudium perpulere liberti, ne tot illuftribus viris interfectis hiftrioni confuleretur etc.

4. *Polybius* etc. Hos Claudii libertos Polybium et Harpocratem memorat quoque Sueton. Claud. 28. *Myronis* tamen,

bius, Myron, Harpocras, Amphaeus et Pheronactes, quos omnes, necubi imparatus esset, praemiserat. Deinde praefecti duo, Iustus Catonius, et Rufus Pompeii F. Deinde amici, Saturnius Luscius, et Pedo Pompeius, et Lupus, et Celer Afinius, consulares. Novissime fratris filia, sororis filia, gener, socer, focrus, omnes plane consanguinei. Et agmine facto Claudio occurrunt. Quos quum vidisset Claudius, exclamat, Πάντα Φίλων πλήρη! Quomodo vos huc venistis? Tum Pedo Pompeius: Quid dicis, homo crudelissime? Quaeris, quomodo? Quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? In ius eamus: f ego tibi hic fellas ostendam.

f. ego tibi hic fellas ostendam. Codd. parif. α. h. hic stellas ostendam. Alii apud Fromondum aut stelas aut sitellas. Sed fellas bonum esse videtur: probat quoque post Gronovium Huet, qui intelligit: fellas iudicum. Accedit Sonntagius.

tamen, *Amphaei* et *Pheronactis* alibi mentionem factam non memini. *Iustus Catonius*. Confirmat Dio Cass. 60, 18. *Rufus* esse videtur Sulpicius Rufus ap. Tacit. Ann. XI, 35 fin. Rufus autem cognomen Pompeiorum fuisse docet Ernesti Ind. hist. sub voc. Pompeius. *Saturn. Luscius*. Tacit. XI, 31. *Iun. Lupus*. Tacit. Ann. XI, 35. *Pedo Pompeius*. Tacit. Ann. XI, 35. appellare videtur eum Urbicum. Hi omnes occasione mortis Messalinae trucidati sunt.

5. Πάντα Φίλων πλήρη!

i. e. Omnia amicis repleta! Quomodo etc. Plerosque enim aut nesciente Claudio liberti uxoresve interfecerant, aut obliviosum senem memoria facti statim effugerat. Hinc, occisa Messalina, Suetonio referente Claud. 39. postquam in triclinio decubuit, cum domina non veniret, requisivit. cf. ad c. XI, 1. *fellas*. Iudices enim in sellis aut subfelliis sedebant. cf. Sueton. Claud. 23. Sellas autem dicit propterea, quod Minos, Aeacus et Rhadamanthus, ut praetores inferorum, sella quisque sua curuli utebantur.

dam. Ducit illum ad tribunal Aeaci: is lege Corne- XIV.
lia, quae de ficariis lata est, quaerebat: postulat no-
men eius recipi, edit subscriptionem: Occisos Sena-
tores xxx, Equites Rom. cccxv, atque plures: ceteros
^a cives, ὅσα ψάμαθός τε νόμις τε. Exterritus Claudius
oculos undecunque circumfert, vestigat aliquem pa-
tronum, qui se defenderet. Advocatum non invenit.
Tandem procedit P. Petronius, vetus convictor eius,
homo Claudiana lingua disertus, et postulat advoca-
tionem. Non datur. Accusat Peto Pompeius ma- 2
gnis clamoribus. Incipit Petronius velle respondere.
Aeacus, homo iustissimus, vetat. Illum tantum alte-
ra

a. *cives*, ὅσα. Bene coniecit sic Sonntagius. Vulgata erat:
ceteros CCXXI, consentientibus codd. parif. α. h. Recte
autem observat Sonntagius: Substantivum post *ceteros*
CCXXI necessarium esse, nec hanc scabritiem tolerabilem
esse. Fecit itaque e numero vocem: *cives*. Recepti.

XIV. Aeaci quaestio in
Claudium, ut ficarium.

1. *Aeacus*. Haud scio an
auctor ideo Aeacum hic quae-
sitorem constituerit, quod,
Platone in Gorgia Vol. IV.
p. 166. bip. referente, Aeac-
us Europaeos iudicet. Iu-
stissimus et sapientissimus iu-
dex primo, nisi fallor, a Pin-
daro isthm. VIII, 49. 50. lau-
datur. Quaesitor autem fuit,
sive praetor in causa crimi-
nali, h. l. de ficariis, cui
ea quaestio obtigerat. Li-
bello accusatorio crimen
complectenti (quale hic vi-
des: *Occisos — νόμις τε*)
nomen suum accusator et
qui cum eo sentiebant sub-
scripserant in crimen, ut lo-
quantur Icti: qua subscri-

ptione se poena eadem con-
stringebant, si iniuste accusas-
sent, qua reum dignum decla-
raverant. In simili re adhi-
bit Minoem Virgil. Aen. VI,
431 sq. ubi cf. Heynii not.
et Excurs. XI. *Lex Cornelia*
data a Corn. Sulla dictatore:
vid. Heinecc. A. R. IV, 18, 58.
*Postulat Peto Pompeius no-
men eius*. Claudii *recipi* in-
ter noxios et reos. Fiebat
autem hoc Romae ex formula
veteri, qua accusator postu-
labat, ut quaestio de reo ha-
beretur. ὅσα — τε i. e. quan-
tum pulveris est et arenae.
Sic Homer. Il. I, 305. Clau-
dius propter balbutiem suam
quaerit *patronum*, qui sibi
clienti opem ferret, et hoc
non invento, *advocatum*
ami-

ra parte audita condemnat, et ait: ^b Εἴνε πάθοι τὰ κ' ἔβρεξε, δίλη κ' ἰθειᾶ γένοιτο. Ingens silentium factum est. Stupebant omnes, novitate rei attoniti: negabant hoc unquam factum. Claudio iniquum magis videbatur, quam novum. De genere poenae diu disputatum est, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerent, ^c si uni Dii laturam fecissent, Tantalum ficti periturum, nisi illi succurreretur: non unquam Sisy-

b. Εἴνε πάθοι etc. Sic fere omnes codd. qui quidem graecis non carent, uti h. l. omnes parisini integri. Alii codd. Nic. Fabri: Αἴνε πάθοις τὰ κ' ἔβρεξας etc. Sensus fere idem est. Vnde hic hexameter desumptus, indicare non possum.

c. si uni Dii laturam fecissent. Satis fortasse coniecturarum dixeris hic frustra expensum. Codd. omnes vel sic dederunt, vel, si minus Dii latura fecissent. Hinc Rhenanus: *semi-dei larvam faecisset*. Iunius: *dilaturam*, (Scheffero probante). Alciatus in parergis: *ullam dilaturam*. Curio: *nisi unius*

amicum, ut sibi adesset. Sed *P. Petronius*, cuius et Tacit. Ann. VI, 45. meminit, tam balbus et ἀσαφής fuit, quam ipse Claudius. De T. Petronio Arbitro non cogitandum esse, satis manifestum est: quam, quod Ignarra, probante Ruhnkenio in Wyttenbachii Bibliothec. Critic. II, 1. p. 84 sq., docuit, Petroniana ad aevum Antoninorum deprimenda sint. *Postulat advocacionem*, copiam Claudii defendendi contra Pedonem. Aeacus autem recusat Petronium audire, addito versu graeco, qui unde sumtus sit ignoro. Sensus est: Vtinam patiat, quae ipse fecerit, iudiciumque aequum fiat! Condemnat

eum tamquam in facinore comprehensum: hinc factum esse videtur, ut Aeacus a ratione, quae in iudiciis eiusmodi i. e. quaestionibus perpetuis obtinebat, discederet. Simile quid habes apud Apian. Bell. civ. II, 6. ed. Schweigh. Rarum hoc fuit, quare *novum* auctor appellat. Ceterum pungit Claudium acriter, quippe quem altera tantum parte audita saepe iudicasse docet naenia, quam supra legimus c. XII. vers. 40 sq.

3. Erant qui — *sufflammandam*. Sensus loci, vocibus quibusdam exesis haud dubie mutili, est: *Tantalum, Sisyphum* et *Ixionem* aliquan-

Sisyphum onere relevari; aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit ulli ex veteranis missionem dari, ne vel Claudius unquam simile speraret. Placuit novam poenam excogitari debere, instituendum illi laborem irritum, et alicuius cupiditatis species sine fine et effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere, et nihil proficere.

Nam quotiens missurus erat resonante fritillo, XV.

Utraque subducto fugiebat tessera fundo:

Cumque recollectos auderet mittere talos,

Lufuro similis semper, semperque petenti,

Decepere fidem: refugit, digitosque per ipsos

Fallax assiduo dilabitur alea furto.

Sic quum iam summi tanguntur culmina montis,

Irrita Sisyphio volvuntur pondera collo.

Apparuit subito C. Caesar, et petere illum in servitutum coepit: producit testes, qui illum viderant ab illo

unius diei iacturam. Fromondus: *si minus immortalem Dii naturam.* Pereat sane mea cum ceteris: *si uni Dii gratiam fecissent* etc. Gronovius. Eligat lector! In fine Huet probat Schefferi emendationem: *speciem.* Codd. a. a. b. c. f. spes praestant, sic edit. rom. et omnes codd. Sed recte *species* emendat Curio, uti nunc legimus. Spem, spes, spiritus, speciem, compendio scribendi male intellecto, in codd. confundi docet Oberlinus *Abbas*. in praef. ad Tacit. To. I. p. XVI. ed. lipf. 1801.

quando relevandos esse, et aut commeriti ludo et obli-
interea in eorum labores: gatione in arena depugnandi
mittendum Claudium. *Veterani* absoluebantur. *Tum Aea-*
terani sunt ipsi Tantalus, *cus* — *fritillo.* Aleae infamiam mature iam subiisse
Sisyphus et Ixion, quibus *missionem* i. e. requiem laborum Claudium constat e Sueton.
non dandam esse. *Missio* Claud. 5. 33.

autem et *mitti* arenae et
gladiatorii ludi verba esse XV. In poena versibus
constat, quibus veterani aut hisce describenda auctori
Danai-

lo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. ^a Adiudicatur C. Caesari: illum Aeacus donat. Is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset.

a. *Adiudicatur.* Aliter paullo vetus Iunii codex: *Adiudicatur C. Caesar illum Aeaco donat.* At Codd. par. a. a. b. c.: *Abiudicatur C. Caesari, illum Aeacus donat.* Is etc. Editio tamen rom. vulgatum tenet: probat etiam Huet. in nott. mff.

Danaidum exemplum ob oculos versatum esse quilibet viderit. *Caius Caesar Caligula. producit — vapulantem.* Res confirmatur e Sueton. Claud. c. 8. *colaphis, κονδύλοις.* contumeliosissimum hoc poenae genus, pugnus servum incessendi et verberandi. cf. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 463 bip. et ad Senec. de Const. Sap. IV, 4. De Menandro, Caligulae liberto, nemo praeter nostrum exposuit. Liberto servire cogitur, qui ad divinos honores aspiraverat.



*Libri sequentes librariae Weidmanniae Lipsiae
sumtibus sunt editi coemptive pretiisque quae
indicavimus venduntur.*

- Ammiani* Marcellini quae supersunt. Cum notis integris Frid. *Lindenbrogii*, Henr. et Hadr. *Valesiorum* et Jac. *Gronovii*, quibus Thom. *Reinesii* quasdam et suas adiecit Io. Augustin. *Wagner*. Editionem absolvit Car. Gottl. Aug. *Erfurdt*. III Tomi. 8 maj. 1808.
Charta impress. 5 thlr. 12 gr.
- — Idem liber, charta script. gall. 7 thlr. 12 gr.
- — Idem liber, charta membran. (velin.) 12 thlr.
- Ammiani* Marcellini Opera ex recensione *Valesio-Gronoviana* per prosopographiam et Glossarium latininitatis ad studiosorum usus accommodata curante Aug. Guil. *Ernesti*. 8 maj. 1772. 2 thlr.
- — Idem liber, charta scriptoria. 2 thlr. 12 gr.
- Bos*, Lambertii, Ellipses graecae. Cum priorum editorum suisque observationibus edidit Godofr. Henr. *Schaefer*. 8 maj. 1808. Charta impress. 3 thlr. et 3 thlr. 12 gr.
- — Idem liber, charta script. 4 thlr. 12 gr.
- Caesaris*, C. Iulii, Commentarii de bello gallico et civili, accedunt libri de bello Alexandrino, Africano et Hispaniensi, post *Cellarium* et S. F. N. *Morum* denuo curavit Ier. Iacob. *Oberlinus*. 8 maj. 1805. Charta impress. 2 thlr. 12 gr.
- — Idem liber, charta belgica opt. 6 thlr.
- — Idem liber, charta script. gall. 3 thlr. 6 gr.
- Calpurnii*, Siculi, T., Eclogae XI. Recognovit, adnotatione et Glossario instruxit Christ. Dan. *Beck*. 8. 1805. 2^r gr.
- Ciceronis*, M. Tullii, Epistolarum libri XVI, cum notis criticis Traug. Frid. *Benedicti*. II Tomi. 8. 1790. 2 thlr. 12 gr.
- Ciceronis*, M. Tullii, Philosophica omnia. Vol. Imum, ex scriptis recens collatis editisque libris castigatius et explicatius edidit J. A. *Goerenz*. 8 maj. Charta membranacea, script. gall. nec non impress. (sub prelo)
- Cornelii* Nepotis vitae excellentium Imperatorum. Cum animadversionibus I. A. *Bosii*, varias lectiones et praefat. addidit Io. Frid. *Fischerus*. Editio nova multo auct. et emendatior, 8 maj. 1806. Charta impress. 2 thlr.
- — Idem liber, charta script. gallica. 2 thlr. 18 gr.
- — Idem liber, charta belg. opt. 5 thlr.
- Dionysii*, Halicarn., de Compositione verborum Liber. Recensuit ac priorum editorum suasque notas adiecit Godofr. Henr. *Schaefer*. Accedunt eiusdem Meletemata critica in *Dionysii* Halic. artem rhetoricam. 8 maj. 1808. Charta-membran. script. nec non bibula.
- Gellii*, Auli, Noctium Atticarum libri XX. sicut supersunt. Editio Gronoviana. Praefatus est et excursus operi adiecit Io. Ludov. *Conradi*. II Tomi. 8 maj. 1762. 4 thlr.
- Hoogeveen*, Henrici, Doctrina particularum linguae graecae. In epitomen redegit Chr. Godofr. *Schütz*. Editio secunda, auctior et emendatior. 8 maj. 1806. Charta impress. 2 thlr. 6 gr.
- — Idem liber, charta script. 2 thlr. 18 gr.
- Q. *Horatius* Flaccus ex recensione et cum notis atque emendationibus Richardi *Bentleii*. II Tomi. 8 maj. 1764. 4 thlr.
- T. *Livii* Patavini Historiarum libri qui supersunt omnes, ex recensione Arn. *Drakenborchii* cum indice rerum locupletissimo. Accessit prae-

- praeter varietatem lectionis Gronovianae et Creverianae glossarium Livianum curante Aug. Guil. *Ernesti*. Editio nova emendator. Tomus I—V. 8. 1801. 1804. 6 thlr. 8 gr.
- — Idem liber, charta belgica. 10 thlr. 20 gr.
- — Idem liber, charta belg. opt. 12 thlr. 4 gr.
- — Tomus Vtus seu *Glossarium Livianum*, sive Index latinitatis exquisitioris. Ex schedis A. G. *Ernesti* emendavit plurimisque accessionibus locupletavit Godofr. Henr. *Schaefer*. 8. 1804. 2 thlr. 8 gr.
- — Idem liber, charta belgica. 3 rhr. 8 gr.
- — Idem liber, charta belgica optima. 3 thlr. 16 gr.
- Manutii*, Pauli, Commentarius in M. Tullii *Ciceronis* Orationes. Curavit C. G. *Richter*. 8 maj. 1783. 3 thlr. 8 gr.
- Ovidii*, P. Nalonis, Opera ex recensione Nic. *Heinsii* cum eiusd. notis integris, praefatus est Io. Aug. *Ernesti*. Curavit indicemque verborum copiosissimum adiecit Io. Frid. *Fischer*. 8. 1773. 1 thlr. 8 gr.
- Senecae*, L. Annaei, Philosophi, Opera omnia, quae supersunt, recognovit et illustravit D. Frid. *Ernest*. *Ruhkopf*. Vol. I—IV. 8 maj. 1797—1808. 6 thlr.
- — Idem liber, charta script. 8 thlr.
- — Idem liber, charta belgica. 12 thlr.
- Silii*, Caii, Italici, Punicorum libri XVII, varietate lect. et commentario perpetuo illustravit I. C. T. *Ernesti*. Accedit Index uberrimus. Vol. I. et II. 8 maj. 1791. 92. 2 thlr. 20 gr.
- — Idem liber, charta scriptoria. 4 thlr.
- Taciti*, C. Corn., Opera. Ex recensione Io. Aug. *Ernesti* denuo curavit ser. Iac. *Oberlinus*. II Tomi. 8. 1801. 5 thlr.
- — Idem liber, charta scriptoria. 7 thlr. 12 gr.
- — Idem liber, charta belgica. 12 thlr.
- — C. Corn., Opera. Ex recensione Io. Aug. *Ernesti* denuo curavit I. I. *Oberlinus*, in usum scholarum. 8. 1801. 1 thlr. 12 gr.
- — Idem liber, charta scriptoria. 2 thlr.

-
- Cicero's*, M. T., auserlesene Briefe; übersetzt und mit philof. und rhetorischen Anmerk. begleitet von I. C. G. *Ernesti*. 8. 1780. 14 gr.
- Horazens* Briefe; aus dem Lateinischen übersetzt, und mit historischen Einleitungen und andern nöthigen Erläuterungen versehen von C. M. *Wieland*; II Theile. Der neuen verbesserten mit dem *Original* begl. Auflage zweite Ausgabe. gr. 8. 1801. 1 thlr. 16 gr.
- Horazens* Satiren. Aus dem Lateinischen übersetzt; mit dem *Original* begleitet, nebst Einleitungen und erläuternden Anmerkungen von C. M. *Wieland*. II Theile. Neue verbesserte Auflage. gr. 8. 1805. 1 thlr. 16 gr.
- Ebendieselben auf holländ. Papier. 3 thlr.
- Lucretius*, Titus, Carus, von der Natur. Ein Lehrgedicht in sechs Büchern, Uebersetzt und erläutert und mit dem *Original* begleitet von I. H. F. *Meineke*. II Bände. gr. 8. 1795. 2 thlr. 16 gr.
- Ebenderelbe auf holländ. Papier. 4 thlr.
- Martialis*, Markus Valerius, in einem Auszuge, lateinisch u. deutsch; aus den poetischen Uebersetzungen gesammelt von Carl Wilh. *Ramler*. 1ter bis 5ter Theil, nebst einem Anhang aus dem *Catullus*. 8. 1787—1791. Anhang zum 1ten Theile. 8. 1793. 6 thlr. 2 gr.



ROTANOX
oczyszczanie
lipiec 2008

5832